13
E
49

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

34
G
29

Digitized by Google

Bibliotheca Secreta Coll. Rom. Soc. Iesu.

RESOLVTIONES SELECTÆ

IVXTA

THEOLOGIÆ MORALIS

Et Canonum principia definitæ, ad caſus Epiſcopales reſeruatos maximè pertinentes.

AVCTORE

D. IOSEPHO DE IANVARIO

NEAPOLITANO

Congregationis Piorum Operariorum S.T.D. In Eccleſia Neapolitana Sancti Officij, ac Congregationis Monialium Conſultore, Examinatore Synodali, & Pœnitentiario Maiore.

Opus veritatis ſectatoribus, & Confeſſarijs inferioribus non inutile.

EDITIO SECVNDA.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Iesu



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DVACI, Apud Simeonem de Rubeis. M. DC. LIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO,

ac Reuerendiſsimo Principi

ASCANIO PHILAMARINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

Archiepiſcopo Neapolitano.

D. IOSEPH DE IANVARIO
Pius Operarius F. P.

IMmortalitati Nominis tui, Eminentiſſime Princeps, nemo eſt, qui non debeat. Nemo enim eſt, qui aut integerrimæ Iuſtitiæ tuæ præſidia, aut heroicæ Beneficentiæ ſubſidia, aut ſummæ Prudentiæ directionem non ſentiat; aut certè, quæ ex his coaleſcit, veri Principis Idæam non contempletur. Itaque ex te vno Principes quidem perfecti Regiminis rationem; cæteri verò totius Honeſti moralis formam excipere cùm poſſint; (quod magnum eſt beneficij genus) omnes deuinctos habes. Ea porrò præclara Virtus tua cùm vbique, tùm maximè in huius Ciuitatis, ac Regni turbidis motibus clarior fulſit. Cùm nimirum excelſo illo Animo tuo tumultuantem, ac omnia miſcentem plebem ſemel, atque iterùm ſedaſti: periclitanti Principi ſalutem, atque animos reddidiſti: Furentis Turbæ inſanum Ductorem, furioſa, ac inſana omnia audentem impunè, ad mentem reuocaſti: Nobilium Domos Incendio cuncta vaſtanti ſubduxiſti: omnium à Populari impetu ad Te confugientium vitam,

tam, bona, honorem, vere omnium Pater tutatus es. Hiſpanum militem, eiuſque Ductores, quorum ingreſſus Auctor magna ex parte fuiſti, Tu Comes, & Propugnaculum inter armatam multitudinem, ſola Pontificali benedictione, incolumen ſeruaſti: Fidei tuæ illius Arcis claues, è cuius nutu pax cuncta pendebat, redditæ ſunt. Videlicet, vno verbo dicam, Regi Regnum, Regno ſalutem reſtituiſti. Hæc quidem vt præclariſſima ſint, illuſtriora proculdubio conſpicabitur quiſquis ea, quo conſilio inter dubia, qua pietate in Regem, ac Populum, qua fortitudine innumera inter pericula peregeris, mente reuoluet. Is autem tantum hoc pro rei dignitate præſtabit, qui & præſens fuerit, & immenſum rerum omnium fluctuantium labyrintum, abſque animi liuore, contemplatus fuerit: is profectò, inquam, non aliter, quam Filo tuo, cæca Regi potuiſſe veſtigia perſpexerit. Hæc ſunt non Homeris modo, Maronibuſque digna Facinora, Græca, Latinaque Carmina illuſtratura; ſed illius digito æternitati commendanda, in cuius Virtute gloriaris. Deſpicis quidem mortales calamos, qui ad Immortalitatem aſpiras: at non propterea Immortalitati tui Nominis erit calamus, qui non debeat; cùm enim Virtuti debeant omnes, virtus verò tua, ferè ſine exemplo, poſteritati futura ſit maximum exemplar; Immortalitati Nominis tui eſt, qui non debeat nemo. Ego certè inter eos, qui ſcriptionibus ſuis ad æternitatem famæ conſpirant, minimus, dum præſens heroicos actus tuos veneror, dum beneficentiam experior; non poſſum tanto debito ſubducere conſcientiam meam. Hoc igitur conſilio Nomini tuo, Princeps Eminentiſſime, præſens opuſculum dicandum cenſui, vt illius Immortalitati, quantum vires ſuppetunt, deſeruirem; & ſub tanta luce ſemper victura, opellam meam è tenebris obliuionis eriperem. Reliquum eſt, vt ea Animi magnitudine, qua parua ſoles magnificare, munuſculum hoc aſpicias; ſatis enim ſpectabile erit, in lucem prodiens tuo Nomini conſecratum. Vale.

Digitized by Google

INDEX CONCLVSIONVM,

QVÆ IN HOC OPERE RESOLVVNTVR.

RESOLVTIO PRIMA.

IGnorantia excuſat non ſolum à cenſura, ſed etiam á reſeruatione, ſiue reſeruatio fiat in pœnam delicti, ſiue ob bonum regimen Eccleſiæ.

II.

Peccata dubié reſeruata, ſiué dubietas ſit facti, ſiue iuris, poſsũt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori.

III.

Abſolutus à Confeſſario inferiori à peccato dubiè reſeruato, ſi poſtea cognoſcit peccatũ certé fuiſſe reſeruatum, non tenetur iterum illud confiteri.

IV.

Sacramentum pœnitentiæ, collatum excommunicato à non habente poteſtatem abſoluendi à cenſura, validè eſt collatum, ſi pœnitens ſit in bona fide, & Confeſſarius tantum in malá.

V.

Confeſſarius inferior, qui videt pœnitentem excommunicatũ eſſe contritum, & per ipſum non ſtare quin abſoluatur, poteſt ipſum abſoluere cum onere, vt quando commodè poteſt ſe præsentet Superiori pro abſolutione á caſu, & cenſura.

VI.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere in foro conſcientiæ tantũ pœnitentem nominatim excõmunicatum per cedulonem ſi locus excommunicantis longè diſtet.

VII.

Confeſſarius inferior licitè poteſt abſoluere pœnitentem habentem caſum non reſeruatum, & reſeruatũ ſine cẽſura, & deinde ipſum mittere ad Superiorem.

VIII.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere Peregrinum à caſibus reſeruatis in propria patria, ſi reſeruati non ſint vbi Peregrinus deliquit.

IX.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere Peregrinum à caſibus reſeruatis in patria Peregrini, ſi in patria confeſſarij reſeruati non ſint, etiamſi dicta opera, & ad finem recipiendi abſolutionem peregrinetur.

X.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem à caſibus reſeruatis, commiſſis extra Diœceſim;

ceſim ; etiamſi reſeruati ſint in loco, in quo fuerunt commiſſi.

XI.

Qui confitetur cum habente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, ſi in tali confeſſione obliuiſcatur, vel habeat cauſam tacendi reſeruata, poteſt deinde abſolui à quocumque Confeſſario inferiori ab illis reſeruatis oblitis, ſiue non confeſſis.

XII.

Abſolutus ob periculum, vel articulum mortis ab excommunicatione reſeruata à confeſſario inferiori, ſi non ſit nominatim denunciatus, & non habeat cui ſatisfaciat, non tenetur ſe præſentare ſuperiori, poſtquam exiuit à periculo.

XIII.

Pœnitentiarij poſſunt abſoluere pœnitentes ab excommunicatione extra confeſſionem.

XIV.

Explicantur verba caſus reſeruati de abutentibus Sacramẽto Euchariſtiæ, vel Sacramentalibus, aut quacumque re conſecrata ad malum finem.

XV.

Mulìercula abutens Oleo ſancto &c. ad captãdum amorem proprij viri, quamuis ſacrilegium committat, non tamen incidit in caſum prædictum cum cenſura.

XVI.

Infirmus, qui ex affectu deuotionis ſe vngere facit à ſacerdote Oleo Sacro, ſacrilegium non committit.

XVII.

Abutens fragmento Altaris non dicitur abuti re cõſecrata, quia Petra altaris fracta conſecrata non remanet.

XVIII.

Res Sacra differt à re conſecrata, & ſic abutens Pſalmis, etſi abutatur re ſacra, non tamen dicitur abuti re conſecrata ; cùm hæc ſit res Chriſmate vncta.

XIX.

Reliquiæ Sanctorum, Candela, vel Aqua benedicta, Incenſum, Paramenta Sacerdotis, Tobaleæ altaris &c. non ſunt res conſecratæ, & ideo ipſis abutens abſolui poteſt à quocumque Cõfeſſario inferiori.

XX.

Appellatione rerum non veniunt loca, ſeù perſonæ ; & ideo abutens Eccleſia conſecrata, vel perſona ſacra non incidit in caſum noſtrum.

XXI.

Mulier fingens indigere Viatico ad finem explendi ſuum inhoneſtum amorem cum ſuo Parocho,

rocho, poteſt abſolui à quocũque Confeſſario inferiori.

XXII.

Qui inſtruit, vel dat conſilium vt alij abutantur Euchariſtiæ Sacramento, vel Sacramentalibus, non incidit in caſum noſtrum.

XXIII.

Qui mãdat fieri abuſionem, ſi antequam mandatum executioni detur ſe pœniteat, & moraliter non poſſit tunc reuocare mandatum, poteſt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori, etiamſi ſequatur abuſio.

XXIV.

Qui mãdat fieri veneficium cum abuſu Sacramentorum, ſi dubitat an abuſio ſit ſequuta, poteſt abſolui á quocumq; Confeſſario inferiori.

XXV.

Explicãtur verba reſeruationis caſus de promittentibus dæmoni obſequium; vel ſacrificia, ſiue thus ei offerentibus, & decondentibus, ſiuè condere facientibus, ſiue per ſe, ſiue per alium imagines, anulum, ſiue aliud artificiatum, vt in eo dæmonem conſtringant.

XXVI.

Fictè promittens dæmoni obſequium, non incidit in caſum noſtrum.

XXVII.

Exorciſta, qui dæmoni promittit facere ipſius voluntatem in re tamen licita, dummodo de corpore obſeſſi exeat, non peccat.

XXVIII.

Scientia, & bonis acquiſitis ob cõmercium cum dæmone cuiq; licet vti ſine ſcrupulo.

XXIX.

Licet Artifici anulum vendere Mago, etſi ipse ſciat talem Magum velle in illo dæmonem ligare.

XXX.

Explicantur verba caſus reſeruati cõtra Veneficos, Negromantes &c. qui cum expreſſa dœmonis inuocatione vtuntur incantationibus &c. in damnum perſonarum &c. vel vtuntur ligaturis ad amorem excitandum, vel à naturali, & legitimo matrimonij vſu coniuges auertendos.

XXXI.

Tranſgrediens præceptum cum ignorantia inuincibili comitãte non incidit in cenſuram latam contra tranſgreſſores.

XXXII.

Præceptum contra facientes non se extendit ad conſulentes, vel conſilium de re illa petentes.

XXXIII.

Maleficiatus poteſt licitè petere ſolutionem ſui maleficij à Ma-

go, qui poteſt ſoluere tale maleficium via naturali, & ſuperſtitioſa; etiamſi Magus in pactũ deducat, quod via ſuperſtitioſa, & non naturali vult maleficium ſoluere.

XXXIV.

Explicantur verba caſus reſeruati contra præſumentes accedere ad colloquendum cum Monialibus. Et de loquentibus cũ ijſdẽ Monialibus de rebus obſcœnis ſub prætextu licentiæ.

XXXV.

Confeſſarius approbatus ad audiẽdas ſæcularium confeſſiones, ſi cum licentia accedit ad colloquendum cum Monialibus, poteſt ipſas abſoluere à peccatis venialibus; Et, niſi eſſet contra vſum Eccleſiæ, poſſet etiam abſoluere à mortalibus ſimul cũ venialibus, mittendo deinde eas ad legitimum Cõfeſſarium pro abſolutione directa à mortalibus.

XXXVI.

Qui habet cauſam manifeſtam, & rationabilem non põt loqui cũ Monialibus ſine licentia Ordinarij; at qui habet cauſam euidenter neceſſariam poteſt loqui ſine licentia.

XXXVII.

Cuiq; licet ſequi opinionem probabilem per principia extrinſeca, etſi talis per principia intrinſeca iudicet opinionem illam eſſe falſam.

XXXVIII.

Licentia indefinita de colloquendo cum Monialibus non expirat per vnicam locutionem.

XXXIX.

Qui loquitur cum Moniali non reſpondẽte non incidit in caſũ cum cenſura.

XL.

Tranſgrediens cum ignorantia vincibili præceptum de re mala, quia prohibita prærequirens ſui cognitionem, non incidit in cenſuram latam contra tranſgreſſores; ſi tamen habeat animum firmum non tranſgrediẽdi præceptum, ſi illud ſciret.

XLI.

Qui tranſgreditur præceptum de re mala quia prohibita requirens ſui cognitionem, etiam cũ ignorantia vincibili de peccato mortali, non peccat mortaliter.

XLII.

Qui ſcit reſeruationem caſus cenſurati, & ignorat cenſuram, incidit in reſeruationem tantum, à qua poteſt abſolui ab habente poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis ſine cenſura.

XLIII.

Loquens ſine licentia cum fœminis in clauſura degentibus non cauſa educationis non incidit

in caſum reſeruatum cum cenſura.

XLIV.

Abbatiſſæ non veniunt nomine Monialium in pœnalibus.

XLV.

Frequentantes ſine locutione Monaſteria Monialium ante monitionem Epiſcopi non incidũt in aliquam cenſuram; quamuis rariſſime mortaliter non peccent.

XLVI.

Mittens epiſtolam de rèbus obſcœnis Moniali, ſi non peruenit ad manus ipſius Monialis, in nullam incidit cenſuram.

XLVII.

Explicantur verba caſus reſeruati contra deponentes falſum in iudicio malitiosè contra innocentem, vel in graue damnum alterius.

XLVIII.

Teſtis falſus examinatus quartus in ordine, nec graue damnum infert, cum ſit damnum illatum ab alijs; nec falſum contra innocentem deponit, cum ſit reus probatus nocens; & ideo nec ad reſtitutionem tenetur, nec incidit in cenſuram.

XLIX.

Falſum deponens contra innocẽtem, ſi eſt abſolutus innocens, non incidit in caſum noſtrum cum cenſura.

L.

Qui ſcripturam falsam cõfingere facit de vero credito, etſi non teneatur ad reſtitutionem, peccat tamen mortaliter contra iuſtitiam legalem.

LI.

Si creditor petit totum debitum á ſuo debitore, à quo partem recepit, poteſt hic debitor coram iudice totum debitum negare cum iuramento ſine peccato periurij.

LII.

Teſtis qui iurat coram iudice dicere veritatem, ſi veritatem cælet, non dicitur falsum deponere in iudicio; & ideo non incidit in cenſuram contra deponentes falsum.

LIII.

Teſtis non iuratus, quamuis falsũ deponat, non dicitur falsum in iudicio deponere, etſi graue dãnum inferat.

LIV.

Reus in iudicio legitime interrogatus, ſi verum occultat ad euitandum graue damnum proprium, ſiue ſuorum vſque ad quartum gradum, nec peccat mortaliter, nec ad reſtitutionem tenetur.

LV.

Explicantur verba casus reseruati contra Confeſſarios ſollicitantes in actu confeſſionis, vel poſt immediatè.

LVI.

LVI.

Confeſſarius deoſculans pœnitentem ob læuitatem animi, vel ob honeſtam cauſam, non eſt denunciandus.

LVII.

Confeſſarius ſollicitatus ad fornicandum, ſi renuit, & eſt contentus tantummodo pœnitentem deoſculari libidinosè, eſt denunciandus.

LVIII.

Confeſſarius ſollicitatus à pœnitente, ſi conſentijt ob timorem cadentem in conſtãtem virum, nõ eſt reus bullæ Gregorij XV. contra ſollicitantes.

LIX.

Explicantur verba caſus reſeruati contra laicos trahentes clericos ad tribunal ſæculare contra diſpoſitionem ſacrorum canonũ.

LX.

Qui citat clericum ad tribunal ſæculare, ſi clericus non compareat, non incidit in caſum cum cenſura.

LXI.

Clericus obligatus tempore clericatus, ſi deinde priuilegiũ fori amittat, & eſt conueniẽndus pro tali obligatione, eſt conueniendus corã iudice Eccleſiaſtico, non vero ſæculari.

LXII.

Clericus coniugatus eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico pro liquidatione inſtrumenti, quia iudicium liquidationis eſt criminale.

LXIII.

Clericus qui amittit fori priuilegium, amittit etiam cætera priuilegia clericis conceſſa.

LXIV.

Explicantur verba caſus reſeruati contra occidentes, vel mutilantes in Eccleſia.

LXV.

Cuique licitum eſt occidere furẽ ſiue nocturnum, ſiue diurnum ob defenſionem propriorum bonorum.

LXVI.

Qui vulnerat aliquem lethaliter in Eccleſia, quamuis vulnus ducat illum ad mortem, non tamen incidit vulnerans in cenſuram latam contra occidentes in Eccleſia.

LXVII.

Epiſcopus poteſt vti Delegatus Apoſtolicus viſitare Monaſteria Monialium regularibus ſubiectarum, etiam ſine conſenſu Monialium, vel illarum Superioris.

FINIS INDICIS CONCLVSIONVM.

EX commiſſione Adm. R. Patris D. Conſtantini Ruſſi Præpoſiti noſtræ Congregationis Piorũ Operariorũ Reſolutiones Selectas de caſibus reſeruatis D. Ioſeph de Ianuario dictæ noſtræ Congregationis alumni diligentiſſimè percurri; cumq; eas, nec fidei, nec bonis moribus aduerſantes, immò potius rationi conſonas, ac inferioribus cõfeſſarijs valdè vtiles inuenerim, idcirco vt in lucem prodeant dignas cenſeo.

D. Dominicus Cenatempus Pius Operarius V.I.D. & S.T.P. aç Sancti Officij Regni Neapolitani Conſultor.

TOmum hunc inſcriptum Reſolutiones ſelectæ de caſibus reſeruatis, D. Ioſephi de Ianuario noſtræ Cõgregationis ex cõmiſſione adm. R. Patris Præpoſiti diligenter vidi, accuratèq; perlegi; & quia nil contra fidem, vel bonos mores in ſe continet, imò potius animas à multis putatis conſcientiæ laqueis ſoluit, ideo dignum prelo exiſtimo.

D. Carolus Coccius Pius Operarius V.I.D. & Sacr. Theol. Lector.

D. Conſtantinus Ruſſus Præpoſitus Congregationis Piorum Operariorum.

LIber hic D. Ioſeph de Ianuario de caſibus reſeruatis, quem dignum prælo cenſere duo ex noſtris Theologis, quibus illum perpendendum commiſimus, vt typis mandetur (ſi ijs ad quos ſpectat videbitur) licentiam concedimus. Dat. Neap. in noſtris Aedibus Diui Georgij Maioris 2. Auguſti 1650.

D. Conſtantinus Ruſſus Præpoſitus.

REſolutiones ſelectas de caſibus reſeruatis Adm. Reu. Patris D. Joſeph de Ianuario Viri doctiſſimi, & acutiſſimi ex mandato Reuerend. Vicarij Generalis perlegi, & nil contra fidem, vel bonos mores, imò ſatis vtiles; etiam pro alijs caſibus reſoluendis inueni, cùm generalem doctrinã contineant; proinde dignas prælo cẽſeo Neap. die 18. Auguſti 1650.

Io. Vincentius Iuuenis Canon. Cimiliarca dep.

VIdi librum ex mandato Reuerend. Vicarij Generalis, cui Titulus Reſolutiones ſelectæ de caſibus reſeruatis, & nihil in eo reperi orthodoxę fidei, & optimis moribus non conſonum: quinimmò ad fideles in vtriſque informandos (quæ eſt Auctoris prærogatiua ſingularis) prælo dignum cenſeo. Neap. die 20. Auguſti 1650.

Samſon Carneuale S.T.D. & Sancti Officij Conſultor dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

Regiſtr. fol. 49.

Fr. Ioſeph. de Rubeis Ord. Min. Conu. S.T. D. Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Card. Philamarini Theol. & Conſultor Sancti Officij.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

EX mandato tuo perlegi reſolutiones de caſibus reſeruatis compoſitas ab adm. Reuerendo, ac doctiſſimo Patre D. Ioſeph de Ianuario Congregationis Piorum Operariorum, & quia non reperi doctrinam, nec contra bonos mores, nec contra ditionem Regiam, idcirco arbitror poſſe concedi licentiam, vt imprimantur Neap. die 29. menſis Auguſti 1650.

Dominationis veſtræ Illuſtriſſimæ, & Excellentiſſimæ.

Seruus addictiſſimus.
Carolus de Baucio.

Viſa ſupraſcripta relatione. IMPRIMATVR.

Zufia Reg. Calanate Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg. Garſia Reg.

Prouiſum per ſuam Excellentiam Neap. die 2. Septembris 1650.

De Amico.

Vidi Reg. Conſiliarius Io. Baptiſta Amendola ſuper Reuiſione, & Expurgatione Librorum Commiſſarius ſpecialitèr Delegatus per S. E.

Io. Baptiſta Amendola

AD LECTOREM.

OPus hoc multo labore à me confectum, ne mireris Candide Lector, ſi quammultis plenum erroribus inueneris; in multis enim occupatus, limæ multorum illud commiſi; at quia incuriæ Typographorum plures non ſufficiunt, idcirco ab erroribus non plenè expurgatum fuit. Quos tamen notabiliter ſenſum mutantes colligere potui, in vnum redigere in huius operis principio operæ pretium duxi, vt antequam ad lectionem venias, cautè illos corrigas. Vale.

Fol.	col.	lin.	Errata		Corrige
12.	2.	39.	vetiſſima		veriſſima
20.	2.	43.	amiſerit		amiſerit
25.	1.	7.	Pariſius		Pariſijs
58.	1.	15.	vſus ad		ad vſus
59.	2.	4.	Aliquod		Aliquando
66.	2.	13.	à Striga		à Strige.
73.	2.	34.	48. & 69.		46. 48. & 66.
77.	1.	48.	reſtrindum		reſtringendum
79.	1.	16.	hæreſiarcam		hæreſiam
90.	1.	7.	conſecraturus		conſeruaturus
	2.	27.	innouatus.		inuariatus.
95.	1.	24.	deputis		deputatis
97.	1.	3.	incidunt		incidit
93.	1.	48.	recat		reducat
99.	2.	50.	ego		ergo
121.	1.	36.	finem qui		medium quod
127.	2.	4.	inuocatus		inuitatus
140.	1.	8.	Dicas		Dices
141.	1.	32.	conueniens		conuincens
150.	2.	12.	recepram		præcepram
161.	1.	9.	excommunicatione		monitione
164.	1.	27.	Quod is		Quod ſi is
174.	1.	44.	indicandum		iudicandum
176.	2.	2.	infamus		infanus
179.	2.	17.	Hinc infero nemo		Hinc infero, quod nemo
181.	1.	41.	Azorium		Azonem
200.	2.	49.	iuſtia		iuſtitia
208.	1.	48.	furtiua		fortuita.
219.	1.	34.	Coleual		Carleual
222.	2.	3.	tractis		tactibus
		34.	ſi quæ		ſi qua
233.	2.	1.	Non igitur	*adde*	tantum
242.	2.	40.	prohitionis		probibitionis
257.	1.	18.	tonſuram deſerat.	*adde*	non
258.	1.	47.	lib. 6.	*adde*	cap. 1.
264.	1.	41.	furto		foro
	2.	9.	Mangrella		Mengrella
365.	2.	1.	Canonis		canonem
268.	1.	19.	reſiſtentem		reſidentem
281.	1.	49.	principium		principum
	2.	35.	Ripęus		Zipęus
288.	1.	31.	contemptus		conſenſus
303.	2.	20.	carnefice		carnifice

RESOLVTIONES MORALES

D. Ioſephi de Ianuario

DE CASIBVS RESERVATIS.

SVMMARIVM.

IGnorans caſus reſeruatos ſine cenſura in ordine ad bonum Eccleſiæ, vel in pœnam delicti, poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori, non habente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis. num. 1. & 6.

Reſeruatio in Synodo facta de caſibus differt à reſeruatione ſimpliciter facta, ſicut priuilegium ſimpliciter datum, à priuilegio in lege conceſſo. num. eodem.

Sciens tantum incidit in cenſuram, vel pœnam; & ideo fertur contra contemnentes, & contumaces, debita monitione præcedente. num. 2.

Excommunicatio eſt medicina pœnalis, ad quam non incidunt obedientes, ſed inobedientes, & ideo deſideratur monitio, vt adſit vltima contumacia. n. eodem.

Ignorantia ſolius pœnæ, etiam ſi præceptum ſciatur, excuſat à pœna. n. eod.

Reſeruatio caſuum duplici modo poteſt fieri, per modum ſtatuti, & ꝑ modũ præcepti; & ſtatutum reſeruationis eſt ſtatutum pœnale, ſicut præceptum etiam pœnale eſt. num. 3.

Reſeruatio facta per modum ſtatuti, debet habere conditiones requiſitas à ſtatuto, ſicut facta per modum præcepti debet habere conditiones requiſitas à præcepto. num. 4.

Ignorans non tenetur ad ſtatutum Epiſcopi. num. 5.

Actus peccaminoſus factus cum ignorantia reſeruationis, dicitur inuoluntarius ſecundum hanc qualitatem reſeruationis. num. 7.

Qui incidit in caſum nõ reſeruatum in vna diœceſi, ſi cõfiteatur deinde in diœceſi, vbi talis caſus eſt reſeruatus, ſecundum Ledeſmã poteſt abſolui à cõfeſſario inibi inferiori. nu. 8.

Reſeruatio ſemper eſt in ordine ad ſubditos; non vero in ordine ad confeſſarios. n. eodem.

Reſeruatio etiam in odium delicti, ſi per modum ſtatuti fiat, ſemper debet reſpicere commune bonum. n. 9.

Quando reſeruatur quod malum eſt, quia prohibitum, reſeruatio dicitur facta ob cõmune bonũ: quando reſeruatur quod prohibitum eſt, quia malum, reſeruatio dicitur facta in odium delicti. n. eod.

Statutum reſeruationis ſemper pœnam continet, nempè obligationem ſe præſentandi ſuperiori; & ſtatutum editum principaliter in fauorem, ſi pœnam continet, habet naturam odioſam, & vt odioſum eſt reſtringendum. nu. eodem.

Reſeruatio per modum ſtatuti limitat iuriſdictionem non abſolutè, ſed cum ordine ad pœnitentem, nempè ſi pœnitens fecit cõtra ſtatutum, iuriſdictio eſt limitata; at reſeruatio vt ſic ſine vllo ordine iuriſdictionem limitat nu. 10.

Qui incidit in peccatum reſeruatũ, & ignorat reſeruationem incidit in peccatum nõ reſeruatum, & ideo poteſt abſolui à con-

feſſario inferiori, quia in hunc peccantem confeſſarius inferior habet poteſtatem delegatam. n. 11.

Ignorantia reſeruationis non tribuit iuriſdictionem confeſſario inferiori, ſed facit quod peccatum commiſſum reſeruatũ non ſit; & cum ſit hic confeſſarius delegatus ad peccata non reſeruata, ideo poteſt hoc peccatum abſoluere. n. 12.

Reſeruatio de peccatis præteritis non eſt per modum ſtatuti in ordine ad pænitentes, ſed ad confeſſarios, & conſequenter ignorantia excuſare non poteſt pænitentem à tali reſeruatione. n. 13.

Delegatio eſt ſtricti iuris, nec poteſt delegatus facere quod non eſt expreſſum in delegatione. n. 14.

Statutum reſeruationis obligat confeſſarios cum ordine ad pænitentes, & pænitens qui ſtatutum non tranſgreditur non dicitur reus reſeruationis. n. 15.

Qui inualidè confitetur peccatum reſeruatũ coram legitimo ſuperiore, vel qui peccat à reſeruata rationabiliter non dixit, dũ ſuperiori confitetur, poteſt deinde abſolui à quocumq; confeſſario inferiori. n. eodem.

Caſus reſeruati cum cenſura habent eundẽ finem, ac caſus reſeruati ſine cenſura, & ideo ambo reſpiciũt per ſe primo, & directè pænitentes. ñ. 16.

Ignorantia concomitans praua dicit peccatum per modum habitus, non per modum actus. nu. 17.

Reſeruatio ſemper intelligitur de peccato cõſummato, non vero de intentato. n. eod.

Tranſgreſſio cum praua voluntate per modũ habitus contra ſtatutum reſeruationis, nõ eſt effectiuè contra ſtatutum. n. 18.

Ad inducendam obligationem non attenditur qualis voluntas habenda foret ſi ſe obligatus meminiſſet, ſed qualis habita ſit, quando opus patratur. nu. 19.

Ignorantia concomitans excuſat à peccato cõſummato, & à pæna peccati. n. 20.

RESOLVTIO PRIMA.

Quidam incidit in caſum reſeruatum ſine cenſura, tamen inuincibiliter ignorabat caſum illum eſſe reſeruatum: An poſſit abſolui à quocumque confeſſario inferiori, ſine licentia Ordinarij?

1 REſpondeo, quod ſi reſeruatio eſt facta in Synodo, ſeu per modũ ſtatuti, qui ignorat talem reſeruationem, nõ incurrit in illam, & cõſequenter poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori. Quod verũ eſt, tàm ſi reſeruatio ſit in pœnam delicti, quàm ſi ſit ob bonum commune Eccleſiæ. Ità Graffius lib. 2. de caſ. reſer. cap. 40. num. 29. verſ. ſecundo &c. his verbis. Secundo omni pœna ſpirituali, quæ non tàm infligitur ratione delicti, quàm ratione contemptus, & contumaciæ. Hinc eſt, quod non ligãtur ignorantes conſtitutionibus, ſeù ſtatutis Epiſcoporum, quamuis pœnis alijs obligentur; vt in cap. vt animarũ de conſtitut. in 6., & conſequenter nec hac reſeruatione caſus, cum ſit pœna. Quod extende, non ſolum quãdo dabat operam rei licitæ, ſed etiamſi rebus illicitis operam daret, faciunt quæ dixit Nauarr. in cap. 27. num. 80. Et ratio eſt, quia ignorantia contingens in eo, cuius cauſa reſeruatio facta eſt, omninò ab ea reſeruatione excuſat; quippè quæ facit actũ omninò quoad illam qualitatem inuoluntarium, iuxta D. Thom. p. 2. quæſt. 67. & conſequenter non erit peccatum mortale, & ità nec caſus reſeruatus &c. hęc Graff. ibi. Cum ergo dicat Graffius, quod omnis pœna ſpiritualis non obligat ignorãtes, ſiue pœna ſit inflicta ratione delicti,

cti,

ćti, ſiue ratione contemptus,& contumaciæ, loquitur tàm de reſeruatione impoſita in pœnam delicti, quàm ob commune bonum, cùm hæc reſeruatio infligatur ratione contumaciæ, vel contemptus,dum eſt entitas illa mala, quia prohibita; & cùm ſubdat, quod ſiue detur opera rei illicitæ,ſiue licitę, non incurritur in reſeruationem, cõſequenter loquitur,ſiue reſeruatio ſit in pœnam delicti, quod eſt quando pœnitens dat operam rei illicitæ, vt dicam infra, ſiue ſit ob bonum commune, quod eſt quando pœnitens dat operam rei licitæ,ſed prohibitæ. Addo quod ratio aſſignata procedit, tàm ſi reſeruatio ſit facta in bonum commune Eccleſię,quàm ſi ſit facta in pœnam delicti, vt patet. Idem ſentit Sanchez lib.9.de matr. diſp. 32. num. 18. dùm dicit quod reſeruatio non ſecundum ſe conſiderata, ſed prout eſt in lege præcepta,ſemper eſt pœna,& acceſſoria legi, quæ eſt ſuum principale, & conſequenter excuſat,prout eſt in lege,ignorantes, his verbis: Nec obſtat,ſi obijcias per reſeruationem tolli iuriſdictionem abſoluendi,& ità ignorantiam non efficere,vt abſolutio illa ſit valida; Sicut ſi bona fide quis ſimplici ſacerdoti fateretur. Dicendum enim eſt, aliud eſſe in reſeruatione ſimpliciter facta,quę ad bonam Eccleſiæ gubernationem referatur, vt grauiora delicta ſuperioribus reſeruentur: aliud verò de reſeruatione præcepta in lege, quæ eſt pœna,& acceſſoria, atque adeò ſequitur naturam principalis, & pœnæ; Sicut in ſimili agens de legis promulgatione diſtinguit gl.in procemio clementinæ verb. de cętero, verſ. Hæc vera niſi dicas; Vbi ait,aliud eſſe in priuilegio ſimpliciter dato, & aliud in priuilegio in lege conceſſo, debet enim naturam legis tanquam ipſi acceſſorio imitari. hæc Sanchez ibi. Hoc idem videtur ſentire Eminentiſſ.de Lugo de pœnit. diſp.20.ſect.2.à num. 11. & Merolla diſp.1.q.2.num.52. dum dicit hic Auctor, quod reſeruatio facta in lege,excuſet ignorantes &c. Idem ſentire videtur Cutillus in additione ad Mancinum de caſ. reſer. pract. 3. in addit. dub.3.Pro probatione igitur.

Suppono primo, nos non loqui de
2 caſibus cum cenſuris,nam clarum eſt, cenſurã non incurri,niſi à ſciente,cap. 2.de conſtitutionibus in 6.vbi deciditur, ignorantes non ligari ſententijs, quod ampliatur etiam ad pœnas; tum quia excommunicatio non fertur, niſi contra contemnentes, & contumaces cap. Nemo Epiſcoporum 11. quæſt.3. præcedente debita monitione;cap.Sacro de ſentent. excommunicationis. At qui ignorat,nec contemnit,nec cõtumax eſt,nec ſufficiẽter monitus: ergo &c. tum quia excommunicatio eſt medicina cap.1. de ſenteut. excomm. & eſt pœna cap.corripiant 24.quęſt.3. At excommunicatio ignoranti medicina non eſſet,ſed venenum pro morbo contumaciæ, cùm contumax non ſit,qui ignorat cenſuram; Nec debet affici pœna ille, qui inobediens non eſt;ideò enim deſideratur monitio,antequã quis excommunicetur, vt adſit vltima contumacia, & contemptus; quod omne non habetur in ignorantibus. Ità ſentit Sanchez lib.9.de matrim.cap.32. num. 13. qui pro ſe citat Suarez tom.5.in 3.p.diſp.4.ſect.9. nu. 19.Henriquez lib.13.cap.21.num.1.& cap.23.num.2. & alios apud ipſum. Quod verum eſt de ignorantia ſolius pœnæ,etiamſi pręceptum ſciatur.Diana 3.p.tract.5.reſol.13.à §.notandum; & 4.p.tract.4.reſol.87. & 5. p. tract.9. reſol.17.qui nonnullos DD.citat.

3 Suppono ſecundo, reſeruationem caſuum fieri poſſe duplici modo: Primò per modũ ſtatuti, ſiue in Synodo: Secũdo per denunciationem, ſeu per modum præcepti humani. Ità Naldus in ſumma verb.caſus reſeruatus num. 10.verſ.Secundo &c. Deducitur ex illa doctrina communi,quod reſeruatio per mortem Epiſcopi non expirat, ſi facta fuerit per modum ſtatuti,ſeu in

Synodo; ſecus verò, ſi non fuerit facta ſic. Ità Diana cum alijs 4. p. tract. 4. reſol. 108. & 6. p. tract. 6. reſol. 41. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 28. n. 43. Et reſeruatio facta per modum ſtatuti eſt pœnalis, Coriolan. p. 1. ſect. 1. art. 5. nu. 6. Tamburrinus de iure Abbatum to. 2. diſp. 23. quæſt. 4. num. 5. qui citat Molfeſ. tom. 1. de iuſt. diſp. 92. verb. pœnæ. Reginaldum in praxi lib. 1. nu. 114. Merollam diſp. 3. cap. 3. dub. 2. nu. 366. Zecchiũ de caſibus reſeruat. caſ. 13. verſ. 3. præmittendum. Fagundez 2. Eccleſ. præcep. lib. 8. cap. 1. num. 28. his verbis. Notandum vero, reſeruationem, vel poſſe eſſe reſeruationẽ perſonalem, vel preſcriptam per legẽ: vtraque eſt pœna, ſed diuerſo modo; nam reſeruatio præcepta per legem, propriè pœna eſt, directa quidem, ac decreta ad puniendum peccatum delinquentis, at in illius odium, vt notat Molina tom. 1. de iuſt. diſp. 95. verſ. pœnæ. Sanchez lib. 9. diſp. 32. num. 18. Ledeſma tom. 2. quæſt. 8. art. 2. dub. 6. fol. 61. Hæc ibi. Ideò enim non fit extenſio de caſu ad caſum, nec à ſimili, nec ab æquipollenti, nec à maioritate rationis. Naldus verb. caſus reſeruatus nu. 3. Bonacina de ſacra. diſput. 5. quæſt. 7. punct. 5. §. 4. num. . . . . . Diana 6. part. tract. 6. reſol. 42. pag. mihi 145. Ratio verò à priori hæc eſt; Nam ſtatutum reſeruationis præcipit, ne quis abſoluatur, &, vt pœnitens ſe præſentet ſuperiori. Si ergo ad cognoſcendum, An ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile, ſpectanda eſt materia præcepta, quæ ſi conueniens eſt his, quibus præcipit, dicenda eſt fauorabilis, ſi verò eiſdem ſit oneroſa, dicenda eſt odioſa, vt optimè probat à Caſtro Palao tom. 1. tr. 3. diſp. 1. punct. 2. num. 6. verſ. verum &c. Couarr. 2. variar. cap. 11. num. 5. Thomas Sanchez plures referens lib. 1. de matrim. diſput. 1. num. 4. Ioannes Salas diſp. 21. de leg. ſect. 4. num. 10. Statutum reſeruationis dicendum erit odioſum, & pœnale. Ita Carena de officio ſanctæ inquiſitionis p. 2. de confeſſ. ſollic. titulo 6. §. 2. nu. 12. verſ. ſic reſeruatio peccatorum &c. qui citat Suarez de pœnit. diſput. 40. ſect. 6. & Henriquez in ſumm. lib. 6. de pœnit. cap. 26. num. 6.

4 Suppono tertiò, quod quando aliquid ab homine præcipitur, debet habere conditiones requiſitas ad præceptum humanum, quando verò præcipitur à iure, debet habere conditiones requiſitas à natura legis. Quod enim præcipitur eſt veluti materiale, & acceſſorium præcepto, vel legi. Exemplum habes in priuilegio, Nam priuilegium ſimpliciter datum, non indiget promulgatione; At priuilegiũ in lege conceſſum, indiget promulgatione, & alijs conditionibus à lege requiſitis, quia ſequitur tunc priuilegiũ naturam legis. Ita Gl. in prooemio clement. verb. de cætero. verſ. hæc vera, niſi dicas &c. ſic reſeruatio poteſt cõſiderari, vel in ſe, & nullam debet habere conditionem à ſtatuto requiſitã; Vel conſideratur, prout eſt per modũ ſtatuti, & tunc debet habere conditiones ad ſtatutum pertinentes, cum tunc ſapiat naturam ſtatuti, cuius eſt acceſſoria. Ità Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 32. n. 18. in fine.

5 Suppono quarto, ignorantem non teneri ad ſtatuta Epiſcoporum, adeſt tex. Bonifacij VIII. in cap. vt animarũ de conſtit. in 6. his verbis. Vt animarũ periculis obuietur, ſententijs per ſtatuta quorumcumque Ordinariorum prælatis, ligari nolumus ignorantes; dummodò eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut ſupina &c. His potis.

6 Probatur primò noſtra reſponſio. Quia reſeruatio caſuum per modum ſtatuti, ſeu in Synodo eſt pœnalis, vt in ſecundo ſuppoſito; ſed ignorantes nõ tenẽtur ad ſtatutũ pœnale, vt in quarto ſuppoſito: ergo ſubditi ignorantes reſeruationem, non incurrunt in illam. Si ergo non incurrunt; ergo poſſunt abſolui à quocumque inferiori confeſſario, cum habeat hic poteſtatẽ

cx

ex delegatione in hunc pœnitentem.

7 Confirmatur primò à Graffio l. cit. quia hic actus prout dicit qualitatem reſeruationis, eſt inuoluntarius, cum ſit ſecundum hanc qualitatem ignoranter factus: ergo ſecũdum quod dicit illam reſeruationem, nullum eſt peccatum, & conſequenter nec caſus reſeruatus.

Dices, quod etſi reſeruatio ſit facta in Synodo, eſt facta confeſſarijs, non pœnitentibus.

Reſpondeo, quod eſt facta pœnitẽtibus, dum res indifferentes in ordine ad pœnitentes sũt peccaminoſę; ſic locutio cum monialibus eſt indifferens, & fit peccaminoſa, quia eſt reſeruata in Synodo, &c. & ſic de cæteris &c. Reſeruatio enim, Vel eſt de re prohibita, quia mala, & eſt in pœnam delicti, & conſequenter, in ordine ad transgreſſores; Vel eſt de re malâ quia prohibita, & tunc res indifferens fit peccaminoſa, in ordine ad pœnitentes. Igitur reſeruatio tota, quanta eſt, eſt in ordine ad pœnitentes per ſe primo, & directè, licet reſpiciat confeſſarios per accidens, ſeù per aliud, nempè per pœnitentes.

Et ſi velis dicere quod reſeruatio æqualiter reſpicit confeſſarios, ac pœnitentes.

Reſpõdeo, quòd ſufficit mihi, ſi ſit ſtatutum in ordine ad pœnitentes, quod ſtatutum nõ obligat ignorantes, vt dixi; &, ſi non obligat pœnitentes, conſequenter, confeſſarij non poſſunt non abſoluere hos, non trangreſſores huius ſtatuti.

8 Confirmatur ſecundo, quia poteſt Neapolitanus, qui incidit Neapoli in caſum non reſeruatum, abſolui à confeſſario Capuano Capuæ, etiamſi ibi reſeruatum ſit ſecundum Ledeſmam de ſacram. pœnit. cap. 12. de miniſtr. confeſſ. verſ. Però &c. Et hoc ideò, quia talis non eſt aſtrictus conſtitutionibus Capuanis: ergo poterit etiam ignorãs abſolui, quia neque eſt aſtrictus, ratione ignorantiæ, conſtitutionibus Ordinariorum, vt in quarto ſuppoſito.

Nec dicas primò, quod hæc doctrina vera eſt, quando reſeruatio eſt in odium delicti; ſed falſa, quando eſt ob bonam Eccleſiæ gubernationem.

Quia contra eſt; nam reſeruatio per
modum ſtatuti ſemper debet reſpice-
9 re commune bonum, aliter non obli-
garet, cum lex ſit coordinatio rationis
in ordine ad bonum commune. Vnde
etſi in odium delicti fiat, ſi fit per ſtatu-
tum, bonum commune reſpicere de-
bet. Et quia ſtatutum reſeruationis (ſi-
ue ſit de peccato malo quia prohibi-
to, quod dicitur reſeruatum ob bo-
nam Eccleſiæ gubernationem; ſiue de
peccato prohibito quia malo, quod di-
citur reſeruatum in pœnam, ſecũdum
Caſtrum Palaum tom. 1. diſp. 1. punct.
18. num. 8. verſ. ſecundo infero &c.)
ſemper habet annexam pœnam, nem-
pè obligationem ſe præſentandi ſupe-
riori, quæ pœna eſt, ſecundum Suarez
de pœnit. diſp. 30. ſect. 3. num. 6. Ideò
ſtatutum reſeruationis ſemper dicitur
pœnale, vt optimè Fagundez 2. Eccl.
præcep. lib. 8. cap. 1. num. 28. & alij ci-
tati in fin. 2. ſuppoſito. Cõſtitutio enim
edita principaliter in fauorem, ſi pœ-
nam contineat, habet naturam odio-
ſam, & ſicut odioſa reſtringenda. San-
chez lib. 1. de matr. diſp. 1. num. 4. in fi-
ne &c. ex Ioanne Andrea cap. 1. de lo-
cato num. 5. Panormit. ibidem, nu. 10.
qui citat gl. in l. 2. de in ius vocando,
verb. liberis, vbi Bartol. num. 1. Bald. n.
4. Alexand. nu. 5. Si ergo doctrina no-
ſtra vera eſt, quando reſeruatio eſt pę-
na; & quando reſeruatur per modum
ſtatuti, etiam ob commune bonum,
pœnam habet annexam: dicẽdum eſt,
quod ſemper ignorantes non incurrãt
reſeruationem.

Nec dicas ſecundo; quod reſeruatio non eſt tàm pœna delinquentis, quàm limitatio iuriſdictionis abſoluentis.

10 Quia contra eſt, nam reſeruatio per modum ſtatuti eſt limitatio iuriſdictionis, non abſolutè, ſed cum ordine ad pœnitentes, qui tenentur ad ſtatuta

Diœ-

diœceſana. Vnde ideò limitatur hæc iuriſdictio, quia pœnitens fecit contra ſtatutum;ergo quia quãdo ignoranter quis operatur, non facit contra ſtatutum, ideò poteſt abſolui. Sicut poteſt abſolui qui fecit contra ſtatutum in aliena diœceſi, ſecundum Ledeſmã l. ſupra citato. Aliter enim conſideratur reſeruatio vt ſic, aliter reſeruatio per modum ſtatuti. Reſeruario enim vt ſic independenter limitat iuriſdictionem; At reſeruatio per modum ſtatuti limitat iuriſdictionem cum ordine ad ſubditos obligatos ſtatuto illi, vt obſeruauimus cum Sanchez in ſecundo ſuppoſito.

Nec dicas tertiò, quod ſimplex ſacerdos, qui nullam habet iuriſdictionem, non poteſt validè abſoluere; ergo neque poterit abſoluere confeſſarius à reſeruatis, cùm nullam habeat iuriſdictionem circa illa.

11 Quia contra eſt. Nam ſimplex ſacerdos nullam habet iuriſdictionẽ in hunc pœnitentem, & ideò validè non abſoluit. At confeſſarius inferior, habet iuriſdictionem, ſaltem delegatam in hunc pœnitentem, circa non reſeruata. Et quia reſpectu huius pœnitentis ignorantis reſeruationem, reſeruatio nulla eſt, ideò confeſſarius inferior poteſt validè abſoluere; Non enim pœnitens incidit in caſum reſeruatũ, & poſtea à confeſſario inferiori abſoluitur, ſed pœnitens incidit in peccatũ non reſeruatum, & ideò abſoluitur.

Nec dicas quartò, quod ſic dicendo, ignorantia tribueret iuriſdictionẽ. Nam ideò hic inferior poteſt abſoluere, quia pœnitens ignorauit reſeruationem.

12 Quia contra eſt, nam confeſſarius inferior iuriſdictionem in hunc pœnitentem habet non ab ignorantia, ſed ab Ordinario ipſum delegante in ſuos ſubditos, circa peccata non reſeruata. At ſtante quod peccatum illud reſeruatum non remanet, ratione ignorantiæ delinquentis; hinc eſt quod ignotia non tribuit iuriſdictionem, ſed facit, quod peccatum illud ſit ſine reſeruatione. Et cùm confeſſarius inferior habeat iuriſdictionem delegatam in hunc pœnitentem, circa peccata non reſeruata, Ideò poteſt confeſſarius inferior in hunc pœnitentem iuriſdictionem exercere, non ex vi ignorantiæ, ſed ex vi delegationis datæ ab Epiſcopo.

Nec dicas quinto, Cum Naldo in ſumma verb. caſus reſeruatus num.7. in fine, quod reſeruatio poteſt fieri etiã de peccatis præteritis; ergo ignorantia nihil prodeſt.

13 Quia contra eſt; Nam quãdo reſeruatio fit de peccatis præteritis, non fit per modum ſtatuti in ordine ad pœnitentes, ſed per modum præcepti in ordine ad confeſſarios, ſine vllo reſpectu ad pœnitentes, & ideò obligat confeſſarios, & nullo modo pœnitentes. At quando fit per modum ſtatuti de peccatis futuris, fit cum ordine ad pœnitentes, ad hoc ſcilicet, ne facilius in facinoroſa, & atrociora crimina dilabantur, & conſequenter obligat confeſſarios in ordine ad pœnitentes. Hinc eſt quod cùm pœnitentes non incidant in reſeruationem ratione ignorantiæ, confeſſarij inferiores poſſunt abſoluere à peccatis ſine tali reſeruatione. Et ideò ignorantia prodeſt in reſeruatione de peccatis futuris, nõ verò de præteritis.

Inſtabis, poteſt Epiſcopus per modũ ſtatuti caſus reſeruare præteritos; ergo non remanet firma reſponſio.

Sed contra eſt, Nam ſi Epiſcopus taliter reſeruaſſet, tunc ignorãtia nullo modo pœnitenti prodeſſet. Addo quod ignorantia ſtatuti, nunc emanati de peccatis præteritis, non poteſt excuſare à reſeruatione, quia tunc quando peccatum fuit commiſſum, reſeruatio non erat, & conſequenter neque dici poteſt, quod ſit vera ignorantia de ſtatuto reſeruationis; Immò adeſt vera ſcientia quod reſeruatio non ſit, & cõſequenter ſtatutum tale eſſet tantum in ordine ad confeſſarios, non verò in ordi-

ordine ad pœnitentes.

Nec dicas ſexto, quod ſaltem delegati non poſſint abſoluere ignorantes reſeruationem, cùm delegatio ſit ſtricti iuris cap. cum dilecta de reſcriptis. Vnde delegatus nihil aliud plus facere poteſt, quàm circa expreſſa in delegatione; cap. Cum olim. Cap. P. & G. de cauſis, de officio delegati; ſed delegatus in caſu noſtro non habuit delegationem in hunc caſum: ergo &c.

14 Quia contra eſt; Nã confeſſarius hic inferior delegatus abſoluendo ignoranter delinquentem contra ſtatutum reſeruationis, non extendit ſuam delegationem, quia poteſt abſoluere, & eſt delegatus ad omnes caſus non habentes reſeruationem, & caſus hic (ſtante ignorantia) reſeruationem non habet; dum ergo non extendit ſuã delegationem, etiam ſi ſua delegatio reſtringenda eſſet, non eſt limitanda ad hunc ignorantem, & conſequenter poteſt à confeſſario inferiori abſolui.

Nec dicas ſeptimo, quod ſtatutũ reſeruationis nõ magis obligat pœnitentem, vt non delinquat; quàm confeſſarios, vt non abſoluant; ergo etiã ſi pœnitentes ignorantes non incurrant in illud, tamen confeſſarij tale ſtatutum ſcientes, non poſſunt abſoluere.

15 Nam ſtatutum hoc obligat confeſſarios, non abſolutè, ſed cum ordine ad pœnitentes; Abſolutio enim reſpicit ſubiectum abſoluendum, & cùm ſit obligatio in ordine ad pœnitentes, obligat ad non abſoluendum pœnitẽtes tranſgreſſores, non vero obligat ad non abſoluendum non tranſgreſſores huius ſtatuti. Ideò enim poteſt confeſſarius inferior abſoluere pœnitentes, qui inualidè peccata ſunt confeſſi cum ſuperiore, vel qui ſuperiori reſeruata non dixerunt ex ignorantia, quia limitatio poteſtatis confeſſarij inferioris eſt cũ ordine ad pœnitẽtes; Si ergo pœnitens contra ſtatutum non fecit, non eſt reus ſtatuti, & conſequẽter rigor reſtrictionis circa ipſum non delinquentem ſecundum reſpectum ad reſeruationem, adhiberi non debet. Et ſic poteſt abſolui.

16 Addo, quod reſeruatio per ſe primo reſpicit pœnitentes, cum ſit de caſibus cenſuratis, & nõ cenſuratis, & cenſuræ nullo modo reſpiciunt cõfeſſarios, ſed pœnitentes; Sic etiam reſeruatio; cum cenſurati habeant eundem finem, ac non cenſurati &c.

Dices octauò, quod hic ignorans, etiamſi ſciret peccatum illud eſſe reſeruatum, adhuc illud committeret; ergo nihil facit hæc ignorantia concomitans.

17 Sed contra eſt; nam ignorantia concomitans eſt peccatum praui affectus, & non operis conſũmati; & cùm reſeruatio ſit facta de opere cõſũmato, non de prauo affectu, vt patet; ideò etiamſi laboret hic poenitens ignorantia concomitante, non debet incurrere in reſeruationem, vt benè Filluccius tract. 20. num. 168. citatus ab Alphonſo de Leone recoll. 7. tom. 3. num. 309. qui etiam citat Bonacinam.

Nec dicas nonò, quod cùm hic habeat prauum affectum, & opus conſummatum, conſequenter incurrit in reſeruationem.

18 Quia contra eſt; Nam hic talis habet prauum affectum, non per modum actus, ſed per modum habitus; & ſic hæc tranſgreſſio per modum actus non habet prauam illam voluntatem contra ſtatutum reſeruationis; at hæc tranſgreſſio debet habere voluntatem contra ſtatutum per modum actus, & non per modum habitus; ergo prout hæc, nullo modo eſt voluntaria, quicquid ſit de affectu per modum habitus &c.

19 Vel dic cum Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 11. num. 46. in fine; & cap. 2. à nu. 6. Quod ad inducendum obligationẽ non attenditur qualis voluntas habenda foret, ſi obligandus meminiſſet; ſed qualis habita ſit, tempore præteriti operis, cap. dudum de conuerſ. coniug.

20 Vel dic, quod hæc eſt ignorãtia

tia concomitans, quæ à peccato, & à pœna peccati in ordine ad effectum excuſat, vt dicam infra.

SVMMARIVM.

Habens peccata dubie reſeruata, ſiue ſit dubium Iuris, ſiue facti poteſt à quocumque confeſſario abſolui. num. 1.

Dubium poſitiuum habet opinionem probabilem, quam cuilibet licitum eſt ſequi. n. 2.

Statutum reſeruationis ſemper pœnam continet, etiamſi principaliter ſit in fauorem, & ob bonum regimen Eccleſiæ; & conſequenter vt pœnale, & odioſum eſt reſtringendum. num. 3.

Qui votum Pontifici reſeruatum emiſit, ſed dubitat de intentione ſe obligandi, licet ad votum teneatur, non tamen votum eſt reſeruatum Pontifici. num. 4. & 11.

Epiſcopus potens peccatum dubium reſeruare, & non reſeruans, tribuit iuriſdictionē inferiori confeſſario illud abſoluendi. num. 5.

Superior nolens ſubditos vti opinione probabili, expreſſe ſibi reſeruat, quod eſt ſub opinione probabili. nu. eodem.

Dubitans poſt factam diligentiam, ignorantia inuincibili laborare dicitur. n 6.

Statutum, (vt eſt reſeruatio in diœceſi Neapolitana) vt obliget, debet promulgari; quod reſpectu caſus dubij nō dicitur ſufficienter promulgatum. nu. 7.

Caſus omiſſus, & non expreſſus in ſtatuto, relinquitur diſpoſitioni iuris communis. num. 8.

Reſeruatio non eſt in poſſeſſione caſus dubij, dubitans vero eſt in poſſeſſione non reſeruationis; vnde melior eſt conditio dubitātis, quam reſeruationis. nu. 9.

In materia reſeruationis, non punitur affectus, niſi ſequatur effectus. n. 10.

Verba externa hæreticalia in foro externo probant hæreſim internam, licet proferēs dubitet de animo quo verba protulerit: in foro vero conſcientiæ talis dubitans non dicitur hæreticus formaliter. nu. 11.

Voluntas Ordinariorum non reſeruantium ſibi caſus dubios dat facultatem inferioribus confeſſarijs abſoluendi ab ipſis. num. 12.

Caſus Papales dubie, vel clare reſeruati, ſiue in bulla cœnæ domini, ſiue alias, & caſus clare reſeruati ab Epiſcopo, à nullo inferiori abſolui poſſunt; ſecus caſus Epiſcopales dubij. num. 13.

RESOLVTIO. II.

Quidam habet peccata dubie reſeruata: An poſſit abſolui à quocumq; confeſſario inferiori?

Loquimur in hoc caſu, ſiue dubiū ſit Iuris, ſiue facti.

1 Reſpōdeo, quod hic talis poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori. Ita Eminentiſſ. Ioannes de Lugo de pœnit. diſp. 29. ſect. 2. n. 17. Merolla diſp. 3. cap. 3. dub. 2. num. 366. Diana par. 4. tract. 3. reſol. 4. & 6. par. tract. 6. reſol. 40. verſ. ad ſecundum dubium &c. pag. 144. Portellius verb. caſus reſeruati num. 7. Sà verb. caſus reſeruati num. 5. Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 5. num. 15. Thomas Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 10. num. 74. Graffius de caſ. reſ. lib. 1. cap. 4. à num. 40. Henriquez lib. 6. cap. 26. num. 7. Boñac. de pœnit. diſp. 5. q. 7. punct. 5. §. 4. num. 1. Mancinus de caſ. reſer. pract. 3. dub. 3. Pro probatione.

2 Suppono, nos loqui de dubio formali negatiuo, non de poſitiuo; Nam poſitiuum habet rationes probabiles pro vtraque parte, & ſic habet opinionem probabilem pro ſe, quam cuilibet licitum eſt ſequi, vt ſæpè dixi in prima parte mearum reſolutionum, reſolut.... His poſitis.

3 Probatur Reſponſio, quia ſtatutum reſeruationis eſt ſtatutum pœnale, & conſequenter reſtringendum, etiamſi fiat ob bonam Eccleſiæ gubernationē. Nam ſtatutum editum principaliter in fauorem, ſi pœnam continet, reſtringen-

gen-

gendum eſt vt odioſũ, inquit Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 1. num. 5. in fine. ex Gloſ. l. 2. C. de in ius vocando, verbo liberis, & ibi Bart. num. 1. Bald. nu. 4. Alexand. num. 5. Et ſtatutum reſeruationis, factum ob bonum regimen Eccleſiæ, continet obligationem ſe præſentandi ſuperiori, quæ poena eſt, ſecundum Suarez de poenit. diſp. 30. ſect. 3. num. 6. Ergo etiam ſi fiat ob bonum regimen Eccleſiæ, ſemper eſt reſtringendum. Sed ſi reſeruatio procederet ad caſus dubios, non reſtringeretur, nec reciperet ſtrictam interpretationem, ſed latam, vt patet: ergo dicendum eſt, quod non procedat; Sed quando caſus non eſt reſeruatus, poteſt quilibet confeſſarius ipſum abſoluere: ergo poteſt etiam abſoluere caſum dubium, confeſſarius inferior.

4 Confirmatur, quia quando quis eſt certus, quod emiſerit votum Pontifici reſeruatũ, ſed dubitat de intentione ſe obligandi, etſi teneatur ad votum, quia poſſeſſio ſtat pro voto; tamen votum illud non eſt reſeruatum Pontifici, vt optimè Thomas Sanchez lib. 4. ſummæ cap. 40. num. 26. & cap. 44. n. 3. & hoc ideo, quia reſeruatio eſt odioſa, & conſequenter reſtringenda ad caſum certum: ergo à pari cum etiam in caſu noſtro ſimus in reſeruatione, illã debemus reſtringere ad caſum certũ, & non ad dubium.

5 Probatur ſecundò, quia Epiſcopus poteſt reſeruare caſum dubium, nam ad hoc requiritur iuriſdictio, vt optimè Eminentiſſ. Ioannes de Lugo: & ſcit etiam opinionem probabilẽ, quod caſus reſeruatus in dubio poteſt abſolui ab inferiori, & ſtante hac ſciẽtia de facto caſum dubium expreſsè non reſeruauit: ergo ſignum eſt, quod intẽdit tribuere iuriſdictionem inferiori confeſſario; aliter enim expreſsè ſibi dubium reſeruaſſet. Quando enim ſuperiores nolunt, ſubditos vti opinione probabili, expreſsè ſibi reſeruãt quod eſt ſub opinione probabili; Sic videre eſt in bullis antiquioribus Iubilæi, vbi erant illa verba (teque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis &c.; & quia DD. opinabãtur, quod poenitens poſſet tunc abſolui ab irregularitate, ideo in bullis nouis appoſita fuerũt illa verba; Per præſentes aũt ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta non intendimus diſpenſare) Ita Auila p. 2. diſp. 10. dub. 4. verſ. concluſio &c. Henriquez lib. 14. cap. . . . num. 6. in gloſ. B. 2. ſic etiam Clemens VIII. reſeruauit caſus papales dubiè reſeruatos.

6 Confirmatur primò; Nam dubitans poſt factam diligentiam, dicitur laborare ignorantia inuincibili. Ita Ioannes Sanchez in ſelect. diſp. 24. num. 3. Thomas Sanchez lib. 2. de matr. diſp. 41. num. 4. verſ. 2. probatur &c. Patet ex l. manifeſtiſſimè 22. §. ſin autem neſcius C. de furtis, gl. in cap. ſi diligenti verb. bona fides, de præſcript. Oinotomus in §. ſed iſte, inſt. de actionibus. Naldus verb. Præſcriptio num. 3. verſic. Dubitans autem &c. Leſſ. lib. de iuſt. cap. 14. dub. 1. num. 22. & lib. 2. cap. 6. dub. 5. num. 16. Sed qui laborat ignorantia inuincibili de reſeruatione, non incidit in illam, ex dictis reſol. 1. Ergo neque qui commiſit caſum dubium, & conſequenter poteſt abſolui ab inferiori.

7 Confirmatur ſecundò, quia reſeruatio eſt per modum ſtatuti, vt dixi, & ſtatutum neceſſariò debet eſſe promulgatum, vt obliget: vt patet. At reſpectu caſus dubij, non dicitur ſufficiẽter promulgatum; cum ignoretur, an ſe extendat reſeruatio ad caſum dubium: ergo non obligat in ordine ad caſum dubium, & conſequẽter poteſt inferior abſoluere.

8 Confirmatur tertiò à Graffio l. c. nu. 40. Quia caſus non expreſſus habetur pro omiſſo, l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. obligat., & caſus omiſſus, relinquitur diſpoſitioni iuris communis, l. ſi cum dotem ff. ſoluto matr., & l. cõmodiſſimè ff. de liber. & poſth. ſed Iure communi poteſt confeſſarius appro-

batus abſoluere ſubditum approbatoris:ergo &c.

Dices,quod in dubio melior eſt cōditio poſſidentis;ſed in caſibus expreſſis ſumus certi de caſibus, & dubitamus tantum de materia, vel intentione: ergo iudicandum erit pro reſeruatione.

9 Sed contra eſt. Nam in dubio,melior eſt conditio poſſidentis;Sed reſeruatio nihil poſſidet, dum dubitamus, an ſe extendat ad caſum noſtrum. Vnde aliud eſt dicere, quod caſus ille ſit peccatum; & hoc eſt certum : aliud eſt dicere,quod caſus ille ſit ſub reſeruatione;& hoc eſt dubium.Et quod reſeruatio ſe extēdat ad caſum dubium, de hoc non ſumus certi : cum ergo reſeruatio non ſit in poſſeſſione circa caſus dubios, conditio ipſius melior eſt.

Dices ſecundò, quod ſumus certi abuſionem illam fuiſſe ſaltem affectiuè de Oleo Sancto e.g.,ſi reſeruatio ſit contra abutentes ſacramentalibus, & ſic de cæteris;& conſequenter peccatū hoc erit formaliter ſuperſtitionis:ergo poſſeſſio ſtat pro reſeruatione.

10 Sed contra eſt.Nam peccatum conſummatum in affectu tantum, non eſt ſub reſeruatione,vt patet in noſtra tabella reſeruationis : & conſequenter reſeruatio nō eſt de iſtis in poſſeſſione; non enim punitur affectus tantum in materia reſeruationis, ſed opus debet eſſe opere completum,vt dicam infra. At in caſu noſtro dubitamus, an ſit opere completum. Nec ex eo,quia eſt peccatū ſuperſtitionis formaliter, erit reſeruatū; etenim ſuperſtitio cū abuſione Olei Sancti eſt reſeruata &c. de qua non ſumus certi; & cùm reſeruatio,vt odioſa ſit reſtringenda; conſequenter non eſt extendenda ad hunc caſum dubium.

Nec dicas tertiò. Quod qui profert hæreſim externam,etiam ſi dubitet de intentione,an ſcilicet cum errore protulerit, eſt puniendus vt hæreticus, & hæreſis illa etiam in foro conſcientiæ eſt reſeruata, ſecundum Sanchez loc. cit.: ergo à pari qui abuſus eſt Oleo Sācto,etſi dubitet an fuerit Oleū Sanctum,puniēdus erit vt abuſor Olei Sācti, & conſequenter non abſoluendus ab inferiori

11 Quia contra eſt; Nam in foro fori, verba externa probant hæreſin internam;& hæc probatio ſemper ſubſiſtit, dum non probatur contrarium in eodem foro externo, quod contrarium nō probatur, licet Reus dicat ſe ignorare,quo animo verba illa protulerit. At quia in foro conſcientiæ, creditur dicto pœnitentis, ideo dicimus, quod qui profert hæreſim externam, & dubitat quo animo protulerit, nō dicitur hæreticus formaliter, & ſic poteſt abſolui: ſic etiam dicendum eſt de reſeruatione in caſu noſtro.

Quod magis patet exemplo, ab eodem Sanchez allato in ſumma lib. 4. cap.44.num.3.& cap.40.nu.6.de voto caſtitatis: Qui enim ſcit emiſiſſe votū caſtitatis, & dubitat de intentione ſe obligandi; votum illud etſi validū ſit, quia præſumptio ſtat pro voto;tamen non eſt Pontifici reſeruatum, quia reſeruatio eſt odioſa, & conſequenter reſtringenda ad caſum certum; ita à pari in caſu noſtro; Ita de Lugo loc. cit. num. 8. Merolla l. c. num. 330.

Nec dicas quartò, quod quādo dubitamus an ꝑcuſſio clerici fuerit grauis,& conſequenter reſeruata Pontifici;an leuis, & conſequenter reſeruata Epiſcopo, cap. peruenit de ſentent. excomm., non poteſt Epiſcopus tunc abſoluere; ſicut nec poteſt cōfeſſarius abſoluere à caſibus, de quibus dubitatur an ſint reſeruati Pontifici:ergo à pari in caſu noſtro.

12 Quia contra eſt.Nam Epiſcopus nō poteſt abſoluere à percuſſione dubia, nùm grauis,vel leuis ſit;quia Pontifex, ſibi reſeruauit talem percuſſionē dubiam de grauitate:vt conſtat ex extrauaganti Perlectis &c. nondum typis mandata, quam refert Nauar. in ſumma cap.27.num.91. Sic etiam alia crimina

mina

mina dubia an ſint reſeruata Pontifici, Pontifex ipſe ſibi reſeruauit, vt habetur in quodam decreto Sacræ Congregat. edito de ſpeciali mandato Clementis VIII., vt refert Quaranta verbo caſus reſeruati, §. editum fuit &c.: At cum Epiſcopus caſus dubios ſibi non reſeruauit, ſicut fecit Pontifex, dicendum eſt quod dedit facultatem inferioribus confeſſarijs abſoluendi ab ipſis.

Igitur noſtra opinio tutiſſima eſt in conſcientia, cum habeat validiſſimas rationes, auctores, & conſenſum Summi Pontificis, qui hanc opinionem non expurgauit à ſupradictis auctoribus, & voluntatem Ordinariorum, qui cum poſſint peccata dubia ſibi reſeruare, non reſeruant.

Dices ex Mãcino in ſua practica de caſ. reſer. dub. 3. verſ. Sed hæc intellige &c. Quod Clemẽs VIII. expreſsè prohibuit, poſſe Aliquem abſoluere à caſibus dubiè reſeruatis ab Epiſcopis, ſeu Ordinarijs locorum, ſub poena excommunicationis ipſi Pontifici reſeruatæ: vt in declaratione Sacræ Congregationis die 9. Ianuarij 1601. Ergo falſa eſt noſtra reſponſio.

13 Reſpondeo, quod nihil tale in bulla Clementis, nec in declaratione Sacræ Congregat. Imò oppoſitum colligitur expreſsè; ibi enim hæc habes. Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſita, iuſtis, & grauibus cauſis id exigentibus, ac de Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ VIII. ſpeciali mandato, viuæ vocis oraculo deſuper habito, ſacerdotibus omnibus &c. ab vllo ex caſibus clare, vel dubie in bulla cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel alias quomodocumq; Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum per Sanctitatẽ Suam, eiuſue ſucceſſores pro tempore in eadem bulla, vel aliter reſeruandis; nec etiam à caſibus quos Ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu etiam neceſſitatis vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua, vel ſpeciali ſanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, quoad caſus ab ipſis tantum reſeruatos reſpectiue, impetrata in ſcriptis licentia Ordinarijs locorum exhibenda, Abſolutionis beneficium de cætero impẽdere audeãt, vel prẽſumãt &c. Vbi vide, quod caſus Papales dubiè, vel clare reſeruati, ſunt contenti in tali declaratione, & caſus Epiſcopales clarè reſeruati, abſolui non poſſunt; Non ergo Pontifex loquitur de caſibus dubiè reſeruatis ab Epiſcopo, vt loquitur noſtra reſolutio.

S V M M A R I V M.

Abſolutus per inferiorem confeſſarium à caſu dubiè reſeruato ab Epiſcopo cum cenſura, certioratus deinde de reſeruatione, non tenetur ſe præſentare ſuperiori. num. 1.

Peccatum directè abſolutum, etſi ſit confeſsũ vt dubium, non eſt amplius ſubijciendum clauibus. num. 2.

Peccata confeſſa groſſo modo in pueritia nemo tenetur deinde confiteri certiori modo. num. 3.

Dubius de cenſura, ſi abſolutionẽ ad cautelam petat, non tenetur amplius illam petere; etiam ſi certioretur illa indigere. num. eodem.

Diſpenſatio à voto Papali cum dubia intentione ſe obligandi, ſpectat ad Epiſcopum; nec ſi poſt diſpenſationem certioretur intentio, tenetur diſpenſatus adire Papam. nu. eodem. & nu. 12.

Obligatio confitendi peccata eouſque durat, quouſque retinẽtur à Sacerdote: at ſolutis peccatis, ceſſat obligatio illa deferendi. num. eodem.

Abſolutio à peccatis, etiam dubijs eſt per ſententiam, quam præcedere debet accuſatio Rei: ſecus in cenſura, quæ poteſt ſub conditione abſolui: etiam non præcedente Rei accuſatione. nu. 4.

Peccatũ prout eſt in conſcientia poteſt ſubijci clauibus, non autem prout eſt poſſibile, cir-

ea quod non cadit accuſatio.nu.eod.

Ad recipiendam directam abſolutionem, ſufficit manifeſtatio peccati dubij, prout tunc eſt in conſcientia, non prout eſt poſt abſolutionem.num.5.

Certitudo peccati non eſt circumſtantia,quã deinde manifeſtare debeamus poſt abſolutionem directam à peccato dubio.nu.6.

Peccatum certum ſi confiteatur ut dubium, non confitetur prout eſt in conſcientia. num.7.

Quilibet confeſſarius habet directam poteſtatem abſoluendi à peccatis dubie reſeruatis.num.8.

Nec peccatum ſine nouo voluntario, nec cenſura ſine noua culpa redeunt.nu.9.

Abſolutus directè ab aliquo peccato, non tenetur amplius illud confiteri.nu.10.

Caſus dubie reſeruatus,durante dubio reſeruatus non eſt,vnde abſolutus ab illo dicitur abſolutus à non reſeruato. num. 11. & 14.

Peccatum dubium remiſſum dum eſt dubiũ, ſi poſt abſolutionem conſtet fuiſſe vere peccatũ,remanet directè abſolutũ. nu.12.

Diſpenſatio obtenta à delegato dubitante, an ſua poteſtas ſe extendat ad diſpenſandum, valida eſt,etiam ſi poſt diſpenſationem detegamus talem diſpenſare non potuiſſe.num. 13.

Abſolutus bona fide à caſu cenſurato ab inferiori,eſt quidem abſolutus à peccato,non tamen à cenſura, dum abſoluitur à non habente iuriſdictionem: abſolutus vero per inferiorem à caſu dubie reſeruato, dicitur abſolutus ab habẽte iuriſdictionem. num.14.

Reſeruatio cenſuræ, adueniente dubio ceſſat, ceſſante verò dubio redit,vnde ſi quando erat dubium non fuit abſoluta ab inferiori,ceſſante dubio nec poteſt abſolui.nu.15.

Poteſtas abſoluendi à reſeruatis, dari poteſt pro aliquo tempore, & circumſtantia, & poſtea auferri.nu.eodem.

RESOLVTIO III.

Quidam fuit abſolutus à ſacerdote inferiori, à caſu cum cenſura, dubiè tamen reſeruato ab Epiſcopo; & poſt abſolutionem aduertit caſum illum eſſe reuera reſeruatum: An teneatur iterum ſe præſentare ſuperiori, habenti poteſtatem abſoluendi à tali caſu reſeruato?

1 RESpondeo,quod abſolutus in tali caſu propoſito,ab Inferiori,ſi poſtea certioretur caſum fuiſſe reuera reſeruatum, non tenetur ſe iterum præſentare ſuperiori. Ita Eminentiſſ. Ioannes de Lugo diſp.20.ſect.2. num. 20. Pro probatione.

2 Suppono primò. Peccatum directè abſolutum, & ſi ſub dubio confeſſum, non eſſe amplius ſubijciendum clauibus.Hanc propoſitionem tuentur omnes illi DD. qui fatentur,quod pœnitens qui non poteſt determinare numerum certum peccatorum, confiteatur numerum veriſimilem,v.g. qui dixit in confeſſione iuraui falſo decies plus,minuſue,& poſtea recordetur iuraſſe duodecies tantum, non tenetur iterum confiteri illa duo peccata non explicata; Hic enim vndecimum, & duodecimum periurium non dixit vt certum,ſed vt dubium, & tamen quia eſt ſatis explicatum in priori numero, & eſt directè abſolutum, etſi in dubio, amplius pœnitens non tenetur illud confiteri. Ita ſentit Vaſquez 3.p.tom. 4.q.91.art.1.dub.6.num.2. ConinK de Sacram.diſp. 7. de integritate confeſſionis dub.7.nu. 62. Suarez de pœnit. diſp.22.ſect.5.num.38.Sotus in 4.diſt. 18.q.2.art.4.

3 Ex qua veriſſima doctrina, & communiſſima,optimè deducit Eminentiſ. de Lugo de pœnit.diſp.16.ſect.2.à nu. 78.quod,qui confitetur peccatum dubiũ,ſi deinde recordetur illius vt certi, non tenetur iterum cõfiteri; tum quia peccatum illud confeſſum cum certis non tenetur confiteri: ergo neque ſi con-

confiteatur ſine certis. Nam idem eſt dicere accuſo,me de decem certis, & de duobus dubijs, ac dicere de decem plus,minuſue,vt patet. tum quia,pueri confitentur numerum peccatorum groſſo modo, & tamen quando fiunt grandiores,& eruditi, praxis Eccleſiæ non obligat eos ad iterum confitendũ peccata,certiori modo,in pueritia explicata confuſo modo. tũ quia Dubius de excommunicatione, cenſura, irregularitate &c. ſi ad cautelam, abſolutionem petit, & poſtea aduertit indigere illa, non tenetur illam iterum petere: ergo ſic etiam in caſu noſtro. Ita etiam à pari de voto caſtitatis,religionis &c. huiuſmodi;ſi pœnitens dubitat de intentione ſe obligandi, licet certo ſciat emiſiſſe votum illud,diſpẽſatio huiuſmodi voti, ſpectat ad Epiſcopum, dum eſt ſub dubio; et,ſi poſt diſpenſationem, aduertit habuiſſe intentionem ſe obligandi, non tenetur adire Pontificem. Ita Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 44. num. 10. ergo ſic à pari dicendum eſt in caſu dubio. tum quia pœnitens, dum confitetur caſum dubium,intendit recipere abſolutionẽ directam;ſi reuera peccatum eſt, cum confeſſarius habeat poteſtatem abſoluendi ab illo: ergo amplius confiteri non tenetur, cum ceſſet omnis ratio confitendi denuo,dum eſt directè abſolutus.tũ quia tota obligatio confitẽdi peccata,continetur in illa poteſtate retinendi, quam accipiunt ſacerdotes; & tunc dicitur quod ſacerdos retinet peccatum,quando illud non abſoluit; & quandiù peccatum eſt à ſacerdote retentum,eſt obligatio deferendi peccatum ad ipſum ſacerdotem, ad hoc vt ſoluat; ſed quando ſacerdos ſoluit peccatum, ſi fortè peccatum eſt,tunc non retinet, dum ſoluit, ſi reuera eſt: ergo ceſſat obligatio iterum deferendi peccatum illud ad ſacerdotem, ad hoc vt ſoluat illud, cum ſit iam ſolutum.

Nec obſtat primò, quod Pontifex, etiam à cenſura poſſibili abſoluit, & ſi poſt talem abſolutionẽ,Abſolutus cognoſcat ſe reuera incidiſſe in aliquam cenſuram,non tenetur iterum abſolutionem petere; & tamen pœnitens nõ poteſt abſolui à peccato poſſibili: ergo à pari,etſi abſoluatur à cenſura dubia neq; poterit ex hoc inferri, quod poſſit abſolui à peccato dubio.

4 Quia diſparitas eſt manifeſta. Nam Pontifex poteſt ſub conditione ſoluere à cenſura &c.etiam non præcedente accuſatione Rei: At peccata in ſacramento pœnitentiæ directè ſolui nõ poſſunt,niſi præcedat Rei accuſatio,& ipſe ſacerdos vt Iudex proferat ſentẽtentiam;quod totum etiam in peccato dubio requiritur, cum tunc reus proponat peccata prout ſunt in conſciẽtia: At qui confitetur peccata poſſibilia nullo modo ſe accuſat;& cum nõ præcedat accuſatio, non poteſt ferri iudiciũ; nec ſubijciũtur clauibus prout ſunt in conſcientia, quia peccata poſſibilia nullo modo ſunt in conſciẽtia,ſed poſſunt eſſe.

Nec obſtat ſecundò, quod pœnitẽs tenetur dicere peccata,prout ſunt in conſcientia, & dixit vt dubia, quando erant vt dubia in conſcientia: ergo quando ſunt vt certa, erunt dicenda vt certa.

5 Quia pœnitens tenetur manifeſtare peccatum vt eſt in conſcientia, ſolũ quando manifeſtatur ad finem recipiendi abſolutionem; non prout eſt in conſcientia, poſtquam pœnitens plenè, & directè fuit abſolutus ab illo. Patet in exemplo de abſolutione voti dubij caſtitatis,poſt abſolutionem obtentam ab Epiſcopo;& in peccato cõfeſſo ſub illo numero plus, minuſue &c.

Nec obſtat tertiò,quod circumſtãtia omiſſa per obliuionem eſt confitenda, imò peccatum totum, ſi ſine peccato circumſtantia illa confiteri non poſſit: ergo à fortiori certitudo peccati; cum magis ſit de ſubſtantia peccati certitudo,quam alia circumſtantia.

6 Quia certitudo,non eſt circumſtantia,

tia,vel aliquid ſe tenens ex parte peccati,ſed ex parte manifeſtationis, ſeu notitiæ; qui enim in dubio ſe accuſat de aliquo peccato, totum peccatum manifeſtat, & cum omnibus circumſtantijs;non tamen tali, & tanta manifeſtatione,quali,& quanta poſtea poſſet manifeſtari. At tempore quo manifeſtauit ad finem recipiendi abſolutionem, ſufficienter manifeſtauit, prout tunc erat in conſcientia,quod ſufficit,vt patet.

Neć dicas quartò,quod ſic pœnitēs poſſet peccatum certum manifeſtare, vt dubium, & cum tunc ſit directè abſolutus,non debet amplius confiteri.

7 Quia contra eſt,nam qui habet peccatum certum, & confitetur vt dubiū, confitetur peccatum, non prout eſt in conſcientia;vt patet.

Hæc omnia Eminētiſſ. de Lugo,qui dicit hanc ſentētiam eſſe Nicolai Riccardi Magiſtri Sacri Palatij, & aliorū.

8 Suppono ſecundò,inferiorem confeſſarium habere poteſtatem directam ſupra caſus dubie reſeruatos,quod patet ex dictis in ſuperiori reſolutione. tum quia Epiſcopus potuit ſibi reſeruare peccatum dubium, & non reſeruauit.tum quia ſtatutum reſeruationis eſt pœnale,& conſequenter reſtringēdum ad caſum certum, & non extendendum ad caſum dubium. tum quia dubium hoc facti, trahit ſecum dubiū iuris, an ſcilicet ſtatutum reſeruationis ſe extendat ad caſum dubium, & conſequenter confeſſarius poteſt deducere concluſionem practicam,quod ſcilicet habeat poteſtatem abſoluēdi. tum quia dubitans poſt factam diligētiam, dicitur laborare ignorantia inuincibili,& vt ignorans poteſt abſolui ab inferiori.tum quia ſtatutum dubiū, non dicitur adæquatè promulgatum, & ſic vim habere non poteſt: prout hæc, & alia dixi in præcedenti reſolutione.

9 Suppono tertiò, peccatum non redire ſine nouo voluntario.Nec cenſuram ſine noua culpa. cap. eos qui de ſent.excomm. in 6. vbi habetur,quod abſolutus ab inferiori, ſi contempſerit ſe præſentare ſuperiori, incidit in excommunicationem nouam, vt inquiūt Sanchez in ſumma lib. 2.cap.13.num. 28.Bonac. de cenſuris diſp.1.q.3.pūct. 3.propoſ.5.num.16.ex Nauar.cap.27. num. 377. Henriquez lib. 13. cap.28. num. 2. ConinK diſputatio. 14. dub. 16.num.216.Alter:ex parte lib.4.diſp. 1.cap.5.ſub fin.ergo debet habere ſuū fundamētum nouum, quod eſt culpa, ſecundum omnes DD.His poſitis.

10 Probatur Reſponſio, quia qui eſt directè abſolutus ab aliquo peccato, non tenetur amplius peccatum illud ſubijcere clauibus,vt in primo ſuppoſito; ſed qui eſt abſolutus à peccato dubio ab inferiori, eſt directè abſolutus ab illo,vt in ſecundo ſuppoſito:ergo non tenetur amplius peccatum illud ſubijcere clauibus.

11 Confirmatur primò, quia quando eſt abſolutus pœnitens ab inferiori à peccato dubio,ita eſt abſolutus, ſicuti peccatum illud reſeruatum non eſſet; quia in peccatum dubium,inferior habet iuriſdictionem, cùm non ſit reſeruatum vt dixi: aliter enim abſolutus ab inferiori,ſi non eſſet abſolutus, ſequeretur quod non poſſet recipere tuta conſcientia,alia Sacramenta;nam haberet dubium de excommunicatione: ergo dicendum eſt,quod ſit abſolutus,etiā ſi reuera caſus eſſet cenſuratus,vel reſeruatus.

12 Confirmatur ſecundò.Nam qui abſoluit peccatum dubium, ad hoc maximè abſoluit, vt ſi verè fuit peccatū, remittatur:ergo ſi deinde conſtet fuiſſe verè peccatum,conſtat etiam fuiſſe abſolutum directè; ergo non remanet amplius obligatio ſe præſentandi ſuperiori.

Confirmatur tertiò, quia diſpenſatio voti caſtitatis in dubio,an habuerit vouens voluntatem ſe obligandi (votum enim hoc,tenet,quia poſſeſſio, ſeu præſumptio ſtat pro voto, ſecundum communem ſententiam) ſpectat ad Epi-

Epiſcopum, quia reſeruatio voti eſt odioſa, quæ non ſe extendit ad caſum dubium, ſecundum Sanchez . . ., Mcrollam . . ., & alios. Et tunc ſi Epiſcopus diſpenſet, & poſt diſpenſationem, cognoſcat Vouens habuiſſe intẽtionem ſe obligandi, non tenetur petere diſpenſationem à Pontifice, ſecũdum Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 44. num. 10. Nam ratione dubij, tempore diſpenſationis votum non erat reſeruatum; & tunc Epiſcopus habebat poteſtatem diſpenſandi: ergo à pari quia ſacerdos inferior habet poteſtatem abſoluendi à dubiè reſeruatis, ſi Pœnitens à dubie reſeruatis abſoluatur per Inferiorem, licet deinde poſt abſolutionem cognoſcat caſum reuera fuiſſe reſeruatum, non tenetur accedere ad ſuperiorem.

13 Confirmatur quartò, quia quando dubitamus, an poteſtas delegati ſe extendat ad diſpenſandum, ſi de facto diſpenſet, diſpenſatio eſt valida; etiam ſi deinde deprehẽdamus, ſuã poteſtatẽ non ſe extendere ad talem diſpenſationem, Sanchez lib. 4. ſummæ cap. 44. num. 11. ergo à pari, in caſu noſtro.

Nec dicas primò, quia excommunicatus, abſolutus in ſacramento pœnitiæ bona fide, à non habente poteſtatem, licet non teneatur iterum confiteri peccata illa, tamen tenetur recurrere ad ſuperiorem pro abſolutione. Vide Dianam 6. p. tract. 6. reſol. 40. Ergo à pari, licet pœnitẽs à peccato dubiè reſeruato cum cenſura ſit abſolutus, tamen debet deinde recurrere ad ſuperiorem.

14 Quia contra eſt. Nam abſolutus bona fide, eſt abſolutus à non habente iuriſdictionem ſuper excommunicatione. At abſolutus per inferiorem à caſu dubiè reſeruato, eſt abſolutus ab habente iuriſdictionem ſuper peccatũ dubiè reſeruatum. Nam cùm peccatũ dubiè reſeruatum, reſeruatum non ſit, dùm eſt ſub dubio; Inferior habet poteſtatem ſuper illud, vt diximus: ergo qui eſt abſolutus bona fide, eſt abſolutus à peccato, non verò à cenſura. Nã dùm poſuit partes eſſentiales ſacramenti, & de præcepto non accedendi ad ſacramentum pœnitentiæ, ratione excommunicationis, laboret ignorantia inuincibili: conſequenter fit ſacramentum, & ſic à peccatis directè abſoluitur. At qui eſt abſolutus per Inferiorem, à peccato dubiè reſeruato, eſt directè à cenſura, & à peccato abſolutus; cùm à cenſura dubiè reſeruata poſſit abſoluere confeſſor Inferior, vt dixi ſæpius.

Nec dicas ſecundò, quod obſtet Concil. Trid. ſeſſ. 14. can. 11. dùm damnat eum, qui dixerit ſacerdotem ſine licentia Prælati ſuperioris, verè abſoluere à cenſuris, & caſibus reſeruatis.

Quia contra eſt. Nam caſus dubiè reſeruatus, durante dubio reſeruatus non eſt; quando enim ſuperiores volunt ſibi reſeruare caſus dubios, ſe explicant, ſicut de facto fecit Clemens VIII. circa caſus Papales, dubiè reſeruatos; vt videre eſt apud Quarantam verbo caſus reſeruatus §. editum fuit &c.: quando ergo Inferior abſoluit à caſu dubiè reſeruato, abſoluit cum licentia Epiſcopi, non reſeruantis ſibi peccatum dubie reſeruatum &c.

Nec dicas tertiò, quod dicta vera ſint de caſu ſine cenſura; Nam caſus cum cenſura, ſi reuera cenſura eſt, eſt cenſura reſeruata, à qua Inferior abſoluere non poteſt: ergo tenetur ſe præſentare ſuperiori.

15 Quia contra eſt. Nam cẽſura in caſu reſeruato, eſt in ſe reſeruata; ſed ceſſat reſeruatio propter dubium adueniens, in quo dubio ſuſpenditur reſeruatio; ita tamen vt ſi durante illo dubio non abſoluatur pœnitens, poſtea ceſſante dubio, redeat reſeruatio; & ſic amplius abſolui non poteſt ab Inferiori; reſeruatio enim eſt ablatio poteſtatis, quæ redit ſine noua culpa. Vnde poteſtas abſoluendi, dari poteſt pro aliquo tempore, vel circumſtantia, & auferri poſtea; ſicut fit tempore Iubilei, in quo ceſſat reſeruatio, & trã-

ſacto

ſacto illo tempore redit pro illis, qui Iubilæum lucrari noluerunt &c.

SVMMARIVM.

Pœnitens qui in caſum reſeruatum, cum cenſura incidit, ſi bona fide accedit ad inferiorem confeſſarium, qui ſcit ſe non habere poteſtatem abſoluendi talem caſum, ſi ab ipſo abſoluitur, non tenetur quando venit in malam fidem, confeſſionem iterare, ſed tantum caſum cenſuratum ſuperiori manifeſtare. num. 1.

Excommunicatus priuatur tantum iuriſdictione actiua in alios, non autem ſubiectione paſſiua ad alios ſibi ſuperiores. nu. 2.

Abſolutio peccatorum cum cenſura non pugnat; vnde Sum. P. valide poteſt abſoluere excommunicatum à peccatis, & non à cenſura. num. 3.

Excommunicatio non reddit pœnitentem inhabilem ad recipiendum ſacramentum pœnitentiæ, concurrentibus omnibus requiſitis. num. 4.

Pœnitentiæ ſacramentum ab excommunicatione non irritatur. nu. 5. *&* 6.

Excommunicatus priuatur participatione ſacramentorum, ex præcepto Eccleſiæ de non accedendo ad ſacramenta nu. eodem.

Excommunicatus, bona fide accedens ad ſacramenti perceptionem, præceptum Eccleſiæ de non accedendo, non violat. num. eodem.

Excommunicatus minori excommunicatione, etſi amittat ius exigendi ſacramenta; nõ tamen amittit ius illa adminiſtrandi. num. 6.

Remotus à ſucceſſione dicitur, qui nullum habet ius ſuccedendi. nu. eod.

Excommunicatus, bona fide, vel cum cauſa excuſante ſacramenta recipiens, licitè, & validè recipit. nu. 7.

Sacramenta, quæ vt conferantur, iuriſdictione indigent, ſine iuriſdictione collata, ſunt nulla. num. 8.

Sacramenta collata ab excommunicato, collatione ſacramentorum priuato, ſunt nulla. num. eod.

Sacramenta ab excommunicato recepta, valida ſunt; cum non vtatur iuriſdictione ad ipſa recipienda, ſed potius conferens vtitur iuriſdictione in ipſum, quā ipſe conferens non amiſit. nu. eod.

Sacramenta, collata ab excommunicato minori excommunicatione, virtutis effectu non carent. num. 9.

Collatio omnium ſacramentorum ab excommunicato facienda ex Eccleſiæ prohibitione irritari non poteſt. num. eod.

Sciens tantum ſe eſſe excommunicatum priuatur receptione ſacramenti pœnitentiæ, non autem Ignarus ſuæ excommunicationis. num. 10.

Voluntas Eccleſiæ priuans excommunicatum ſacramentorũ perceptione, non irritat ſacramenta bona fide recepta ab excommunicato. num. eod.

Licet excommunicatus priuetur bonis Eccleſiæ, non tamen Eccleſia priuatur iuriſdictione in ipſum; immò nec priuare ſe poteſt ratione characteris impreſſi in anima excommunicati. num. 11.

Eccleſia priuat excommunicatum, ſacramentorum perceptione, prohibendo ne participet, non irritando bona fide recepta. num. 12.

Poſſunt Eccleſiæ ſuffragia applicari excommunicato non tollerato contrito, per quem non ſtetit quin abſoluatur. nu. 13.

Eccleſia non priuat ſuffragiorum participatione illos, quos Deus non excludit. num. eodem.

Excommunicatio eſt pœna medicinalis, impoſita vt ſe peccator emendet, & emendatus ſacramenta, & Eccleſiæ ſuffragia participet. nu. eod.

Excommunicatus innocens in foro conſcientiæ, probatus tamen nocens in foro fori, nõ priuatur Eccleſiæ ſuffragijs. nu. eod.

Excommunicationis vinculum, quoad participationem ſacramentorum, per pœnitentiam ſuſpenditur, non tollitur. nu. 14.

Cenſura manens, vſque dum ab infligente non ſuſpenditur, habet effectum ſuum. num. 15.

Excommunicatus pœnitens ex hac vita diſcedens abſque beneficio abſolutionis, abſolutione indiget. nu. 16.

Excommunicatus, quia hominum conſortio priuatur, eſt habendus vt Ethnicus, &

Pu-

Digitized by Google

Publicanus, non quia priuatur receptione ſacramentorum. num. 17.

RESOLVTIO IV.

Quidam ſcienter incidit in caſum reſeruatum cum cenſura, & poſtea bona fide acceſſit ad confeſſarium inferiorem, qui eum abſoluit, etſi ſciat non habere poteſtatem abſoluendi talem, à tali caſu cenſurato: An talis pœnitens teneatur, iterum confiteri omnia peccata, in tali cõfeſſione expreſſa, poſtquam venit in cognitionem, talem confeſſarium non habuiſſe poteſtatẽ, ipſum abſoluẽdi à tali caſu, et cenſura: An vero teneatur accedere ad ſuperiorẽ, pro abſolutione à cenſura, & caſu tantum?

1 Reſpondeo, talem pœnitentem poſtquam venit in malam fidẽ, & cognouit, confeſſarium non habuiſſe poteſtatem eum abſoluendi, nõ teneri confiteri omnia peccata in tali confeſſione expreſſa: quia Sacramentum fuit validum; ſufficit autẽ, ſi peccatum cenſuratum ſuperiori manifeſtet, & ab illo abſolutionem petat. Ita Coninck de ſacram. diſp. 8. dub. 13. concl. 4. num. 104. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 12. Eminentiſſ. de Lugo de pœnit. diſp. 16. ſect. 15. num. 614. Sanchez lib. 2. ſum. cap. 8. num. 5. Fagundez 1. Eccleſ. præc. lib. 3. cap. 12. n. 12. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 78. & 5. p. tract. 19. reſol. 82. Suarez diſp. 10. ſect. 7. num. 9. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 17. punct. 2. §. eſſet autem ſacramentum &c. Sayrus tom. 1. lib. 2. cap. 2. nu. 3. Raynaudus de monit. p. 2. cap. 2. nu. 18. Filluccius tom. 1. tract. 12. cap. 3. n. 58. & 59. & alij apud Dianam ll. cc. Alphõſus de Leone de cẽſ. recoll. 3. n. 60. Suarez l. infra cit. de cenſ. num. 10. Pro probatione.

2 Suppono primo, per excommunicationem priuari excommunicatum iuriſdictione actiua in alios, non vero ſubiectione paſſiua, ad alios ſibi ſuperiores: Vnde alij non priuantur iuriſdictione in ipſum; aliter enim pœna excommunicationis nõ tam eſſet ſubditi, quam ſuperioris. Nec dicas, quod excommunicatus ſit extra iuriſdictionem omnium non habentium poteſtatem abſoluendi à cenſura illa. Quia hoc gratis dicitur, cũ nullo iure oſtẽdi poſſit, huiuſmodi priuatio iuriſdictionis. Non .n. dici poteſt ꝙ Parochus e. g. amittat iuriſdictionem in peccata non reſeruata ſuarum ouium, ſolum quia ouis ligatur excommunicatione. Ita ſẽtiũt Suarez de cenſ. diſp. 10. ſect. 3. num. 11. Henriquez lib. 13. de excommunicatione c. 12. n. 2. in tex. lit. O. Fagundez loc. cit.

3 Confirmatur, & declaratur ſimul; Nam ſi Summus Pontifex abſolueret talem excommunicatum à peccatis, & non à cenſura, tunc tale Sacramentũ erit validum; cùm cenſura non poſſit priuare Põtificem aliqua iuriſdictione: dùm hæc priuatio, in ordine ad Pontificem, non poteſt oriri à poteſtate humana, nec à iure canonico, à quibus prouenit cenſura, vt patet: ergo cenſura non pugnat intrinſecè, cum valore abſolutionis Sacramentalis: & conſequenter abſolutio data excommunicato bona fide, erit valida. Ita ſẽtiũt Suarez, Henriquez, & Fagundez loc. cit.

4 Suppono ſecundò, excommunicationem non reddere per ſe inhabilem pœnitentem, ad perceptionem Sacramenti pœnitentiæ, ſi concurrant omnia requiſita, tam ex parte miniſtri, quam ex parte materiæ, & formæ huius Sacramenti; tunc enim cùm adſint omnia requiſita, conſequenter Sacramentum erit validum iure diuino, & ſic

ſic Eccleſia non poteſt illud irritare: vt optimè Suarez de pœnit. diſp. 31. ſect. 3. num. 6. circa medium.

Nec dicas, quod Eccleſia poteſt caſum huius excommunicati, alteri non committere: & de facto non commiſit, dũ conſtituit, vt inferior nõ abſoluat excommunicatũ, &, ſi abſoluit, abſolutio ſit nulla. Ita videtur deciſum in cap. ſi celebrat de cleric. excomm. vbi ſic dicitur, loquendo de clerico excommunicato excommunicatione minori, Peccat autem conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta, ſed ab eo collata, virtutis non carent effectu; cum non videatur à collatione, ſed participatione (quæ in ſola conſiſtit perceptione) remotus &c. Per particulam, remotus, non ſolum ſignificatur prohibitio ad recipienda Sacramenta: cùm prohibitio adſit, etiam ad ea conferenda, vt conſtat ex illis verbis: peccat autem conferendo Eccleſiaſtica ſacramẽta &c. ſed inualiditas etiam denotatur; & taliter, quod inualidè recipiat ſacramẽtum pœnitẽtiæ, qui excommunicatione minori eſt ligatus. Quod à fortiori erit verius, de ligato excommunicatione maiori. Ita Vaſquez tract. de excommunicatione dub. 4. num. 8. Ioannes Sanchez in ſelect. diſp. 32. nu. 11. & alij apud iſtos.

5 Quia contra eſt. Nam ex tali cap. ſi celebrat. &c. nihil contra nos colligi poteſt, vt optimè Suarez de cenſuris, diſp. 10. ſect. 3. num. 13. Nam ſi probaret, probaret etiam quod excommunicatio minor, irritaret ſacramentum pœnitentiæ: quod non facilè admittitur.

Addo, quod ly, remotus, non indicat, quod Sacramentum ſit nullum, ſed quod pœnitens excõmunicatus, diſtet à participatione Sacramentorũ: quæ diſtantia oritur à præcepto Eccleſiæ, vt ſcilicet excommunicatus non accedat ad Sacramenta; Vnde ſi bona fide accedit, præceptum non accedendi non violat, & ſic non peccat: & cõſequenter ponendo alias partes eſſentiales Sacramenti, Sacramentum eſt validũ.

Et, ſi inſtas, quod ly, Remotus, dicit aliquod pluſquam præceptum; nam etiam miniſtrando peccat, & conſequenter habet præceptum non miniſtrandi.

6 Reſpondeo, quod ly, Remotus, dicit aliquid plus, quia præter peccatum dicit amiſſionem iuris petendi ſacramenta; nam qui eſt excommunicatus excommunicatione minori, non amittit ius adminiſtrandi ſacramenta, ſicut nec alia iura ſpiritualia, ſecundum cõmuniſſimam, & veriſſimam opinionẽ; licet amittat ius exigendi ſacramenta. Vnde excoĩtus excoĩcatione minori, nõ dicitur remotus à miniſtratione ſacramẽtorum, quia retinet ius adminiſtrandi illa: dicitur tamen remotus à participatione ſacramentorum, quia non habet Ius exigendi illa. Dicimus enim, quod Ille eſt remotus à ſucceſſione hæreditatis, qui adhuc nullum habet ius ſuccedendi &c. vt patet. His poſitis.

Probatur noſtra reſponſio. Quia cenſura non adimit partes eſſentiales ſacramenti pœnitentiæ, vt in primo, & & ſecundo ſuppoſito: ergo ſacramentum collatum huic excommunicato, eſt validum: & conſequenter non tenetur amplius confiteri peccata, in tali ſacramento expoſita, ſed tantum tenetur recurrere ad ſuperiorem, pro abſolutione reſeruati, cum cenſura.

7 Confirmatur primò; Nam ſi excommunicatus, bona fide, vel cum cauſa excuſante recipit alia ſacramenta: nẽpè Matrimoniũ, Euchariſtiã &c. licitè, & validè illa recipit: ergo ſi recipit ſacramentum pœnitentiæ, licitè, & validè illud recipit.

Dices, quod ſacramentum pœnitẽtiæ requirit iuriſdictionem in excommunicatum, quam iuriſdictionem confeſſarius non habet; & cùm alia ſacramenta, hanc iuriſdictionem non requirant: hinc eſt quod alia ſacramenta poteſt excommunicatus validè recipere, non uerò ſacramentum pœnitentiæ. Sed

Sed contra eſt. Nam excommunicatus amittit iuriſdictionem actiuam in alios, non vero paſſiuam in ordine ad ſuos ſuperiores, vt dixi in primo ſuppoſito; & ſic alij habent iuriſdictionem in ipſum, etſi ipſe non habeat iuriſdictionem ad alios.

Dices ſecundò, quod in cap. vltimo de cler. excomm. miniſtr. expreſsè habetur nullitas huius ſacramenti; ibi. n. ſunt hæc verba: Peccat autem (loquitur de excommunicato) conferendo Eccleſiaſtica ſacraméta, ſed ab eo collata, virtutis non carent effectu; cum non videatur à collatione, ſed à participatione ſacramentorum, quæ in ſola conſiſtit perceptione, remotus &c. Ex quo tex. ſic arguitur: Sacramenta collata ab excommunicato, habent virtutis effectum, quia excommunicatus excommunicatione minori, non eſt remotus à collatione, ſed à perceptione ſacramentorum: ergo ſi excommunicatus eſſet remotus à collatione ſacramentorum, ſacramenta collata non haberent virtutis effectum, & conſequenter eſſent irrita: ergo, quia eſt remotus à receptione, receptio erit irrita; alioquin argumentum Pontificis ſupponeret falſum. Si ergo ſacramentum pœnitentiæ erit irritum, conſequenter pœnitens excommunicatus in caſu noſtro, tenetur iterum confiteri omnia peccata abſoluta in ſacramento pœnitentiæ, collato ſibi ab inferiori confeſſario.

Reſpondeo primò, quod hoc argumentum non magis vrget contra nos, quam contra aduerſarios. Quia ſi probat aliquid contra ſacramentum pœnitentiæ, probat etiam contra ſacramentum matrimonij &c. quod etiam deberet dici nullum, ſi ab excommunicato recipiatur; quod neque aduerſarij admittunt. Et ſi aliquid probat, probat etiam de excommunicato excommunicatione minori, quod, ſecundum communiorem ſentétiam, eſt falſum. Et ideo

8 Reſpondeo ſecundò ex hoc textu colligi tantum, quod ſi excommunicatus excommunicatione minori, eſſet remotus à collatione ſacramẽtorum, ſicut eſt remotus à participatione, quæ in ſola perceptione conſiſtit: ſacramenta collata à tali excommunicato, carerent virtutis effectu; & meritò; Nam excommunicatus ita priuatur participatione ſacramẽtorũ, vt nullũ ei remaneat ius, petendi illa: ſi ergo excommunicatus ita amitteret ius ad ſacramenta miniſtranda, ſicut amittit ad participationem ſacramentorum, vtique ſacramenta ab eo collata, non haberent effectum virtutis: non quidem omnia, ſed illa tantũ, quæ iuriſdictione indigerent; & ſic ſacramentum pœnitentiæ, quod iuriſdictione indiget, ſine iuriſdictione collatum, eſt nullum, vt in Concil. Trid. . . . . ; at quia excommunicatus recipiens ſacramentum bona fide, non vtitur aliquo Iure ad participationem ſacramentorum, ſed potius cõfeſſarius vtitur iuriſdictione in ipſum, quam non amiſit ratione excommunicationis, vt dixi in ſuppoſitis: ideo ſacramentum receptum bona fide ab excommunicato, habet effectum ſuum. Si enim ſacramentum pœnitentiæ conferretur ab excommunicato, ſine iuriſdictione conferendi illud, eſſet nullum ſacramẽtũ; at ex hoc nõ bene infertur: ergo quia recipitur ab excommunicato, qui eſt remotus à participatione ſacramẽtorum, erit etiam nullum ſacramentũ; quia quando confertur à Remoto, cõfertur à non habente iuriſdictionem: & ideo ſacramenta, quæ eſſentialiter iuriſdictione indigent, ſunt irrita, dùm ipſe cõferendo ſacramentũ, ipſum ſacramentum facit; at qui ſacramentũ recipit, ſacramentum non facit, & nullo iure vtitur ad ſacramentum, dum ipſum recipit, ſed potius miniſter vtitur iure, in ordine ad ipſum excõmunicatum. Igitur licet verum ſit, quod ſi Eccleſia priuaret iuriſdictione actiua excommunicatum, ad ſacramenta miniſtranda, ſicut priuauit participatione paſſi-

paſſiua, ſacramentum ab eo collatum eſſet ſine effectu virtutis; tamen verũ non eſt, quod ſacramentum collatum ab alio, & ab ipſo excommunicato receptum bona fide, debet eſſe inualidum.

9 Vel dic cum Eminentiſſ. de Lugo de pœnit. diſp. 16. ſect. 15. num. 621. Quod ibi non valet argumentum à cõtrario ſenſu; quia Pontifex vnum negando, alterum non affirmauit, ſed aſſumpſit id, quod certũ erat, vt probaret, quod ſacramenta non eſſent irrita. Hoc igitur eſt argumentum tex. Non eſt vnde ſacramenta illa carerent effectu ſuo, niſi quia eccleſia, illa fortè irritauit, aliquo ſuo præcepto poſitiuo, auferendo poteſtatem, vel iuriſdictionem; ſed Eccleſia id non fecit, cum de facto Eccleſia, eiuſmodi excommunicato non prohibuerit conferre, ſed ſolum recipere Sacramenta: ergo non eſt vnde ſacramenta, collata à tali excommunicato, debeant carere effectu ſuo. In quo argumento, Pontifex nõ affirmat (vt patet) quod ſi Eccleſia prohibuiſſet collationem ſacramentorum, collatio deberet eſſe irrita; ſed ſolum dicit non potuiſſe eſſe irritam, ſi Eccleſia eam non prohibuit, quod veriſſimum eſt, & hoc faciebat ei ad probandum ſuum intentum. Quid vero eſſet, ſi Eccleſia collationem prohibuiſſet, ipſe non definit: & certè loquendo de omnibus ſacramẽtis, falſiſſimũ eſſet dicere, quod ex prohibitione Eccleſiæ, poſſet omnium collatio irritari, vt conſtat de ſacramentis Baptiſmi, Ordinis &c. Hæc de Lugo ibi.

Niſi velis dicere cum admittentibus ſacramentum validum, & informe, quod ex tex. colligitur tantum, quod ſacramentum ſit validum, ſed ſine effectu virtutis, ideſt ſine gratia; effectus enim virtutis, ſacramenti pœnitentiæ eſt gratia, vt patet: & ſic neq; pœnitens teneretur omnia peccata confiteri, ſed tantum peccatum cenſuratum.

10 Confirmatur ſecundò. Quia ſi noſtra ſententia non eſſet vera, ſequeretur quod excõmunicatus, ignarus de ſua excommunicatione, nunquam poſſet iuſtificari in ſacramento pœnitentiæ, cum ſit omninò incapax illius: quod credi non debet de pia Matre Eccleſia, quæ vtitur poteſtate excommunicandi, ad ædificationem, non vero ad deſtructionem animarum. Etſi poſſit hoc facere priuando omnes ſacerdotes, poteſtate abſoluendi ab omnibus peccatis, etiam non reſeruatis, excommunicatum: tamen adhuc hoc, factum non eſt in iure, cum non ſit adhuc expreſſum. Nec poteſt colligi hęc voluntas Eccleſiæ ex eo, quia ſeparauerit, & priuauerit excommunicatum, ſacramentorum participatione, quantum potuit; nam ſi ex hoc tantum, colligeretur: ſequeretur, quod quia Eccleſia potuit irritare ſacramenta Matrimonij, Ordinis &c: Matrimonium, Ordo &c. etiam erunt irrita; quod dici nõ poteſt: Cum ergo de tali voluntate Eccleſiæ adhuc non ſumus certi, dicere debemus quod ſacramentum pœnitentiæ, excommunicato collatum bona fide, ſit validum.

Nec dicas, quod excommunicatus eſt præciſus ab Eccleſia: ergo quandiù talis eſt, non poteſt ab Eccleſia iudicari, & abſolui; Nam quid ad nos de his, qui foris ſunt.

11 Quia contra eſt. Nam ſi excommunicatus ita eſſet foris, vt nullo modo poſſet ab Eccleſia iudicari, ſequeretur, quod neque Summus Pontifex poſſet ferre iudicium de peccatis excommunicati, dum eſt in excommunicatione. Igitur dicendum eſt, quod excõmunicatus, ita eſt præciſus ab Eccleſia, vt Eccleſia in ipſum, iuriſdictionem non amiſerit, etſi ipſe excommunicatus priuatus ſit bonis Eccleſiæ, ex eiuſdem Eccleſiæ præſcripto; & ratione huius præſcripti, Eccleſia non priuatur à Deo tali iuriſdictione in ipſum excommunicatum, vt patet. Nec Eccleſia ipſa, ſe priuat tali iuriſdictione in ipſum. Imò nec fortè Eccle-

Eccleſia priuare ſe poteſt, cùm ſemper excommunicatus retineat in anima characterem, ratione cuius, eſt Eccleſiæ ſubiectus, vt optimè Suarez de cenſ. diſp. 10. ſect. 3. num. 2.

Nēc dicas ſecundò, quod Eccleſia ſeparat excommunicatum à ſuſceptione ſacramentorum, quātum poteſt: & poteſt irritare ſacramentum pœnitentiæ, ſuſceptum ab excommunicato, per reſtrictionem iuriſdictionis, vt patet.

12 Quia contra eſt. Nam Eccleſia ſeparat excommunicatum à participatione ſacramentorū, quantum poteſt: prohibendo, non irritando; iſti poſſet ſacramenta irritare; At hæc irritatio adhuc nota non eſt, nec in omnibus, nec in aliquibus, vt diximus. Separat ergo excommunicatū, à participatione ſacramentorum, prohibendo ne participet, non vero tollendo iuriſdictionem in ipſum excommunicatum, vt ſuprà diximus.

Nec dicas tertiò, quod excommunicatus priuatur ſuffragijs ipſi applicatis, cum nullum habeant effectum, etiā ſi per ipſum non ſteterit vt abſoluatur, & ſit verè contritus: ergo à pari, etſi ſit vere contritus, & per ipſum non ſteterit, vt habeat abſolutionem, ſacramentum non debet habere effectum ſuum.

13 Quia contra eſt, Nam excommunicato etiam non tolerato, ſi verè eſt cōtritus, & per ipſum nō ſteterit, quin abſoluatur, poſſunt per ſe, & directè applicari ſuffragia, & hæc habebunt effectum ſuum. Ita Nauar. in Manuali latino cap. 27. num. 18., & 36. qui citat Hoſtienſem in cap. cum voluntate de ſent. excomm., & Turrecrem. in cap. ſi quis Epiſcopus 11. q. 3., & Couar. in cap. Alma mater 1. p. §. 6. num. 4. Fagundez primo Eccleſ. præcep. lib. 3. cap. 12. num. 6. Henriquez lib. 9. cap. 15. num. 3. Reginal. tom. 2. lib. 32. tract. 1. ſect. 2. num. 76. Diana 4. p. tract. 4. reſol. 192. §. Sed hic oritur &c.

Quod patet; tum quia Pia Mater Eccleſia, non poteſt habere intentionem excludendi, à participatione communium Eccleſiæ ſuffragiorum illos, quos Deus non excludit; quia ſic Eccleſia, Pia Mater dici non poſſet. Tum quia excommunicatio eſt pœna medicinalis, impoſita ad hoc, vt peccator emendet ſua delicta: ergo ſi hic eſt emendatus, & publice conſtat, & ex corde ſe pœnituit, & parti ſatisfecit, & reſipuit: non eſt, cur non ſit capax ſacramentorum, & ſuffragiorum Eccleſiæ, dùm finis excommunicationis eſt iam ſecutus; eſſet enim tunc talis priuatio iniuſta, & irrationabilis, quod non eſt præſumendum de Eccleſia pia Matre. Tum quia excommunicatus innocens in foro conſcientiæ, tamē probatus nocens, participat omnia communia ſuffragia Eccleſiæ; & hoc ideo, quia non eſt credendum, velle matrem piam Eccleſiam, tanta læſione iniuſtè afficere aliquem innocentem, cum vti Pia, ſemper intendat fauere, & non nocere filijs innocentibus. Ita Nauar. cap. 27. num. 36. Couar. in cap. Alma mater p. 1. §. 7. num. 5. verſ. ſecunda concluſio &c. Sayrus libr. 2. de cenſ. cap. 17. num. 13. fol. 80. col. 1. Hēriquez lib. 13. de excommunicatione cap. 15. §. 2. in fin. Ledeſma 2. par. 4. q. 23. nu. 4. Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. col. 4. Fagundez l. c. num. 7. in fin. ergo à pari in caſu noſtro.

Nec obſtat, quod excommunicationis vinculum, non tollatur per pœnitentiam.

14 Quia ſecundum Fagundez l. c. nu. 10. Suſpenditur quoad partipationem ſuffragiorum, & ſacramentorum. Vide eum.

Nec obſtat ſecundò, quod cenſura manens, ſemper habet effectum ſuum; & cùm maneat, vſque dùm non abſoluatur, ſemper habebit effectum ſuum.

Quia cenſura manens, habet effectum ſuum, vſque dum non ſuſpēditur talis effectus, ab infligente illam cenſurā: & in caſu noſtro rationabile eſt, vt effectus cenſuræ ſuſpendatur, cum volun-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

voluntas Eccleſiæ,ſit voluntas matris piæ,quæ in prædicta circumſtantia veræ pœnitentiæ,& emendationis excõmunicati, præſupponitur velle,vt poſſit ipſe excommunicatus participare communia ſuffragia: & ſacraméta Eccleſiæ,ſublato ſcandalo; & conſequẽter quod licitè poſſint ea illi applicari; cũ inutiliter conceſſum videatur,quod poſſit licitè ſacramenta, & ſuffragia Eccleſiæ participare, & ei non poſſint applicari; vt bene Fagundez loc. cit. num. 10.

Nec obſtat tertiò,cap. à nobis 2. de ſent.excomm.

16 Quia,vt optimè Azor. iuſt. moral. tom.1.lib.10.cap.22.q.3.§. Sed contra àlij &c.fol.1011.col.1.Ex hoc tex. ſolũ colligitur,quod excommunicatus indigeat abſolutione, quod nos non negamus:nihil enim ibi dicit,ſit capax ne ſacramentorum, & communium Eccleſiæ ſuffragiorum? & ideo,quia ſine beneficio abſolutionis diſceſſit ex hac vita,iuſſit Pontifex, vt poſt mortem eo fruatur, eique impendatur ad tollendum ſcandalum.

Et hæc noſtra doctrina vera eſt,tam de excommunicato tolerato,quam nõ tolerato, cùm vtrobique ſit par ratio, etiam ſecundum ConincK diſput. 14. num.22.

Nec obſtat quartò, quod talis excommunicatus ſit habendus vt Ethnicus, & Publicanus.

17 Quia verba illa ſubtrahunt excommunicatum,nõ à iuriſdictione paſſiua, ſed actiua, & à conſortio, & communione politica tantùm; vt optimè Alterius lib. 1.de cenſ.diſp.6.cap.8. verſ. obijciant aliqui &c. Alphonſus de Leone de cenſ.recoll.3.nu.63.

SVMMARIVM.

Excommunicatus non nominatim, licitè ab inferiori confeſſario abſolui poteſt, dummodo per ipſum non ſteterit, quin à ſuperiori abſoluatur.num. 1.

Excommunicatus,per contritionem capax efficitur perceptionis ſacramentorum. numero 2.

RESOLVTIO V.

An confeſſarius,qui videt pœnitẽtem excommunicatum,ſed non nominatim, eſſe contritum, & per ipſum non ſtare,quin abſoluatur, poſſit licitè ipſum abſoluere cum onere, vt quando cõmodè poteſt,ſe præſentet ſuperiori pro abſolutione à caſu, & cenſura?

NOn quærimus de validitate ſacramenti,cum iam ſit probatũ in reſolut.4.ſed dubitamus tantum de peccato, An ſcilicet peccet mort.ſacerdos qui talem abſoluit?

1 Reſpondeo, quod quando per pœnitentem non ſtetit,vt abſoluatur, poteſt abſolui ab Inferiori,& Inferior nõ peccat talem abſoluendo. Ita Fagundez 1.eccleſ.præcep.lib.3. cap.12. nu. 10.& 11.Nauar.in Manuali cap. 27.n. 8.P.Vincẽtius Paganus in manuſcripto de caſ.reſer. 3.controuerſia.Diana p.5.tract. 9. reſol. 82. Et,ſi talis excõmunicatus habet cauſam cõmunicãdi ſine confeſſione, vel non integrè confitendi,eãdẽ ſententiã tenet ConincK de ſacram.diſp. 8. dub. 13. num. 107.

2 Et patet ex dictis in 4.reſolut. Quia talis excommunicatus contritus, eſt capax participationis ſacramentorum: ergo poteſt miniſter licitè huic ſacramenta miniſtrare. Aliter enim capacitas illa eſſet fruſtratoria, ſi miniſter non poſſet illa miniſtrare.

Obiectionibus,quæ fieri poſſunt cõtra hanc concluſionem,ſatisfactum eſt in 4.reſolutione.

SVMMARIVM.

Excommunicatus ab vno Epiſcopo per excõmuni-

municationem generaliter latam, poteſt à confeſſario inferiori abſolui, ſi excommunicatio, reſeruata non ſit. nu. 1.

Excommunicatio generaliter lata ab Epiſcopo, & nõ reſeruata, non differt ab excommunicatione lata in corpore iuris non reſeruata: & ſicut ab hac poteſt inferior abſoluere, ita ab illa. num. eod.

Excommunicatus per ſententiam generalem ab homine, etiam ſi talis excommunicatio ſit reſeruata, ſi ſe confert ad locum, in quo talis excommunicatio reſeruata non eſt, poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori. num. 2.

Excommunicans, non tollit iuriſdictionem Epiſcopo alterius Diœceſis, vt non poſſit abſoluere etiam peregrinũ; ſi in hac alia diœceſi moratur talis peregrinus. num. eodem.

Abſolutio excõmunicationis in foro conſcientiæ, differt ab abſolutione in foro fori; vnde poteſt excommunicatus abſolui, ab habente poteſtatem in foro conſcientiæ, abſq; abſolutione in foro fori. num. 3.

Poteſtas abſoluendi in foro conſcientiæ, prouenit à poteſtate ordinis; poteſtas verò abſoluendi in foro fori, prouenit à poteſtate iuriſdictionis. num. eod.

publicus excommunicatus in vna Diœceſi, nõ cenſetur publicus in alia; vnde huic publico in vna diœceſi non poſſunt ſacramenta denegari in alia, ſiue publicè, ſiue priuatè petat, etiam ſi poſſet teſtibus probari, hunc eſſe publicè excommunicatum. nu. 4.

Excommunicatus etſi amittat iuriſdictionem actiuam in alios, non tamen alij amittunt iuriſdictionem in ipſum. nu. 5.

Excommunicatus per cedulonem in vno loco, poteſt abſolui in alio loco longe diſtãti, ad quem non poteſt facilè prouenire, quod ſit excommunicatus; etiam ſi id teſtibus probari poſſit. num. 6.

Excommunicatus vt ſit vitandus, debet eſſe publicus: vel publicitate facti, vel publicitate iuris; vnde vbi tali modo non eſt publicus, nec etiam eſt vitandus. nu. 7.

Pœnitentiæ ſacramentum vt conferatur, iuriſdictione indiget, quam Epiſcopus loci in quo eſt excommunicatus, in hunc non amiſit. num. 8.

Ob difficilem acceſſum ad excommunicãtem, poteſt excommunicatus, à proprio ſacerdote abſolui; præſtita tamen cautione de parendo, mandatis excommunicantis. num. 9.

Propriæ famæ conſeruatio, eſt de iure naturæ: vnde excommunicatus quando eſt in loco, vbi nõ eſt publicus, pro ipſa conſeruãda dicitur habere difficultatem accedendi ex iuſta cauſa ad excommunicantem. nu. eodem.

Non tantum propter articulum, vel periculũ mortis, ſed etiam ob aliud legitimum impedimẽtum, excommunicatus ab vno Epiſcopo, poteſt abſolui ab alio. nu. 10.

Diffamatum in vna ciuitate, in alia diffamare non licet. nu. 11.

Excommunicato licet publico in vna ciuitate, non tamen pulico in alia, abſolutio denegari non poteſt; maximè vrgente præcepto communionis, ad quód adimplendũ requiritur præcedens confeſſio. nu. 12.

Excommunicatus abſolutus in foro conſcientiæ, vbi publicus nõ eſt, nõ cẽſetur abſolutus in foro fori: quæ abſolutio eſt danda ab Epiſcopo excommunicante. nu. 13. & 16.

Abſolutio excommunicati, obtenta in loco vbi ipſe publicus nõ eſt, à iuramẽto de acceſſu ad excommunicatorem, vel de ſatisfacienda parte: coadiunat potius, quam excommunicantis poteſtatem illudit. nu. eod.

Abſolutus ab excommunicatione, contemnens ſe præſentare Epiſcopo excommunicanti in eandem excommunicationem reincidit. num. eod.

Per excommunicationem, ſeparatur excommunicatus ab Eccleſia, dum eſt contumax, quando verò non eſt contumax, ſuſpenditur talis effectus. nu. 14

Licet excõmunicatus, ſit ab Eccleſia præciſus: non tamen hunc, ita a ſe præcidere poteſt, vt omnẽ in ipſum iuriſdictionem amittat. num. 15.

Per contritionem ſuſpenditur effectus excõmunicationis, priuandi excommunicatum ſacramentis; vnde ſacramentum excommunicato contrito collatum, non eſt ipſo iure nullum. nu. 16.

Abſolutio in foro conſcientiæ non violat, nec perturbat iuriſdictionẽ in foro fori. n. 17.

RE-

RESOLVTIO. VI.

Quidam in ſua Diœceſi fuit excõmunicatus per cedulonem, & deinde ſe tranſtulit in aliam Diœceſim longe diſtantem, cauſa ſtudij, vel ob aliud negotiũ. Quæritur, An hic talis excommunicatus, poſſit abſolui in loco, in quo nunc inuenitur?

1 PRo reſponſione. Sppono primò, Excommunicatum ab vno Epiſcopo, per excommunicationem generaliter latam, poſſe abſolui à confeſſario ſiue ſit Parochus, ſiue non: quando excommunicatio reſeruata non eſt. Ita ſentiunt Nauarr. cap. 27.num. 44.Coninck de cenſ.diſp.14. dub.16. num. 254. Auila de cenſ. p.2. cap.7.diſp.1.dub.8.Henriquez lib. 13. cap.28.num. 5. Layman tract.5.par.1. cap.7.num.3.Diana 5.p. tract. 9.reſol. 4.pag. 184. Et ratio huius eſt, quia hæ excommunicationes, non differunt à non reſeruatis in corpore iuris: & ab his quilibet confeſſarius approbarus poreſt abſoluere, ſecundum D. Th.in 4.diſt.18.q.2.art. 5. quæſtiuncula 1. S. Bonau. in eadem diſt. Q.ultima.Innocẽtiũ,Hoſtiẽſem in cap. nuper de ſent. excomm., & gl.in eodem cap. nuper. Syluestrum verbo abſolutio 1. num.4. Angel.eodem verbo 1.num.2. Nauar. in ſum.cap.27.num. 39. Armill. verb. Caſus num.5. Sotum in 4.diſt.22. q.2. art.3.concl.3.Couar.in cap.Alma mater d. 12.ConincK l.c.

2 Imò excommunicatus ab homine per ſententiam generalem, in hac diœceſi, etiam ſi excommunicatio ſit reſeruata in eadem diœceſi, poteſt in alia diœceſi abſolui à quocumque confeſſario inferiori: ſi talis excommunicatio, in loco in quo excommunicatus ſe confitetur, reſeruata non ſit. Quia excommunicans, per hoc quod aliquas cenſuras reſeruet in ſua diœceſi, non pōt impedire aliũ Epiſcopũ, vt ab his non abſoluat in ſua propria Diœceſi, etiam peregrinum: ex cõſuetudine ab Eugenio IV.approbata.Ita ConincK l. c.num.258.verſ.Imò ſi exeommunicatio &c. Maximè quando eſt ſubditus loci in quo confitetur. Henriquez de pœnit.lib.3.cap. 14. num. 8. Vaſquez de cenſ.cap.20.nu. 5. Diana p.5. tract. 9.reſol.8.qui citat Præpoſitum in 3. p. q.1.de cenſ.in comm. dub. 14.n.92.

3 Suppono ſecundò, abſolutionem excommunicationis in foro conſcientiæ, eſſe diuerſam ab abſolutione in foro fori. Vnde aliquando quis habet per priuilegium, poteſtatem abſoluendi in foro conſcientiæ, etiam extra ſacramentum pœnitentiæ: & tamen non abſoluit in foro fori.Ita Auila de cenſ. p.2.cap.7.diſput.13.dub. 13. verſ. Ad quartam confirmationẽ,Coninck diſp. 14. dub. 16. num. 252. Hoc patet ex ſtylo Curiæ, qui habet, vt aliqui Pœnitentiarij abſoluant à cenſuris extra cõfeſſionem non accepta poteſtate per litteras à ſummo Pœnitentiario, ad abſoluendum in foro conſcientiæ: teſte Nauar. lib. 5. conſil. de ſent. excomm.conſil. 15. ad ſecundum quæſitum. Et ratio huius hæc eſt; nam excõmunicatus eſt inimicus Deo,& Eccleſiæ:Deo per culpam, quæ eſt fundamẽtum excommunicationis: Eccleſiæ in pœnam. Vnde quãdo quis conterirur, reconciliatur cum Deo, vel quando quis habet poteſtatẽ eũ abſoluendi in foro conſcientiæ.haber poreſtatem reconciliandi talem cum Deo, non vero cum Eccleſia, quoad communicationẽ extrinſecam.Arg. Cap.à nobis il ſecõdo de ſent.excomm. Et ideo multi dicunt, quod poteſtas abſoluendi ab excommunicatione quoad forum externum, prouenit à poteſtate iuriſdictionis: poteſtas vero abſoluendi quoad forum internum, prouenit à poreſtate ordinis. Vide Alphonſum de Leone de cenſuris recollect. 1. num. 510. pag.69.

Suppo-

4 Suppono tertiò. Excommunicatum publicum in vna Diœceſi, non eſſe publicum in alia. Ita ſentit Durand. in 4. diſt. 18. q. 5. num. 14. in fine; his præciſis verbis. Eſt etiam ſciendum quod excommunicatus publicè in vno loco, ſcilicet Pariſius, non debet per hoc reputari publicè excōmunicatus vbique, puta Toloſæ, vel in monte Peſſulano &c. Et ideo huic, publico in vna diœceſi, nō poſſūt in alia ciuitate ſacramenta denegari ſi publicè petat: etiam ſi teſtibus poſſet probari, talem eſſe publicè excommunicatum. Auila 2. p. cap. 6. dub. 12. verſ. concluſio &c. qui citat Paludanum in 4. diſt. 18. q. 6. art. 2. Mexicam difficult. 11. de excommunicatione in fine. Armillam verbo excommunicatio num. 61. Henriquez, & dicit communem eſſe inter magiſtros &c. Idē expreſsè ſentiūt Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 11. nu. 20. Fagundez 2. Eccleſ. præc. lib. 8. cap. 8. num. 28. qui citat Auilam de cenſ. p. 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 11. concl. 3. Ita etiam ſentit Barboſa in collect. DD. in varia loca Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. num. 31. qui citat Duardum in bulla cœnæ lib. 3. §. 2. q. 11. num. 10. Et ratio eſt. Tū quia etſi teſtibus poſſit probari in hac diœceſi, talem eſſe publicum excommunicatum, nō per hoc ſequitur, quod in hac ciuitate ſit publicus excommunicatus non toleratus. Tum quia non licet, diffamatum in vna ciuitate per auctoritatem iudicis, diffamare in alia Prouincia, ſine læſione charitatis ſaltē. Sic etiam erit dicendum, ſi Euchariſtiam negarem, tali excommunicato, ſi publicè peteret illam. Auila l. c. verſ. ſecundo quæritur &c. Sic etiam poteſt ſacerdos coram iſto celebrare, & alij poſſunt cum eodē, miſſæ publicè intereſſe &c. Auila l. c. verſ. Ex dictis ſequitur &c. Quod verum eſt, non ſolum de communicatione publica, vt putat Auila cum alijs, locis cit. ſed etiam de occulta: ita quòd talis publicus denūciatus in vna ciuitate, poteſt publicè, & in occulto communicare cum alijs in alia ciuitate. Ita ſentit eruditiſſimus Diana 5. p. tract. 9. reſol. 134. verſ. Verum, ſententiam &c. qui citat Præpoſitum in 3. p. q. 2. de excommunicatione dub. 16. num. 114. Henriquez lib. 13. cap. 6. in gl. littera G.

5 Suppono quartò. Excommunicatū non amittere iuriſdictionem paſſiuam, ſed actiuam; id eſt alij non amittunt iuriſdictionem in ipſum circa alia peccata, etſi talem abſoluere non poſſint ab excommunicatione; ipſe tamen amittit iuriſdictionem in alios, & ideo non eſt omnino incapax ſacramenti pœnitentiæ. Ita probaui in 1. & 2. ſuppoſito 4. reſolut. cum Suarez, Henriquez, & Fagundez. His poſitis.

6 Reſpondeo, talem excommunicatū per cedulonem in vno loco, ſi ſit in loco longè diſtanti, ad quem non poſſit facilè, publicè peruenire, quod ſit excommunicatus, etſi poſſit teſtibus probari in eodem loco, quod ſit excōmunicatus, poſſe in loco, in quo nunc eſt, abſolui. Ita ſentit Henriquez lib. 6. ſeu de pœnit. lib. 3. cap. 14. num. 8. his verbis. Epiſcopus alienus peregrinum quem, dùm in eius diœceſi negotium habet, poſſet abſoluere à reſeruatis proprio Epiſcopo ex tacita proprij ratihabitione; præſertim ſi proprius longiſſimè diſtat, vt qui ab India huc venit nominatim denunciatus. Ita ſentit Coninck de ſacram. diſp. 14. dub. 16. num. 207. pag. 499. his verbis. Nota primò, quod quando quis eſt nominatim excommunicatus, aut cauſa eſt deducta ad forum contentioſum, Reū communiter non eſſe abſoluendum pro foro cōſciētiæ ab eo, qui per talia priuilegia id facere poteſt, quia hoc perturbaret ordinem iuris, Niſi Reus eſſet in loco diſtanti, vbi eſſet omnino ignota eius excommunicatio: aut niſi pars omnino conſentiret in eius abſolutionem, aut hic, & nunc incumberet notabilis aliqua neceſſitas ita abſoluēdi, vt notat Henriquez lib. 13. cap. 28. num. 2. Hoc idem ſentit Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 11. num. 20. his verbis. At

probabile credo (quod ſcio viros doctiſſimos Salmaticæ conſultos ſenſiſſe, & ſequitur Auila de cenſur.p.2.cap.7. diſp.1.n.11.concl.3.) ſi delictũ in loco ita diſtanti publicum ſit,vt non ſit ſpes fore vt ad alium deferatur,dici occultum in eo loco,in quo abſolutio, aut diſpenſatio petitur: ac proinde ſubijci facultati Epiſcopi in eo decreto ſibi cõceſſæ;quia (vt bene aiunt Durãdus in 4.diſt.18.q.5.in fine, & ibi Paludanus q.6.art.1.nu.5.) non ex hoc,quod aliquis ſit publicus excommunicatus in vno loco cenſeri debet publicus in alio &c. Si ergo Sanchez deducit, quod hæreticus non dicitur publicus in loco diſtanti, ad quẽ publicitas peruenire non poteſt: ex eo quia excommunicatus publicus in vno loco, non dicitur publicus in alio, conſequenter defendit noſtram reſponſionem.

Nec dicas, quod aliud eſt, ꝙ ſit publicus excommunicatus,& aliud quod ſit vitandus. Sanchez enim non dixit, quod vitandus in vno loco, non ſit vitandus in alio,ſed publicus in vno loco,non dicitur publicus in alio.

7 Quia contra eſt.Nam non eſt vitandus, niſi ſit publicus, vel publicitate facti,vt eſt publicus percuſſor clerici: vel publicitate iuris, vt eſt excommunicatus per cedulonem. Cùm ergo dicat Sanchez,quod publicus excommunicatus in vno loco,nõ dicitur publicus in alio:conſequẽter dicit, quod vitandus in vno loco, non erit vitãdus in alio; cùm verum ſit quod omnis vitandus ſit publicus, non verò è contra;& vitatio proueniat à publicitate, ſiue Iuris,ideſt per cedulonem,ſeu ſẽtentiam: ſiue facti, vt eſt publicus clerici percuſſor. Si verò publicus non eſſet,vitandus non eſſet,vt patet.Idem ſentiũt Diana,Paludanus, & Durãdus ll.cc.& Layman lib.1.tract.5. cap.7. n. 2.verſ.Cæterum &c.circa medium,his verbis. Verum tamen ſi ligatus excõmunicatione,ſeu ab homine, ſeu à Iure inflicta, ſatisfacere paratus ſit, ſed longiſſimè diſtat ab Auctore cui abſolutio reſeruatur, poteſt interdum, ab Inferiore abſolui, præſtita cautione, quod quã primum poterit, conſpectui eius, ad quem Iure ordinario abſolutio ſpectat, ſe præſentare velit, ſicut colligitur ex cap. Qua fronte,de.Appellat:&c.

Probatur,quia excommunicatus per excommunicationem, non exijt à iuriſdictione Epiſcopi loci in quo eſt: vt in quarto ſuppoſito: ergo ſi hic excõmunicatus abſolutus eſt,abſolutio valet.Hæc conſequentia patet,quia nihil deeſt ad faciendum ſacramentum; Nõ materia,non forma(vt ſuppono)non iuriſdictio,vt in antecedenti ex quarto ſuppoſito: ergo ſacramentum excommunicato publico in vno loco,collatũ in alio loco, in quo publicus non eſt, valet.

Confirmatur primò.Nam poteſt excommunicatus non denunciatus in vno loco abſolui ab Epiſcopo alterius loci,vt in primo ſuppoſito;ſed excommunicatus denũciatus in vno loco nõ dicitur in alio publicus,ſeu denunciatus,etiam ſi teſtibus poſſit probari ſua publicitas,vt in tertio ſuppoſito: ergo excommunicatus denunciatus,ſeu publicus in vno loco, poteſt abſolui in alio loco,vbi publicus non eſt; cum habeatur vti non publicus in tali loco.

Confirmatur ſecundò, quia huic tali publicè excommunicato in vno loco, deneganda non ſunt ſacramentum Euchariſtiæ, & alia ſacramenta ſi publicè petat: & poteſt intereſſe publicè Sacro, & nõ eſt expellendus, vt in tertio ſuppoſito: ergo neque erit denegandum ſacramentum Pœnitentiæ, cum non ſit maior ratio de vno,quam de alio.

Nec dicas,quod alia ſacramenta nõ indigeãt iuriſdictione,ſicut ſacramentum pœnitentiæ;& ideo alia ſacramẽta poſſunt conferri,non vero ſacramẽtum pœnitentiæ.

8 Quia,etſi verum ſit, quod Sacramẽtum

tum pœnitẽtiæ iuriſdictione indigeat: tamen verum non eſt, quod Epiſcopus loci, in hũc excommunicatum iuriſdictionem amiſit, nec excommunicatus eſt redditus omnino inhabilis, ad ſacramenta ſuſcipienda: vt dixi in ſecundo ſuppoſito quartæ reſolutionis.

9 Probatur ſecundò, ex cap. Nuper de ſent. excomm. vbi habetur, quod ſi ex aliqua iuſta cauſa, difficilis ſit acceſſus ad proprium excommunicatorem, poteſt excommunicatus ab hoc Epiſcopo, à proprio Epiſcopo, vel à proprio ſacerdote abſolui; verba enim textus hæc ſunt. Verum ſi difficilè ſit ex aliqua iuſta cauſa, quod ad ipſum excõmunicatorem abſoluendus accedat: concedimus indulto, vt præſtita iuxta formam Eccleſiæ cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, à ſuo abſoluatur Epiſcopo, vel proprio ſacerdote. Sed in caſu noſtro difficilis eſt ex iuſta cauſa acceſſus ad ſuperiorem: ergo poteſt abſolui ab Epiſcopo loci in quo eſt, cum hic dicatur nunc proprius, circa miniſtrationem ſacramentorum: vel ab alio confeſſario. Minor patet. Nam dum eſt extra diœceſim, & in loco vbi publicè excommunicatus non eſt, pro conſeruanda propria fama in hoc loco, habet difficultatem accedendi ex iuſta cauſa; famæ enim conſeruatio præferenda eſt præcepto Eccleſiaſtico, cum ſit de iure naturæ. Et patet in illo, qui Euchariſtiam vult ſumere, ſi ſcit ſe eſſe contritum, & confiteri non poteſt: licitè eam ſumit. Sic etiam licitum eſt pœnitenti dimidiare confeſſionem, ſi ſcit confeſſarium fore ipſum diffamaturum: & patet in ſexcentis exemplis, quæ poſſent adduci.

10. Confirmatur primò ex cap. Eos qui de ſent. excom. in 6. vbi habetur, quod excommunicatus ab vno Epiſcopo, poteſt ab alio abſolui: non ſolum ob periculum mortis, ſed etiam ob aliud legitimum impedimentum; Verba .n. tex. hæc ſunt. Eos qui à ſententia Canonis, vel hominis (cùm ad illum, à quo aliàs de Iure fuerint abſoluendi, nequeunt propter impendentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro abſolutionis beneficio habere recurſum) ab alio abſoluantur &c. Sed excommunicatus publicus in vno loco, & non in alio, habet legitimum impedimentum, cùm longè diſtet, vt ſupponimus, & adeſt præceptum conſeruandæ propriæ famæ, vel ſaltem habet Ius naturale ad conſeruandam propriam famam: ergo poteſt abſolui.

11 Confirmatur ſecundò, quia nõ licet diffamare in hac ciuitate, diffamatum in alia: ſecundum probabiliorem ſententiam, teſte Sanchez l.c. Ergo neque licebit Epiſcopo, vel alio confeſſario, huic abſolutionem negare: & conſequenter ipſum diffamare, vt excommunicatum in loco, vbi diffamatus nõ eſt.

Nec dicas, quod abſolutio denegetur ſecretè.

12 Quia, etſi ſecretè denegaretur, tamẽ non poſſet Euchariſtiam ſumere ſine confeſſione, maximè ſi dubitat de contritione.

Nec dicas, quod poſſet ſine confeſſione Euchariſtiam ſumere, ſecundum aliquos DD.

Quia contra eſt. Nã hi putant, quod excommunicatus non ſit capax iuriſdictionis paſſiuæ, quod nos negauimus in quarta reſolut. Et ſic dicimus, quod quando vrget præceptum communicandi, tenetur adimplere præceptum Eccleſiaſticum: ſeu verius, præceptum de iure diuino; vt optimè probat Diana p.9. tract.3. reſol.1. de præmittenda confeſſione ad Euchariſtiam.

Nec dicas, quod ſi poſſet vnus Epiſcopus excommunicare, & alius Epiſcopus abſoluere, ſequeretur deluſio Epiſcopi excommunicãtis, & ſic vana eſſet eius poteſtas ad excommunicandum; vnde confunderentur tribunalia.

13 Quia contra eſt; Nam non ſequitur deluſio, nec confuſio tribunalium in tali abſolutione. Non confuſio, quia

D 2 Epi-

Epiſcopus abſoluens, nō abſoluit quoad forum fori, ſed tantum quoad forū conſcientiæ, quæ ſunt valdè diuerſa inter ſe, vt dixi in ſecundo ſuppoſito; Excommunicatus enim abſolutus in loco, vbi publicus non eſt, non poteſt deinde publicè communicare in loco, in quo eſt publicus excommunicatus: cùm adhuc non ſit abſolutus quoad forum fori, quæ abſolutio eſt faciēda ab Epiſcopo excōmunicatore. Neq; ſequitur deluſio, quia quando hic talis abſoluitur, debet præſtare iuramētū (ſic ſunt abſoluendi excoïcati publici, vel ſi tenentur parti ſatisfacere) de acceſſu ad proprium excommunicatorem, cum commodè poterit, & de ſatisfacienda parte, vt patet in dicto cap. nuper de ſent. excomm. Et ſic non illuditur poteſtas Epiſcopi excommunicatoris, ſed adiuuatur; cùm per iuramentum, vel cautionem, ſit redditus moraliter certus de huius excommunicati obedientia, & ſatisfactione. Et hoc ſufficit, vt non confundatur, nec illudatur poteſtas Epiſcopi excommunicatoris, vt clarè patet ex cap. eos qui, de ſent. excomm. in 6. Verum tamen eſt, quod ſi hic talis contempſerit ſe præſentare ſuo Epiſcopo excommunicatori, reincideret in eandem excommunicationem, vt patet ex dicto cap. eos qui.

Nec dicas, quod excommunicatus, ſit ab Eccleſia ſeparatus à ſuſceptione ſacramentorum, quantum potuit ſeparari, ſaltem præcipiendo: ergo hic accedendo, facit contra præceptum eccleſiaſticum.

14 Quia contra eſt. Nam Eccleſia ſeparat, quantum poteſt, excommunicatum à ſuſceptione ſacramentorum, ad hoc vt reſipiſcat, & dùm eſt in contumacia; at quando contumax non eſt, & reſipuit, tunc amplius non ſeparat, vel ſaltem ſuſpendit hunc effectum excommunicationis: cum pia Mater ſit. Inquit Fagundez l.c. nu. 10.

Nec dicas, quod excommunicatus ſit præciſus ab Eccleſia.

15 Quia non eſt ita præciſus, vt in ipſū iuriſdictionem non habeat: cùm non poſſit Eccleſia, baptizatum à ſe ita præcidere. Inquit Suarez de cenſur. diſp. 10. ſect. 3. num. 12.

Nec dicas, quod ſacramentum collatum excommunicato, ſit nullum.

Quia hoc nullo iure probari poteſt, vt diximus in 4. reſolut.

Nec dicas, quod dùm eſt excōmunicatus, excoïcatio habet effectū ſuū, priuandi ipſum ſacramentis.

Quia dùm eſt contritus, pia Mater Eccleſia ſuſpendit talem effectum, vt inquit Fagundez l.c.

Nec obſtat Can. Inferior, diſt. 21.

16 Quia loquitur in foro fori, non verò in foro conſcientiæ, vt patet legenti: & nos non negamus, quod excommunicatus ſit abſoluendus à ſuo excommunicatore, quoad forum fori in propria Diœceſi. Addo, quod ſi procederet Canon hic in caſu noſtro, procederet etiam in excommunicato occulto per ſententiam generalem, & Epiſcopo excommunicatori reſeruatā: vt ſunt cenſuræ in tabella caſuum reſeruatorum; cùm non ſit maior ratio de vno, quam de alio, extra Diœceſim excommunicatoris.

Sic etiam reſpondēdum eſt ad Can. Verbum, de pœnit. diſt. 1.

Sic etiam reſpondeo ad Capit. Ad reprimendum, de officio Ordinarij, & ad Cap. Paſtoralis, §. præterea, eod. titulo. Hi enim tex. loquuntur quoad forum fori in propria Diœceſi excommunicatoris, non verò quoad forum animæ extra Diœceſim, in qua publici non ſunt, & in ordine ad Deū tantū.

Nec obſtat Cap. Propoſuiſti, de foro competenti.

17 Quia abſolutio eſt in foro conſcientiæ, & non in foro fori: & ſic lis eſt incepta in foro fori, & non in foro conſcientiæ, & ideo non violatur, nec perturbatur eius iuriſdictio. Reliqua argumenta, quæ poſſent afferri contra noſtram concluſionem, procedunt etiā contra excommunicatum occultum, & ideo remanent ſoluta in reſol. 4. &c.

SVM-

SVMMARIVM.

Confeſſarius inferior, pœnitentem abſoluere poteſt à caſu reſeruato cum cenſura, ſi per pœnitentem non ſtetit, quin abſoluatur. num. 1.

Poteſt inferior confeſſarius licitè, & validè pœnitentem abſoluere à reſeruatis ſine cēſura, & non reſeruatis ſimul, & poſtea pro reſeruatis eum mittere ad ſuperiorem. num. 2.

Pœnitentiæ ſacramentum triplicem habet effectum: nempè remiſſionem peccatorum quoad culpam, remiſſionem pœnæ temporalis debitæ poſt abſolutionem à culpa, & reconciliationem cum eccleſia. num. 3.

Peccatorum remiſſio non tam à ſacramento pœnitentiæ, quam à contritione, ab actu amoris ſuper omnia, &c. huiuſmodi, haberi poteſt. num. eodem.

Pœnæ temporalis remiſſio, debitæ poſt abſolutionem à culpa, habetur à ſacramento pœnitentiæ, per pœnitentiam iniunctam à cōfeſſario, iuriſdictionem habente. num. eodem.

Reconciliatio peccatoris cum eccleſia habetur à confeſſario, commiſſionem habente ab eadem eccleſia. num. eodem.

Eccleſia per peccatum offenditur, vt ſponſa Chriſti, vt mater fidelium, & quatenus priuatur operibus viuis, quibus fouetur, ſi peccans in peccato non eſſet. num. eodem.

Eccleſia habet poteſtatem clauium, ad reconciliandum peccatorem cum Deo, remittendo culpā; & hāc libentius concedit, quā illā vt ipſe reconcilietur cum ipſa Eccleſia. nu. eodem.

Differt reſeruationis vinculum à vinculo peccati; vnde vnum ab alio ſeparari poteſt, reſeruationem ſcilicet habendo ſine peccato, vel peccatum ſine reſeruatione. num. 4.

Confeſſarius inferior iuriſdictionem habet in pœnitentem, qui ſimul cum peccatis non reſeruatis, reſeruata habet. num. 5.

Pœnitens, qui ſimul cum reſeruatis, non reſeruata confeſſario manifeſtat, ſatisfacit integritati confeſſionis. num. eodem.

Inferior confeſſarius non poteſt abſoluere directè à reſeruatis; directè tamen à non reſeruatis abſoluendo, ſimul reſeruata indirectè abſoluit. num. 6. & 13.

Venialia non tolluntur, non ſublatis mortalibus. num. 7.

Peccata mortalia, non poſſunt indirectè abſolui à non habente iuriſdictionem, etſi hic abſoluendi poteſtatem habeat à venialibus tantum. num. eodem.

Poteſt, ſecundum Suarez, pœnitens à venialibus, & à mortalibus à ſimplici ſacerdote abſolui, vrgente aliqua neceſſitate. n. eodem.

Simplex Sacerdos habet facultatem abſoluendi à venialibus tantum, ex conſuetudine introducta in Eccleſia, quæ ſe extendit, quando adſunt venialia tantum, non quādo adſunt mortalia. num. eodem.

Licet, ſecundum vſum Eccleſiæ, poſſit quis pœnitentem abſoluere à non reſeruatis, & pro reſeruatis, illum mittere ad ſuperiorē: tamen repugnat vſui Eccleſiæ, à venialibus tantum abſoluere, & pro mortalibus pœnitentem mittere ad confeſſarium iuriſdictionem habentem. num. eodem.

Pœnitens ſi à non approbato confeſſario ſine abſolutione dimittitur, nullum ſcandalum patitur; pateretur autem ſcandalum, ſi manifeſtato peccato reſeruato, ab approbato confeſſario ſine abſolutione recederet. nu. eodem.

Habens peccatum reſeruatum cum cenſura, quia habet præceptum, de non ſuſcipiendo ſacramenta, non poteſt rectè abſolui ab inferiore, & poſtea ad ſuperiorem mitti; non ſic verò habens peccatum reſeruatum ſine cenſura. num. 8.

Poteſt, ſecundum Angelum, inferior confeſſarius licitè, ſinè cauſa abſoluere ſubditum à peccato reſeruato cum cenſura, & poſtea illum mittere ad ſuperiorem. num. eodem.

Iuriſdictio diminuta in ordine ad Eccleſiam, non arguit diminutam iuriſdictionem in ordine ad Deum. num. 9.

Reſeruationis vinculum diuiſionem patitur, ita vt poſſit quis ab vno reſeruato abſolui, & non ab alio; Vinculum vero peccati, diuiſionem non admittit, ita vt non poſſit quis ab vno peccato mortali abſolui, & non ab alio. num. eodem.

In-

Inferior confeſſarius habet iuriſdictionem integram ad ſoluendum vinculum peccati in ordine ad Deum, non autem ad ſoluendum vinculum iniectum ab Eccleſia. num. eodem.

Confeſſarius inferior non eſt legitimus iudex in ordine ad caſus reſeruatos ſolitariè confeſſos; eſt verò legitimus iudex in ordine ad caſus non reſeruatos, & reſeruatos ſimul; in ordine ad Deum, ſimpliciter: in ordine ad Eccleſiam, ſecundū quid. num. eod.

Vt validum ſit ſacramentum pœnitentiæ, non requiritur iurisdictio ſimpliciter in ordine ad Eccleſiam, ſed ſufficit ſecundum quid. nu. eod.

Sacerdos, indirectè abſoluens peccata reſeruata, non excludit directam abſolutionem nō reſeruatorum, quæ eſt principalis finis inſtitutionis ſacramenti pœnitentiæ. nu. 10.

Vtens ſacramento, ſine non malo, etſi ſecundariè principalem finem intendat, nullum committit peccatum nu. eod.

Qui matrimonium contrahit principaliter ad honores, vel diuitias obtinendas, non peccat; dummodo non excludat procreationem prolis, principaliter ab hoc ſacramēto intentam. nu. eod.

Sacerdos abſoluens à non reſeruatis, & reſeruatis ſimul, per ſe, & directè vtitur remiſſione in ordine ad Deum ad ſoluendū vinculum peccati; indirectè verò ea vtitur in ordine ad Eccleſiam, quoad reſeruata. nu. eod.

Abſolutio in ordine ad Deum, quia fit per gratiam, dimidiari non poteſt; in ordine verò ad Eccleſiam, quia non fit per gratiā, ſed per ſatisfactionem, & obedientiam eidem Eccleſiæ præſtitam, dimidiari poteſt. num. 11.

Gratia non admittit ſicum peccatum de potentia ordinaria, etſi, ſecundum Coninck, admittat de potentia abſoluta. nu. eod.

Confitens inualidè peccata reſeruata coram legitimo ſuperiore, etſi non ſit abſolutus in ordine ad Deum, eſt tamen abſolutus in ordine ad Eccleſiam. nu. eod.

Poteſtas iuriſdictionis eſt apud Eccleſiam, quam cui voluerit, communicare poteſt. num. 12.

Pœnitens abſolutus ab inferiori à reſeruatis, & non reſeruatis ſimul, ex propria volūtate ſe obligauit, ad his confitendū peccatū ſemel commiſſum: vt ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ de deferendo peccatum reſeruatū ſuperiori. nu. eod.

Pœnitens, peccatum reſeruatum ad Epiſcopū deferendo, etſi abſolutionem ab ipſo non accipiat, ad nihil aliud tenetur. nu. 13.

Pœnitentiarius, qui habet poteſtatem abſoluendi à reſeruatis in ſacramento pœnitētiæ tantum, non poteſt pœnitentes coram Eccleſia abſoluere. nu. eod.

Abſolutio reſeruatorum in ordine ad Deum, non prouenit à poteſtate iuriſdictionis, quā inferior in ordine ad ipſa non habet: ſed à productione gratiæ, quæ omnia peccata, tam reſeruata, quam non reſeruata per ſe remittit. nu. 14.

Reſeruatio etſi acceſſum pro reſeruatis ad ſuperiorem præcipiat, non tamen, quando ſtat ſimul cum non reſeruatis, acceſſum ad inferiorem impedit; Non ſic cenſura, quæ impedit acceſſum ad ſacramenta, tam reſpectu caſus cenſurati, quam non cenſurati. num. 15.

RESOLVTIO VII.

An poſſit licitè confeſſarius inferior abſoluere pœnitentem, habentem caſum reſeruatum, & non reſeruatum: & poſt abſolutionem illum mittere ad ſuperiorem, pro abſolutione à reſeruato tantum?

1 NOn loquor hic de caſu reſeruato cum cenſura, nam ſatis abūdè dixi in quarta, & quinta reſolutione id licere, ſi per pœnitentem non ſtetit quin abſoluatur, dūmodo ſit cōtritus &c. ſed loquor hic de peccatis reſeruatis, ſine cenſura. Hoc poſito.

2 Reſpondeo poſſe validè, & licitè ſacerdotem inferiorem abſoluere pœnitentem à peccato reſeruato, & non re-

reſeruato;& pro reſeruato, debere poſt abſolutionem, illum mittere ad ſuperiorem. Ita D. Thomas in 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. quæſtiunc. ſecunda, his verbis. Etiam ſi ſacerdos non poſſit ab omnibus abſoluere, tenetur ſibi omnia confiteri, vt quantitatem totius culpæ cognoſcat, & de illis, de quibus non poteſt abſoluere, ad ſuperiorem remittat. Caiet. in ſumma, verb. confeſſio. cōditione 10. Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 2. artic. 5. Henricus Gandauenſis quodlib. 1. q. 27. quem citat, & ſequitur ſūma Angel. verb. confeſſio 5. 8. 9. Gabriel in 4. diſt. 17. q. 1. art. 3. dub. 2. & hanc conſuetudinem abſoluendi eſſe in Eccleſia, teſtatur Durand. in 4. diſt. 17. q. 15. Idem ſentiūt Tolet. lib. 3. ſum. cap. 8. num..... Sylueſter verb. confeſſio 1. num... Nauar. can. conſideret de pœnitentia, num. 10. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 11. ſi pœnitens acceſſit bona fide, vel quando pœnitēs credebat talem confeſſarium habere licentiam, ipſum abſoluendi à tali reſeruato. Hanc noſtram reſponſionem abſolutè defendūt Comitol. lib. 1. q. 29. Fagundez 2. Eccleſiæ præcepto lib. 8. cap. 3. num. 13. Henriquez lib. 1. num. 7. Suarez de pœnit. diſp. 31. ſect. 2. ConincK diſp. 7. dub. 9. num. 103. Vaſquez de pœnit. q. 91. art. 3. dub. 9. num. 6. & hos citat Carolus de Baucio de caſ. reſer. quæſitu 5. verſ. ſed difficultas &c. ſine vlla cauſa hoc fieri poſſe, defendūt Floronus de caſ. reſer. p. 1. cap. 6. nu. 3. & Layman l. c. Pro probatione igitur.

3 Suppono primò, ſacramenti pœnitentiæ triplicem poſſe conſiderari effectum, nempè Remiſſionem peccatorum, quoad reatum culpæ: Remiſſionē pœnæ temporalis, debitæ poſt abſolutionem reatus culpæ: & Reconciliationem cum Eccleſia. Ita Almain. in 4. diſt. 17. quæſt. 1. art. 2. Primus effectus habetur non ſolum à ſacramento pœnitentiæ, ſed etiam à contritione, ab actu amoris ſuper omnia, &c. huiuſmodi. Secundus effectus habetur (poſito, quod debeatur poſt abſolutionē à culpa) à ſacramento pœnitentiæ, per pœnitentiam iniunctam à confeſſario, iuriſdictionem habente ad tale peccatum. Tertius effectus habetur etiam à confeſſario commiſſionem habente ab eadem Eccleſia; non enim poteſt Inferior pacem ponere inter ſuperiorem, & ſubditum, niſi ex cōmiſſione eiuſdem ſuperioris. Ita Almain. in 4. diſt. 17. q. 1. art. 2. Eſt enim Eccleſia aliquo modo offenſa à peccāte. Tū quia eſt ſponſa Chriſti. Tum quia eſt Mater fidelium. Tum quia priuatur operibus viuis, quibus foueretur totū corpus Eccleſiæ, ſi talis in peccato nō eſſet. Et cùm habeat poteſtatem clauium, ad reconciliandum peccatorē cum Deo, remittendo, ſcilicet, culpam: poteſt hanc libentius concedere, quàm vt reconcilietur cum ipſa Eccleſia; pro hac verò reconciliatione poteſt petere aliqualem maiorem ſatisfactionem in pœnam delicti, quæ in caſu noſtro, eſſet delatio peccati ad Iudicem, ab ipſa Eccleſia aſſignatum.

4 Suppono ſecundò, Vinculum peccati eſſe diuerſum à vinculo reſeruationis; nam primum eſt à Deo: ſecundum eſt ab Eccleſia; Primum facit inimicum Dei: Secundum conſtituit inimicum Eccleſiæ. Et vnum ab alio ſeparari poſſe; nam aliquando quis habet peccatum ſine reſeruatione, aliquando habet reſeruationem ſine peccato; vt, cū quis poſt commiſſum peccatum reſeruatum, elicit actum amoris, vel contritionis, hic habet reſeruationē, & non peccatum in anima; Vndè etſi à Dei vinculo ſit ſolutus, non tamen eſt ſolutus à vinculo Eccleſiæ; cap. à nobis il 2. de ſent. excommunic. His poſitis.

5 Probatur noſtrum reſponſum; nam ita abſolutus ponit materiam: ſicut abſoluens ponit formam, & habet iuriſdictionem ad hunc, qui habet non reſeruata: & hic pœnitens ſatisfacit præcepto de integritate confeſſionis, dùm integrè confitetur huic Inferiori: ergo ſacramētum eſt validum. Conſequentia

quentia hæc patet; nam ſacramentum hoc habet partes eſſentiales, cum debita iuriſdictione,& non peccat pœnitens contra præceptum de integritate: ergo non habet vnde ſit inualidum.

Dices primò, quod ſit inualidũ ex defectu iuriſdictionis; nam ex Cõcilio Trid.ſeſſ.14.cap.7.habetur,Inferiorem nihil poſſe in caſibus reſeruatis.

6 Sed contra eſt Suar. de pœnit. diſp. 31.ſect.3. num. 5. his præciſis verbis. Atque hinc conſtat, etiam ſententiam hanc (loquitur hic Auctor ad caſum ſuum) nihil diſcrepare à doctrina Cõcilij Trid.cuius verba attentè conſideranda ſunt,dùm ait, Inferiorem ſacerdotem nihil poſſe in caſibus reſeruatis. Quod ideò dixiſſe credimus, quia talis ſacerdos non habet iuriſdictionẽ in huiuſmodi caſus,& ideò ab eis propriè abſoluere non poteſt;cum hoc tamen ſtat(quod Concilium non negat) vt poſſit talis ſacerdos abſoluere ab alijs peccatis,quò fiet,vt per accidens, & indirectè tollantur reſeruata, ſicuti tolli poſſunt per cõtritionem, vel per attritionem cum alio ſacramento v.g. Euchariſtiæ, aut Extremæ Vnctionis. Hæc Suarez.

Dices ſecũdò, quod ſi hæc doctrina eſſet vera, ſequeretur,quod qui habet mortalia reſeruata, & venialia, poſſet confiteri ſacerdoti iuriſdictionem non habenti:quia talis ſacerdos abſolueret directè à venialibus, & indirectè à mortalibus reſeruatis.

7 Sed contra hoc,eſt Comitol.l. c. nu. 6.ex Palud. quia venialia non tolluntur,non ſublatis peccatis mortalibus. Hæc Comitol.

Adde,quod qui habet iuriſdictionẽ abſoluendi tantum à venialibus, non habet iuriſdictionem delendi reatum inimicitiæ inter Deum, & hominem directè, & ideò neque indirectè poteſt illum abſoluere. At inferior ſacerdos, qui iuriſdictionem habet ad non reſeruata,habet iuriſdictionem abſoluẽdi talẽ reatum, & ſic directè illum tollit; etſi huic abſoluto remaneat obligatio reconciliandi ſe adæquatè cum Eccleſia,vt patet. Quod ſi eſſet certus de cõtritione pœnitens,& ſic eſſet certus, ꝙ deletus eſſet reatus inimicitiæ, tũc an poſſet cõfiteri ſimplici ſacerdoti,cũ obligatione iterũ confitendi peccatũ mortale cõfeſſario approbato,dicã infra.Niſi velis cũ Suarez de pœnit. diſp.31.ſect. 3. num. 10. P. Vincentio Pagano in manuſcripto de caſib.reſer. controuer.2.ad 4. qui citat Fillucciũ, concedere totum, maximè ſi aliqualẽ neceſſitatem habeat. Vel cũ ConincK de miniſtr.ſacram.pœnit.diſp. 8. dub. 13.num.107.verſic.Reſpondeo &c.dic quod abſoluere à non reſeruatis, & pro abſolutione à reſeruatis mittere ad ſuperiorem, eſt ſecundum vſum Eccleſiæ; at abſoluere à venialibus,& pro abſolutione à mortalibus cõtritis, mitteread cõfeſſariũ iuſdictionẽ habẽtem,repugnat vſui Eccleſiæ, Auctoritati Doctorum,& ideò illicitum.Addo quod ſi confeſſarius non approbatus mittat ſine abſolutione pœnitentem, nullam ei facit iniuriam, nec ſcandalũ timetur à circũſtantibus; timeturverò, ſi recedit pœnitẽs ſine abſolutione ab approbato, & aliqua ſit illi iniuria,dũ manifeſtato peccato dimittitur non abſolutus. Quare hoc ipſum eſt cauſa, vt abſoluatur cum onere confitendi coram Iudice legitimo,ne triſtis diſcedat à confeſſario approbato. Ita Layman.lib.5.tract.6.cap.12.num.11. Vel dic cum Suarez loco citato num. 11. quod facultatẽ abſoluẽdi à venialibus, habet ſimplex ſacerdos à conſuetudine introducta in Eccleſia,quæ ſe extẽdit tantum ad venialia,& non quando adſunt mortalia. At in caſibus reſeruatis non eſt talis conſuetudo, ſed potius contraria.

Dices tertiò, quod ſic etiam poterit abſolui, qui habet caſum reſeruatum cum cenſura, cùm non ſit maior ratio de vno,quàm de alio.

8 Sed contra eſt.Nam qui habet cenſuram, habet præceptum ab Eccleſia de non ſuſcipiendo ſacramenta, & dũ

ſine

ſine cauſa excuſante à tali præcepto, accedit,peccat mortaliter,& dùm peccat accedendo,non poteſt ſacramentũ pœnitentiæ rectè ſuſcipere,nõn ſic qui habet caſum reſeruatum ſine cenſura.

Adde, quod Angel. verb. confeſſio 5.num.10. concedit totum, & mordicus defendit, poſſe licitè inferiorem confeſſarium ſine cauſa ſubditum cum peccato cenſurato, & reſeruato abſoluere, & deinde illum ad ſuperiorem remittere.

Dices quartò ex Dian.3.par.tract.4. reſol. 58. ſeu ex ConincK l. infra cit. quod hæc confeſſio eſt dimidiata ſine cauſa, nam cum talis confeſſarius Iudex non ſit legitimus peccatorum reſeruatorum,eo caſu non ſit integra cõfeſſio Iudici competenti,quod tamen ad integritatem confeſſionis eſt neceſſarium.

9 Sed contra eſt,nam non bene deducitur à diminutione iuriſdictionis in ordine ad Eccleſiam, diminutio cõfeſſionis in ordine ad Deũ, hæc enim cõfeſſio eſt integra, cum ſit de omnibus peccatis, & Iudex hic habet iuriſdictionem integram ad ſoluendum vinculum peccati in ordine ad Deum;etſi non habeat integram iuriſdictionem ad ſoluendum vinculum iniectum ab Eccleſia,quod eſt reſeruatio;hoc enim vinculum ab illo differt, vt in ſecundo ſuppoſito,ex d.cap. à nobis il ſecondo: & vinculum peccati in ordine ad Deũ non patitur diuiſionem; non enim poteſt eſſe quis ſimul amicus,& inimicus Dei, & vinculũ reſeruationis diuiſionem patitur, cum poſſit vnus pœnitẽs abſolui ab vno reſeruato, & non ab alio. Si enim pœnitens habet duo peccata reſeruata v.g. peccatum inceſtus, & locutionis cum monialibus; ſi hic accedat ad confeſſarium habentem poteſtatem abſoluendi ab inceſtu, & non à locutione cum monialibus, & dum confitetur,obliuiſcitur peccati locutionis cum monialibus, hic talis eſt abſolutus in ordine ad Eccleſiam à peccato inceſtus, non vero à peccato locutionis cum monialibus, etſi in ordine ad Deum ſit ab vtroque abſolutus.

Ad argumentum igitur reſpondeo, quod hic talis eſt legitimus Iudex in ordine ad hanc confeſſionem, & ad hunc pœnitentem, etſi non ſit legitimus Iudex in ordine ad hos caſus reſeruatos,quos ſi ſolitariè quis confiteretur, vtique hic confeſſarius non diceretur Iudex legitimus huius confeſſionis; At quia ſimul cum non reſeruatis fuit facta talis confeſſio, vt ſupponimus, eſt facta legitimo Iudici in ordine ad Deum ſimpliciter;in ordine ad Eccleſiam, ſecundum quid, vt patet. Nec requiritur in Iudice iuriſdictio ſimpliciter in ordine ad Eccleſiam, ad hoc vt ſacramentum ſit validum, ſed ſufficit, ſecundũ quid; aliter enim etiam ſi accederet pœnitens bona fide,& obliuiſceretur peccati reſeruati, dum confitetur non reſeruata, ſacramentum non conficeretur, quia non haberet tunc iuriſdictionem ſimpliciter,vt dixi,quæ ſecundum aduerſarios requiritur ad conficiendum ſacramentum: ſicut quia requiritur Iuriſdictio ad pœnitentem,ſi ſacerdos abſolueret ſine tali iuriſdictione, nullum conficeret ſacramentum,ſecũdum omnes,excepto Crouſer.

Dices quinto ex ConincK de ſacramentis diſp. 8. dub. 13. num. 103. quod confeſſarius talem pœnitentem illicitè abſoluit, quia vtitur hoc ſacramento aliquo modo contra ſuam inſtitutionem; nam ſolum eſt inſtitutum ad directam peccatorum remiſſionem, non vero ad indirectam. Hæc Coninck.

10 Sed contra eſt; nam ſacerdos, qui vtitur hoc ſacramento ad indirectam abſolutionem peccatorum reſeruatorum,non excludit directam abſolutionem peccatorum non reſeruatorum,& ſic à tali vſu ſacramenti pœnitentiæ non excludit finem principalem inſtitutionis eiuſdem ſacramenti, qui eſt directa abſolutio peccatorum. Et vti

ſacramento fine non malo, ſi non excluditur principalis finis ipſius ſacramenti,etſi ſecundariè intentus,nullum eſt peccatum, ſecundum eundem Coninck diſp.25.dub.2.nu.16. Qui enim matrimonium contrahit principaliter ad honorem,vel diuitias acquirendas, non peccat; etſi finis principalis à ſuſcipiente non ſit intentus per ſe primò, qui eſt procreatio prolis; ſufficit enim ſi non ſit excluſus per ſe poſitiuè. Adde,quod ſacerdos abſoluens in caſu noſtro,vtitur per ſe,& directè remiſſione in ordine ad Deum,& ad ſoluendum vinculum peccati; etſi vtatur remiſſione indirectè in ordine ad Eccleſiam quoad reſeruata tantum,quod inconueniens nõ eſt, ſicut diximus de peccatis oblitis.

Nec dicas ſextò, cum eodem Coninck l.c.quod hæc ſententia ſuſtineri non poteſt,quia quod in hoc ſacramẽto requiratur neceſſariò integra peccatorum mortalium confeſſio,non tàm eſt propter integritatem confeſſionis, quàm propter integritatem abſolutionis, quã nullo modo decet dimidiari, ſine graui neceſſitate; ſicut peccatorũ dimidiata remiſſio nunquam fieri poteſt;in tali enim caſu dimidiaretur directa abſolutio. Hæc Coninck.

11 Quia contra eſt,nam integra peccatorum confeſſio non tàm eſt propter integritatem confeſſionis,quàm propter integritatem abſolutionis; non in ordine ad Eccleſiam, ſed in ordine ad Deum. Hæc autem cum fiat per gratiam,non admittit diuiſionem; Abſolutio verò in ordine ad Eccleſiã diuiſionem admittit, cum non ſit per gratiam, ſed per ſatisfactionem; & ſatisfit Eccleſiæ, quando peccator ei obediẽtem ſe præbet, & dùm vult Eccleſia, quod peccata reſeruata deferantur vni Iudici, nõ reſeruata alteri: hinc eſt quod abſolutio reſeruatorum, tunc fit in ordine ad Eccleſiam,quãdo illa deferuntur Iudici determinato ab ipſa Eccleſia.

Non igitur poteſt fieri dimidiata remiſſio in ordine ad Deũ, quia fit per gratiam, quæ peccatum ſecum non admittit de potentia ordinaria,etſi admittat de potentia abſoluta, ſecũdum eundem Coninck; licet fieri poſſit dimidiata remiſſio in ordine ad Eccleſiam, vt patet in habente duas excommunicationes; qui poteſt abſolui ab vna,& non ab alia in ordine ad Eccleſiam; & patet etiam in confitente inualidè peccata reſeruata coram legitimo ſuperiore,hic.n.ſacramentum nullum facit,et ſic in ordine ad Deum abſolutus non eſt,etſi in ordine ad Eccleſiam ſit abſolutus, ideoque ampliùs non tenetur confiteri habenti poteſtatem abſoluendi ipſum à reſeruatis, vt optimè cum alijs probat Dian. part.1. tract.11.reſol.18.& par.4.tract.4.reſolut. 124. Hinc patet, quod in caſu noſtro dimidiatur directa abſolutio in ordine ad Eccleſiam, non verò in ordine ad Deum;nam in ordine ad Deũ, abſolutus ab inferiori,eſt directè abſolutus tã à reſeruatis, q̃ à nõ reſeruatis, cũ hæc abſolutio ꝓueniat à gratia,q̃ ꝑ ſe directè ſtare non poteſt cum peccato,& ſic pet ſe directè illud remittit.

Nec dicas ſeptimò,cum Durand. in 4.diſt.17.q.15.num.10. quod Eccleſia non poſsit præcipere, quod ritè confeſſus,& abſolutus, iteratò (hæc ſunt verba Durandi) eadem confiteatur.

12 Quia contra eſt; nam hic pœnitens non ex præcepto Eccleſiæ eadem peccata iterum confitetur, ſed ex propria voluntate. Eſt enim poteſtas iuriſdictionis pœnes Eccleſiam, quam cui voluerit,poteſt communicare, & huic tenetur pœnitens peccata deferre pro abſolutione. Et quia Eccleſia communicauit poteſtatem illam circa peccata reſeruata, & non reſeruata vni pœnitentiario,& circa non reſeruata omnibus inferioribus; Pœnitens ſi vellet poſſet omnia ſua peccata, reſeruata ſcilicet,& non reſeruata confiteri pœnitentiario, & ſic ad nihil aliud teneretur; Si ergo cum poſſit pœnitens pœnitentiario confiteri reſeruata, &

non

non reſeruata, & huic non vult confiteri, ſed prius inferiori non reſeruata, & deinde reſeruata ſuperiori; igitur nō Eccleſia obligat ad iterum confitendū peccata ſemel confeſſa, ſed pœnitens propria voluntate tali oneri ſe ſubmittit, & ſic ipſe vult confiteri iterum peccata ſemel confeſſa, & abſoluta coram Deo. Quod enim Eccleſia obligat, eſt tantum quod deferantur peccata reſeruata pœnitētiario: quod poteſt præcipere, vt definitum eſt in Concil. Trid. l. ſupra c. non verò præcipit, quod non reſeruata non abſoluantur ſimul cum reſeruatis. Cùm igitur pœnitens vult deferre non reſeruata inferiori, & vult abſolutionem ſacramentalem, tenetur ex præcepto diuino integrè confiteri; & ideo tenetur, ad obtinēdam abſolutionem coram Deo, omnia ſua peccata dicere. Et quia illa reſeruata detulit perſonæ non determinatę ab Eccleſia, ideo tenetur Iudici ab Eccleſia aſſignato, illa deferre. Igitur non ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex propria voluntate bis confitetur peccatum ſemel commiſſum; & cùm ſit indirectè abſolutus à Iudice nō cōpetenti, iterum abſolutione indiget à Iudice competenti.

Nec dicas octauò, cum eodem Durand. l. c. quod ſecundum iſtum modum, ſufficeret peccatori venire ad Epiſcopum, & dicere ei peccatum ſuū, & ſtatim recedere non expectata abſolutione: cùm iam ſit ab omnibus abſolutus; hoc enim faciendo, impleuit præceptum. Iſtud eſt ridiculum, nec obſeruatur ab Eccceleſia. Hæc Durandus.

13 Quia contra eſt; nam ſufficit ſi pœnitens accedat ad Epiſcopum, & dicat caſum reſeruatum: et ſi Epiſcopus non vult dare abſolutionem aliam, hic talis ad nihil aliud tenetur; quia ſic non ſolum pœnitens ſatisfecit præcepto Eccleſiaſtico, ſed adæquauit finem ipſius ꝑcepti. Finis. n. reſeruationis, eſt delatio peccati ad ſuperiorem, vt ſuperiori grauiora delicta innoteſcāt: & iam delictum eſt ipſi ſuperiori notificatum, & ideo, hoc ridiculum non eſt; nam aliter, eſſet etiam ridiculum adæquare finem aliorum præceptorum, cùm non ſit maior ratio de vno, quam de alio. Obſeruatur verò ab Eccleſia, quādo hic talis abſoluitur, quòd non ad Epiſcopum, ſed ad pœnitentiarium peccata deferat, qui habet poteſtatem ab illo abſoluendi in ſacramento pœnitentiæ tantum: & cùm poteſtas huius ſit limitata, non poteſt aliter ipſum coram Eccleſia abſoluere.

Ex quo patet, quod quando inferior abſoluit pœnitentem, à peccatis reſeruatis, quæ cum non reſeruatis confitetur: abſoluit in ordine ad Deum per ſe directè ab vtriſque; quia abſoluit per gratiam, quæ per ſe, & directè ſe opponit peccato, ſiue reſeruato, ſiue non reſeruato; etſi in ordine ad Eccleſiam abſoluat à non reſeruatis per ſe directè: à reſeruatis verò per accidens, ſeu per aliud, & indirectè: ideſt per abſolutionem à non reſeruatis; cùm per talem abſolutionem fiat ſacramentū, per quod gratia producitur, & omnia peccata remittuntur.

Nec dicas nonò, ꝙ hic non ſit Iudex competens: ergo directè abſoluere non poteſt.

14 Quia contra eſt; nam abſoluere in ordine ad Deū nō prouenit à poteſtate iuriſdictionis, ſed à productione gratiæ, quæ per ſe peccata omnia remittit directè; & ſic licet in ordine ad reſeruata, hic nō ſit Iudex cōpetēs: tñ in ordine ad gratiā producēdā ꝑ ſacramētum, eſt cauſa per ſe effectiua, etſi non tollat obligationem, comparendi corā Iudice competenti. Abſoluit ergo directè à reſeruatis, qui abſoluit per gratiam: quæ directè, & per ſe reſeruata tollit; quāuis nō abſoluat directè à reſeruatis in ordine ad Eccleſiam.

Nec dicas vltimò, ꝙ poſſet ēt ſacerdos inferior abſoluere à peccato cum cenſura, indirectè; quia ſicut cenſura impedit acceſſum ad ſacramentum: ità reſeruatio impedit acceſſum, ad talem

ſacerdotem inferiorem: ergo vtrobiq; par ratio.

15 Quia contra eſt,nam reſeruatio non impedit acceſſum ad inferiorem, reſpectu peccati non reſeruati: etſi præcipiat acceſſum ad ſuperiorem. Aliud eſt enim dicere, quod ſubditus accedat ad ſuperiorem pro reſeruatis, & aliud eſt dicere, quod non accedat ad inferiorem, dùm habet reſeruata, & nõ reſeruata: vt patet. At excommunicatus habet præceptum non accedendi ad ſacramentum pœnitentiæ, vt ſic: tã reſpectu cenſurati peccati, quàm non cenſurati; cùm ei ſit interdictum ſacramentum pœnitentiæ, vt patet.

SVMMARIVM.

Confeſſarius inferior, poteſt pœnitentem abſoluere à caſibus reſeruatis in ſua Diœceſi, quando pœnitens eos commiſit, vbi reſeruati non erant. num. 1. & 3.

Cẽſura prolata ab Ordinario loci afficit proprios ſubditos, in propria Diœceſi ſuæ legis transgreſſores; non autem alienigenas: qui cum ſubditi non ſint, legis tranſgreſſores dici non poſſunt. num. 2.

Etſi Peregrinus ab inferiori cõfeſſario abſolui poſſit, ciuis verò non; quia hic contra ſtatutum fecit, non autem ille: non per hoc ciuis peioris conditionis eſt, peregrino. nu. 4.

Ciuis, melioris conditionis eſt Peregrino; cùm hic, tantum quando contra ſtatutum non fecit ab inferiori poſſit abſolui: Ciuis verò etiam quando contra ſtatutum fecit, ignoranter tamen, ab inferiori abſolui poteſt. num. eodem.

Reſeruatio reſpectu Peregrini eodẽ modo ſe habet, ac cenſura: vnde ſicuti in cenſuram non incurrit, ita nec in reſeruationem. nu. 5.

Finis cenſuræ coincidit cum fine reſeruationis: & ſic qui finem cenſuræ non violat, nec finem reſeruationis violare dicitur. num. 6.

Reſeruatio eſt actus iuriſdictionis, ſe extendens tantum circa ſubditos ſtatuentis, & non circa non ſubditos. num. 7.

Peregrini facultatem habẽt, eligendi ſibi confeſſarium, ex conſuetudine ab Eugenio IV. approbata. num. 8.

Iuriſdictio confeſſarij inferioris in Peregrinum, licet ſit ei data ab Epiſcopo, vel ſit dependenter ab illo: non tamen eſt abſolutè limitata. num. 9.

Epiſcopus ſicuti confeſſarium approbat circa proprios ſubditos, reſpectu caſus non reſeruati, vel reſeruati, ſed ignoranter commiſſi: ita etiam circa Peregrinos, cum non dicantur Rei ſtatuti. num. 10.

Decretum Sacræ Congr. dicens non poſſe Inferiorem abſoluere Peregrinum, à caſu ibi reſeruato: non conſtat authentice. num. eodem.

RESOLVTIO VIII.

An poſſit confeſſarius vnius diœceſis, abſoluere pœnitentem alterius Diœceſis, à caſibus commiſſis, vbi reſeruati non erant: ſi in illa Diœceſi ſint reſeruati?

1 RESpondeo, cum Ledeſma in ſum. tom. 1. del ſacramento della penitenza c. 12. verſ. Però acerca d'eſto &c. pagina mihi 409. in fine. Quod cõfeſſarius e. g. Neapolitanus poſſit talẽ abſoluere à caſibus Neapoli reſeruatis, ſi ſint patrati vbi reſeruati nõ ſint. Idem ſentire videtur Fagundez 2. eccleſ. præcep. lib. 8. num. 21. qui citat Vegã lib. 2. caſ. 326. Idẽ quoq. ſentire videtur Bellocchius de caſ. reſ. p. 2. q. 10. dum dicit, quod concubinarius, qui concubinã retinet extra diœceſim, põt in diœceſi abſolui à cõfeſſario inferiori: & pro hac ſẽtẽtia citat Graff. p. 1. lib. 4. deciſ. aurear. cap. 2. n. 18. & cap. 6. nu. 5. & cap. 8. nu. 39. & Syluest. verb. excommunicatio nu. 9.

2 Non loquor hic de cenſuris reſeruatis; quia cum hæ cenſuræ, ſint prolatæ à noſtro Ordinario, conſequenter afficit proprios ſubditos, & in propria

Diœ-

Diœceſi; Et ſic, cùm alienigenæ non ſint ſubditi noſtro Epiſcopo, conſequenter non incurrunt in cenſuram: & cùm excommunicati non ſint, poſſunt à quocumque inferiori abſolui: quia tempore commiſſi criminis non erant ſubditi huic legi, ſeù ſtatuto: & ſic illud non lædũt, vt diximus in prima reſol. Sed difficultas eſt, an ſint mittendi ad ſuperiorem poſt abſolutionem: & cõſequenter directè abſolui, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram Eccleſia? Et dico cum prǽcitatis DD. quod poſſunt ſimpliciter, & abſolutè abſolui à confeſſario inferiori; &

3 Ratio eſt; Nam hic Peregrinus, non peccauit contra ſtatutum e. g. Neap. reſeruationis; dùm tempore commiſſi criminis, non erat ſubditus huic legi reſeruationis: erat enim non ſubditus: Si ergo ab hoc pœnitente violatum non eſt ſtatutum Neap. reſeruationis, conſequenter poteſt abſolui à quocũque confeſſario inferiori. Conſequentia hæc patet; Nam confeſſarius inferior non poteſt abſoluere ſubditos, qui tranſgreſſi ſunt ſtatutum reſeruationis; ſed hic pœnitens non eſt trãſgreſſus noſtrum ſtatutum, cum extra Diœceſim, ius dicenti nõ pareatur impunè: ergo poteſt abſolui.

Nec dicas primò, quod hic ſit habendus vti ciuis Neapolitanus: nec debeat eſſe melioris conditionis Neapolitano; ex conſuetudine approbata ab Eugenio IV. ſed Neapolitanus non poteſt abſolui: ergo neque Peregrinus.

4 Quia contra eſt. Nam Neapolitanus non dicitur peioris conditionis, ex eo, quia non poteſt abſolui in propria diœceſi: cùm faciat contra ſtatutum reſeruationis, & peregrinus nõ; & ideo hic poteſt abſolui, Neapolitanus verò, non.

Vnde quando Neapolitanus, non facit contra tale ſtatutum, vt quando ignoranter incidit in caſum reſeruatũ: tunc diximus, quod poteſt abſolui etiã ab inferiori confeſſario, & ſic eſt melioris conditionis. Nam peregrinus, cũ ſit non ſubditus tempore delicti, & conſequenter exemptus à lege, poteſt abſolui; at Neapolitanus cùm ſit ſubditus legi, & excuſatus à tranſgreſſione legis, ratione ignorantiæ, abſoluitur: ergo melioris conditionis (quando cætera ſunt paria) eſt ciuis Neapolitanus, quam Peregrinus.

5 Cõfirmatur primò, quia certũ eſt talẽ non incurrere in cenſurã reſeruatã, tantùm in Diœceſi Neapolitana, dùm peccat extra illam: ergo neque in reſeruationem. Conſequentia patet. Nã ideo hic non incurrit in cẽſuram, quia illa eſt pœna ab hoc Epiſcopo: ergo neq; debet incurrere in reſeruationẽ, cùm ſit etiam pœna ab hoc Epiſcopo; Statutum enim reſeruationis, pœnale eſt: vt diximus in ſecundo ſuppoſito primæ reſol. cum Coriolano, & alijs.

6 Cõfirmatur ſecũdò, quia finis cẽſuræ in reſeruatione, non eſt diuerſus à fine reſeruationis ſine cenſura, ſed eſt idem vt patet conſideranti; cenſuræ enim ſunt appoſitæ, ne facilè incidant ciues in peccata grauiora: & reſeruatio etiã habet eundem finem; ſed quando quis deliquit contra ſtatutum Neapolitanũ reſeruationis cum cenſura, extra Diœceſim Neapolitanam, non incidit in eam: ergo neque delinquens contra ſtatutum reſeruationis ſine cenſura. procedit enim eadem ratio &c. Si ergo non incidit in reſeruationem, poteſt à quolibet confeſſario abſolui.

Dices ſecũdò, ꝙ hic peccauit lethaliter, & de hoc peccato lethali, non põt iudicium facere confeſſarius inferior Neapolitanus: ergo &c.

7 Sed contra eſt. Nam aliud eſt dicere, quod peccauit hic lethaliter, aliud eſt dicere, quod commiſit peccatum reſeruatum. Concedimus enim, quod peccauit lethaliter, negamus verò, quod commiſit peccatum reſeruatum: peccata enim reſeruantur erga ſubditos ſtatuentis tantum, & non erga non ſubditos; cũ reſeruatio ſit actus iuriſdictionis. Cap. à nobis il primo de ſent.

excom.

excom.gl.ſingularis in Clem. 1. verbo ſubditos de foro competenti vide Graff.de caſ.reſer.lib.2.cap.18.nu. 33. verſic. octauo comprehendam &c. & quando hic commiſit tale peccatum, ſubditus non erat: ergo iuriſdictio reſeruationis,ad talem non ſe extendebat, & ideo peccatum lethale non reſeruatum commiſit: & conſequenter poteſt abſolui, vt benè Fagundez l. c. num.21.

Dices tertiò.Qñ quis habet facultaté à ſuo Epiſcopo, eligẽdi cõfeſſariũ idoneum: non intelligitur conceſſa facultas huic confeſſario electo,abſoluendi à caſibus reſeruatis; ſed hic alienigena habet facultaté eligẽdi ſibi cõfeſſariũ, ex conſuetudine,& approbatione Prelatorum introducta, quam Eugenius IV.approbauit: ergo non poteſt abſolui à caſibus reſeruatis.

8 Reſpondeo:tranſeat totum; cum nõ ſit hic locus,diſputandi de tali conſuedine,ſed in alia reſolutione. At caſus de quo ille talis abſoluitur,reſeruatus non eſt,vt diximus cum Fagundez:ſed abſoluitur à peccato lethali,ſine reſeruatione. Non enim incidit in reſeruationem,& ideo abſolui poteſt.

Nec dicas quartò,cũ Eminentiſſimo de Lugo de pœnit.diſp.20.ſect.5.n.73. ꝙ ille confeſſarius in tali caſu, habeat iuriſdictionem circa talem non ſubditum,à proprio Epiſcopo,vel dependẽter ab illo: quare eius ſolus Epiſcopus potuit per reſeruationem auferre, vel limitare eius iuriſdictionem: non verò Epiſcopus, qui tales caſus ſibi non reſeruauit. Hæc Eminentiſſ.de Lugo.

9 Quia contra eſt.Nam verũ eſt,quod hic confeſſarius habet iuriſdictionem à proprio Epiſcopo,vel ſaltem dependenter ab illo,in talem peregrinum: at verũ nõ eſt,quod hæc poteſtas à tali Epiſcopo ſit tributa,abſolutè limitata. Nam cùm ſit facta reſeruatio per modum ſtatuti,limitatur poteſtas, tantùm in tranſgreſſores illius ſtatuti; At quia peregrinus, non eſt tranſgreſſor huius ſtatuti reſeruationis, ideo in hunc peregrinum non eſt limitata poteſtas huius confeſſarij: & conſequenter poteſt abſolui ab hoc confeſſario.

Dices quintò,ꝙ Neapolitanus cõfeſſarius poſſit abſoluere peregrinum, ex tacito conſenſu Epiſcopi eiuſdem peregrini: qui Epiſcopus,ita videtur approbare talem confeſſariũ circa ſuos ſubditos, ſicut approbat Epiſcopus ipſius confeſſarij,circa proprios ſubditos ſuæ iuriſdictionis; Sed Epiſcopus confeſſarij, non approbat talem confeſſarium circa proprios ſubditos, reſpectu talis caſus: ergo neque erit approbatus circa ſubditos alterius iuriſdictionis.

10 Sed contra eſt.Nam etſi vera ſit maior, tamen minor eſt omnino falſa, ſecundum noſtram opinionem; quia Epiſcopus confeſſarij, approbat talem confeſſarium circa proprios ſubditos, reſpectu caſus non reſeruati, ſi proprij ſubditi non ſunt tranſgreſſi ſuum ſtatutum reſeruationis in operando. Sic diximus,quod ignorantes ſubditi, poſſunt abſolui ab hoc confeſſario; & hoc ideo,quia non ſunt Rei ſtatuti reſeruationis huius Diœceſis: quæ ratio procedit etiam, cum peregrinis offendentibus ſtatutũ extra talem iuriſdictionẽ; & ideo ſicut poſſunt abſolui ignorantes:ita & peregrini &c.

Dices vltimò, ꝙ adſit decretũ Sacræ Congregationis 19.Nouembris 1616. quod nulla eſt talis abſolutio.

Reſpondeo,quod huiuſmodi decretum,non eſt authenticè promulgatum; quare ſtante probabilitate huius opinionis,talis abſolutiò licita, & valida eſt.

S V M M A R I V M.

Confeſſarius.inferior, poteſt Peregrinos abſoluere à caſibus commiſſis in Diœceſi,vbi reſeruati ſunt: ſi in Diœceſi ipſius confeſſary non ſint reſeruati; etiam ſi data opera,ad talem confeſſarium extra Diœceſim accedant.num. 1.

Peregrinus, ex conſuetudine ab Eugenio IV.

appro-

approbata, ita poteſt Sacerdoti propriæ Diœceſis confiteri; vt nullam habeat prohibitionem, non accedendi ad Sacerdotem alterius Diœceſis. num. 2.

Confeſſarius inferior eandem poteſtatem habet circa Peregrinos, quam circa ciues; at circa peregrinos habet poteſtatem tacitè ab Epiſcopo Peregrini, expreſsè vero ab Epiſcopo ſuo. num. eodem.

Epiſcopus ſicuti non limitat poteſtatem confeſſarij inferioris circa proprios ſubditos, ita nec limitat circa Peregrinos. num. 3.

Peregrinus leges loci quo tranſit, nō verò Patrias leges ſeruare tenetur, dum extra Patriam moratur. num. 4.

Qui vtitur iure ſuo, non videtur in fraudem agere. num. 5.

RESOLVTIO IX.

An poſſit cõfeſſarius inferior vnius Diœceſis abſoluere pœnitentē alterius Diœceſis à caſibus reſeruatis in Diœceſi, vbi commiſſi fuerant, ſi in illa Diœceſi reſeruati non ſint, maximè ſi talis pœnitens data opera, & ad finem abſoluendi ab illis reſeruatis ibi ſe contulit?

1 Reſpondeo, quod poteſt confeſſarius inferior talem abſoluere. Ita Pontius lib. 5. cap. 9. num. 6. Ferdinandus à Caſtro Palao de lege tract. 3. diſ. 1. punct. 24. §. 5. num. 4. in fine. Diana p. 2. tract. 17. reſol. 56. & p. 3. tract. 4. reſol. 103. & tract. 6. reſol. 28. & par. 4. reſol. 109. in fine. Ioannes Propoſitus in 3. p. D. Thom. q. 9. de reſeru. caſuum dub. 3. num. 22. Stephanus Bauni p. 1. tract. 4. dub. 5. P. Paganus in manuſcripto de caſ. reſer. controuerſ. 4. Sà verb. abſolutio num. 21.

2 Probatur primò, quia ex conſuetudine approbata ab Eugenio IV. poteſt hic peregrinus, ſeu pœnitens ita confiteri proprio ſacerdoti in propria Diœceſi, ac alteri ſacerdoti extra illam, & nullam habet prohibitionem non accedendi ad cōfeſſarium alterius Diœceſis: ergo quādo ad illum accedit, vtitur iure ſuo acquiſito per conſuetudinem approbatam: ergo poteſtatem abſoluendi habet hic confeſſarius, non ab Ordinario Diœceſano pœnitentis expreſsè, ſed à Summo Pontifice approbante conſuetudinem abſoluendi ſubditos alterius Diœceſis; ſed conſuetudo approbata non limitat poteſtatem talis confeſſarij, ſed vult vt ita tractentur pœnitentes exteri, ſicuti cęteri ciues illius Diœceſis, nunquam enim confeſſarij, quantumuis timoratæ conſcientiæ, pœnitentes interrogāt de patria, & de caſibus in ſua patria reſeruatis: ergo ſi poteſt hic confeſſarius abſoluere pœnitentes huius Diœceſis à caſibus alibi reſeruatis, poterit etiam ab illis abſoluere exteros; hos ex conſuetudine approbata ab Eugenio IV. illos vt Ordinarius ſeu delegatus.

3 Confirmatur primò. Nam, quod poſſit hic confeſſarius abſoluere pœnitentes alterius Diœceſis, prouenit ex tacito conſenſu Epiſcoporum totius Eccleſiæ, qui ratum habent, vt alius Epiſcopus abſoluat proprios ſubditos in Diœceſi abſoluentis, qui tacitus conſenſus conſuetudine introductus, eſt iam approbatus ab Eugenio IV. & ſic Epiſcopus huius pœnitētis tacitè videtur approbare confeſſarium abſoluentem circa ſuum ſubditum, ſicut approbat Epiſcopus proprius ipſius confeſſarij abſoluentis, circa proprios ſubditos, ſed Epiſcopus v. g. Neapolitanus nullam poſuit limitationem circa ſubditos ſuos: ergo neque circa ſubditos Capuanos; poterit ergo hic confeſſarius abſoluere Capuanos à caſibus reſeruatis Capuæ, ex tacita facultate tributa ab Epiſcopo Capuano Epiſcopo Neapolitano, & ex hoc Epiſcopo confeſſario Neapolitano, & ex expreſſa poteſtate tributa eidem confeſſario Neapolitano ab eodē Epiſcopo Neapolitano.

Con-

4 Confirmatur ſecundò. Nam peregrini tenentur ad leges loci, quo tranſeunt, & non ad leges patrias dum ſũt extra illam, vt ſentiunt nonnulli DD. non infimæ conditionis: ergo hic pœnitens eſt habendus vti compars huius Diœceſis, & nõ propriæ patrię, ſed diœceſani poſsũt abſolui: ergo & hic exter.

Nec dicas, quod cõſuetudo videtur introducta non in fraudem, ſed bona fide: ergo non debet patrocinari ijs, qui in fraudem hoc faciunt.

5 Nam contra eſt. Quia qui vtitur iure ſuo, dolo malo non videtur agere l. nullus ff. de reg. iur. ſed hic habet ius à conſuetudine, vt abſoluatur, quando accedit ad confeſſarium alterius Diœceſis: ergo cum pœnitẽs vtitur hoc iure, dolo malo non agit. Conſuetudo n. dat poteſtatem confeſſarijs alterius Diœceſis, vt hunc abſoluãt, & poſt acquiſitam hanc poteſtatem eſt in poſſe pœnitentis confiteri, vel cõfeſſario ſuæ Diœceſis, vel alteri extra illã, ſicut eſt in poſſe ſuo cõfiteri huic cõfeſſario ſuę Diœceſis, & non alteri eiuſdem Diœceſis, quia ille eſt benignior &c. ſtante deinde hac conſuetudine approbata non dicitur dolo malo agere dum confitetur extra Diœceſim: vtitur enim iure ſuo iã per cõſuetudinẽ acquiſito.

SVMMARIVM.

Peregrinus dùm eſt extra Patriam, ſecundũ probabilem opinionem, non tenetur legibus ſuæ Patriæ; etiam ſi vigeant in loco, quo tranſit. num. 1.

Statutum non poteſt obligare ſubditum extra Diæceſim, eo quod Epiſcopi iuriſdictio vltra ipſam ſe extendere nequit. num. 2.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pænitentem à caſibus reſeruatis, extra Diæceſim cõmiſſis, licet ibi etiam ſint reſeruati. num. 3.

Extra territorium ius dicenti non paretur impunè. num. 4.

Reſeruatio eſt reſtrictio poteſtatis abſoluendi, non abſolutè, ſed in ordine ad pænitentem ſtatuti Reum. num. 5.

Ciuis vnius loci, dùm extra Patriam moratur, committendo caſum reſeruatum, tam in loco tranſitus, quam in ſua Patria, non dicitur tranſgreſſor ſtatuti illius loci, cum ſit peregrinus; nec etiam ſtatuti ſuæ Patriæ, cum non reputetur ciuis. num. 6.

Peregrinus loquens cum Monialibus ab Ordinario exemptis, incidit in cenſuras, cum Ordinarius circa illas ſit Delegatus Apoſtolicus; ſecus verò ſi loquatur cum nõ exẽptis. num. 7.

Pænitens, qui commiſit peccata reſeruata intra Diæceſim, ſed in loco exempto, poteſt abſolui ab Inferiori. num. 8.

RESOLVTIO X.

An poſſit Confeſſarius Neapolitanus e.g. abſoluere Neapolitanum, qui peccatum reſeruatum commiſit Capuæ, in qua etiam reſeruatum erat?

1 PRo reſponſione: ſuppono primò probabiliter peregrinum non teneri legibus, & ſtatutis propriæ patriæ, dùm eſt extra illam, etſi vigeant in loco tranſitus, ſeu in quo negotium habet. Ita Ioannes Sanchez in ſelect. diſp. 54. num. 31. in fine, inclinat Diana p. 1. tract. 9. reſol. 18. in fine; patet ex c. vt animarum de conſtit. in 6. & in l. vltima ff. de iuriſd. omnium iud. & gl. in verbo non paretur, ſubdit, quod intelligitur, ſiue inter non ſuos ſubditos, ſiue inter ſuos ſubditos. Idem habetur in cap. fin. §. ſtatuto de conſtit. in 6. vbi habetur, quod extra territorium ius dicenti non paretur impune: ergo ex vi legis patriæ hic non tenetur ad tale ſtatutum. Nec tenetur ex vi legis loci quo tranſit, quia probabiliter leges nõ habent vim in peregrinos, & ideo peregrini non tenentur ad ipſas; Ita ſentit Sanchez lib. 3. diſp. 18. nu. 16. qui nonnullos citat; & lib. 1. in ſumma cap. 12. num. 38. Sayrus in clau. reg. lib. 3. cap. 4. num. 15. Leſſius lib. 4. de iuſt. cap. 2. dub.

dub.7.num.49.Azor.tom.1. lib.7.cap. 30.q.vltim.Tolet.lib.6.ſumm.cap. 5.n. vltim.Bonac.diſp.1. de leg. q.1.punct. 6. num. 36. Ioannes Sanchez diſp. 54. num. 31. quæ opinio ſaltem per rationem extrinſecam habet maximā probabilitatem,dùm tot, & tam qualificatos patronos habet; etſi ſecundum rationes intrinſecas oppoſitum docui in 1.par.mearum reſol.reſol.64.

2 Suppono ſecundò. Non poſſe dari ſtatutum obligans ſubditum extra Diœceſim.Ita ConincK diſput.13. de cenſuris dub.7.num.58. concl. 6. fundatur in cap.2.de conſtit.in 6.dum Pōtifex poſtquam dixit, ſtatutum Epiſcopi contra furantes non obligare eos, qui extra Diœceſim furantur; non dat pro ratione, eo quod ſtatutum non reſpicit perſonas, ſed territorium: ſed dat pro ratione,eo quod extra territorium ius dicenti non paretur impunè. Quibus verbis clarè oſtendit,Epiſcopū nihil poſſe valide præcipere, aut vetare exiſtēti extra Diœceſim circa actus ibidem ita cōmittēdos, aut omittēdos, vt nō ſimul ita cōmittātur, vel omittātur aliqua ratione in Diœceſi; eiuſq; rationē reddit,eo quod Epiſcopi iuriſdictio non extendit ſe vltra Diœceſim, quæ ratio æqualiter valet. Idem ſentit Henriquez lib.13.de excomm.cap.26. num.2.littera G.in corp. Idem videtur ſentire Palao de leg.tract. 3. diſput. 1. punct.24.§.5.num.18. in fine; dum dicit,quod actio prohibita, & exercita extra territorium ſtatuētis,ſi non lædit ſpecialiter rempublicā ſtatuentis,nullo modo ipſam vitare tenentur ſubditi extra illam.His poſitis.

3 Reſpondeo, quod poteſt cōfeſſarius Neapolitanus abſoluere Neapolitanū, qui caſum reſeruatum commiſit Capuæ,etſi Capuæ reſeruatus ſit. Hæc cōcluſio quoad reſeruationem cum cenſura videtur expreſſa Coninck diſp.13. dub.7. num. 58. in fine, qui etſi velit, quod peccet Peregrinus tranſgreſſor legis loci quo tranſit,tamen nullam vult, quod incurrat cenſuram ex cap. A nobis,de ſent. excom. Quoad reſeruationem tantum apud neminem inueni, (etſi hoc videtur ſentire Bellocchius de caſ.reſer. par.2. q. 10. à num. 10. & tenetur defendere Ioannes Sanchez in ſelect.diſp.54.num.31.)ſed bene deducitur probabiliter ex principijs ſuppoſitis.

4 Probatur,quia hic Neapolitanus cōmittendo tale crimen non fecit contra ſtatutum Neapolitanum; nam extra territorium ius dicenti non paretur impune, & patet ex ſecundo ſuppoſito:nec fecit contra ſtatutum Capuanū, cum ſit peregrinus Capuæ, & peregrinus nō tenetur probabiliter ad ſtatuta loci quo tranſit,vt in 1.ſuppoſito:ergo non eſt reus ſtatuti Neapolitani, nec Capuani; ſed reſeruatio eſt per modū ſtatuti in his ciuitatibus, cum ſit facta in Synodo vt ſæpè diximus:ergo ſtatutum reſeruationis nō eſt læſum ab hoc Neapolitano:ſed quando pœnitens nō eſt reus ſtatuti reſeruationis,poteſt abſolui, vt diximus in prima reſolut. de ignorante:ergo etiam hic poteſt abſolui:igitur hic peregrinus abſolui pōt ab Inferiori, quia peccatum reſeruatum non commiſit.

Nec dicas,quod reſeruatio ſit reſtrictio poteſtatis.

5 Quia iam diximus in prima reſolut. quod eſt reſtrictio,non abſolutè,ſed cū ordine ad pœnitentem: vnde quando pœnitens non eſt reus ſtatuti,tunc non reſtringitur poteſtas. Vide quæ ibi diximus,& inuenies omnes reſolutiones argumentorum,quæ obſtare poſſunt.

6 Confirmatur, quia Capuanus, qui commiſit caſum non reſeruatum Capuæ,& reſeruatum Neapoli,poteſt abſolui à Confeſſario neapolitano inferiori,vt diximus,& latè probauimus in 8.reſolut. ergo poterit etiam Neapolitanus qui commiſit caſum reſeruatum Neapoli,& Capuæ.Conſequentia hæc patet.Nam Neapolitanus,dum eſt Capuæ,habetur vti nō Neapolitanus circa ſtatuta Neapolitana, vt diximus in ſecundo ſuppoſito, & habetur vti non

Capuanus, dum eſt peregrinus, vt in primo ſuppoſito: ergo ratio, quæ procedit circa Capuanum committentem delictum Capuæ, procedit etiam circa Neapolitanum committentem etiam delictum Capuæ; quia Capuanus dum Capuæ deliquit, & ibi delictum non eſt reſeruatũ, eſt veluti Neapolitanus, qui commiſit Capuæ delictum, etſi ſit reſeruatum: nam reſpectu huius Neapolitani reſeruatum non eſt, cum ſit peregrinus.

Aliæ obiectiones, quæ fieri poſſunt, iam ſolutæ remanent in 8. & 9. reſol.

7 Hoc totum intellige, etiam ſi Peregrinus loquatur cũ Monialibus Capuę exiſtentibus, de quibus Archiepiſcopus Capuanus eſt Ordinarius; ſecus vero eſt dicendum de monialibus exiſtentibus in Capuana Diœceſi, & ab Ordinario exemptis: quia in ordine ad iſtas, Ordinarius eſt delegatus à Sede Apoſtolica quoad clauſuram, & conſequẽter quoad locutionem, vt videre eſt in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. vide Fagundez 1. Eccleſiæ præcep. cap. 7. num. 10. & fuſius dicam infra reſolut. 34. notab. 7.

8 Idem etiam eſt dicendum de committente peccata reſeruata intra diœceſim, ſed in loco exempto: ſecundum Henriquez lib. 13. cap. 25. num. 2. hic enim poteſt abſolui à quocumque cõfeſſario inferiori.

SVMMARIVM.

Pœnitens, qui dùm confeſſus eſt cum potente à reſeruatis abſoluere, inculpabiliter eſt oblitus, vel rationabilem habuit cauſam reſeruata non confitendi, à quolibet confeſſario inferiori poteſt abſolui. nu. 1.

Habens caſum reſeruatum, tenetur tantum in ordine ad Eccleſiam abſolutionem per ſe directam ab illo caſu recipere; quam ſi ſemel recepit, amplius recipere non tenetur. num. 2.

Habens caſum reſeruatum ſufficit, ſi ſe ſuperiori præſentet; nec ad ipſum ſpectat præſentationis finem ponere. nu. eod.

Subditus obligatus ad præceptum: non ad finem, ſed ad entitatem præcepti tenetur. nu. eod. & 9.

Ieiunans tempore præcepti ob auaritiam, vel ob alium finem, etſi finem præcepti non aſſequatur, præcepto tamen ſatisfacit. num. eod. & 9.

Duplex Reſeruatorum datur abſolutio: Directa ſcilicet oppoſita Indirectæ: & Implicita, oppoſita explicitæ. nu. 3.

Abſolutio Directa non poteſt ſimul eſſe cum Indirecta; ſicut nec Explicita cum Implicita. num. eod.

Peccata reſeruata, ratione obliuionis, vel ob aliam iuſtam cauſam, non expreſſa in confeſſione ſimul cum non reſeruatis, remanent quidem per ſe directè abſoluta, ſed implicitè. num. eod. & 4.

Intentio ſuperioris circa maiora, præſupponitur etiam circa minora. n. eod.

Ablata cenſura à peccato reſeruato, cenſetur & ablata reſeruatio, ſecundum ConincK. num. eod.

Confeſſarius inferior abſoluens peccata reſeruata, in quæ poteſtatem non habet, confeſſa ſimul cum non reſeruatis, in quæ poteſtatem habet: explicitè quidem ea abſoluit, ſed indirectè nu. eod.

Confeſſioni explicitæ, explicita abſolutio reſpondet; ſicut confeſſioni implicitæ, implicita abſolutio. nu. eod.

Sicut Pœnitens, qui ſuperiori confitetur præſumitur deſiderare à reſeruatis abſolui: ita ſuperior ipſum abſoluendo præſumitur velle ſoluere quantum poteſt, iuxta deſiderium pœnitentis. num. 5.

Pœnitens, dum confitetur, perfectam intentionem habet ſe reconciliandi cum Deo. num. 6.

Abſolutus ab Inferiori à reſeruatis, & non reſeruatis ſimul, quia non fuit directè abſolutus à reſeruatis in ordine ad Eccleſiã, tenetur iterum reſeruata ſuperiori manifeſtare. nu. 7.

Tam peccatum non reſeruatum, quam reſeruatum oblitum, licet ſint implicitè abſoluta, ſunt explicitè à ſacerdote habente iuriſdictionem abſoluenda; quamuis in ordine ad Eccleſiam pro reſeruato, à pœnitente nulla alia ſit petenda abſolutio. nu. 8.

RE-

RESOLVTIO XI.

Quidam confeſſus eſt cum potente abſoluere à reſeruatis, verũ non eſt confeſſus reſeruata, eo quod inculpabiliter illorum eſt oblitus, vel rationabilem habuit cauſam illa non confitendi: An poſſit de illis reſeruatis abſolui à quolibet confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, quòd iſte talis pœnitẽs poteſt abſolui à quolibet confeſſario inferiori à peccatis reſeruatis oblitis. Ita Eminentiſſ. de Lugo de pœnit. diſp. 20. ſect. 7. num. 83. & nu. 116. qui communẽ appellat. ConincK diſp. 8. dub. 12. num. 98. Henriquez lib. 6. c. 16. num. 5. & eſt hæc opinio Gabrielis Adriani, Syluestri, Angeli, Roſellæ, Nauarri, Cani, & Ledeſmæ cit. à Suarez de pœnit. diſp. 31. ſect. 4. à num. 12. etſi oppoſitum ſentiat, ſi nullum reſeruatũ confiteatur, vel ſi ſine intentione recipiendi, vel tribuendi de reſeruatis abſolutionem, ſecus ſi aliqua reſeruata confiteatur, & alia obliuiſcatur. Idem ſẽtit Texeda to. 2. lib. 3. tract. 3. §. 4. cõt. 10. dub. 2. q. 1. n. 102. Pro probatione.

2 Suppono primò, pœnitentem, qui habet caſum reſeruatum, teneri tantũ in ordine ad Eccleſiam recipere abſolutionem per ſe directè à caſu reſeruato; & ſi ſemel eſt de tali caſu per ſe, & directè abſolutus, amplius non teneri ab illo abſolui ex præcepto Eccleſiaſtico. Hoc patet tum ex communiſſima ſententia, quicquid contradicat Vaſquez, quod ſcilicet ſi quis confiteatur vnum reſeruatum, & obliuiſcatur de altero, ab hoc oblito poteſt à quolibet inferiori abſolui. Ita Suarez de pœnit. diſp. 31. ſect. 4. nu. 19. & hoc ideo, quia iam eſt directè ab hoc abſolutus. Tum etiam, quia hic pœnitens tenetur ſe præſentare legitimo ſuperiori, habenti poteſtatem ipſum abſoluendi à tali delicto; quod vero præſentatio habeat finem reſeruationis, ſcilicet, quod ſuperior ſit inſtructus de tali caſu, & quod talis habeat condignam pœnitẽtiam, non ſpectat ad pœnitentem; nam ſubditus nõ tenetur ad finẽ p̃cepti, ſed ad entitatẽ p̃ceptã, vt patet in ieiunãte tẽpore præcepti ob auaritiã, vel ob ſalutẽ corporalẽ; hic .n. ſatisfacit præcepto, etſi præceptum non aſſequatur finem, qui eſt maceratio carnis &c. & ſic de cæteris ſecundum omnes.

3 Suppono ſecundò haberi Abſolutionem reſeruatorum directam, quæ opponitur indirectæ, & Abſolutionem implicitam, quæ opponitur explicitæ. Abſolutio reſeruatorum directa, quæ eſt eadem ac per ſe, non poteſt ſimul eſſe cum abſolutione indirecta, quæ eſt per accidens, ſeu per aliud, cum per ſe opponantur; etſi poſſit eſſe cum abſolutione implicita, vel explicita. Abſolutio verò explicita non poteſt eſſe cum abſolutione implicita, quia per ſe huic opponitur, etſi poſſit eſſe cum abſolutione directa, vel indirecta. Abſoluit directè, & per ſe implicitè, qui habet poteſtatem abſoluendi ab illis reſeruatis, quæ vel ratione ignorantiæ, vel ob rationabilem cauſã pœnitens non eſt confeſſus cum alijs peccatis non reſeruatis; abſoluit enim per ſe directè, & explicitè à confeſſis; à non confeſſis verò abſoluit item per ſe directè, ſed implicitè. Quod abſoluat per ſe directè patet. Nam hæc abſolutio, prout eſt à tali habente poteſtatem abſoluendi ab illis reſeruatis non confeſſis, eſt habilis ad illa abſoluenda, cũ nihil ei deficiat; non poteſtas, vt ſupponimus; non vis in ipſa abſolutione, vt patet: non intentio ab illis abſoluendi; nam hæc intentio manifeſte colligitur. Tum quia ſuperior, etiam ſecundũ Vaſquez, abſoluit directè ab omnibus cenſuris, & per ignorantiam non confeſſis, per abſolutionem generalem, quam præmittit: ergo etiam à reſeruatis ſine cenſura; Maiora enim ſunt crimina, quæ cum cenſuris reſeruantur,

quam quæ ſine cenſura;ſi habemus intentionem ſuperioris circa maiora,cur etiam præſupponenda non eſt circa minora? Nec dicas,quod ab illis auffertur cenſura, & non reſeruatio. Quia ſi directè aufertur cenſura à caſu reſeruato, aufertur etiam reſeruatio, & ſic poteſt deinde talis caſus à quolibet inferiori abſolui, vt bene ConincK de ſacram.diſp.14.dub.16.num. 251. Fagundez 2.Eccl.præcep.lib.8. cap.1.nu. 5. Cum ergo de facto peccata illa reſeruata non confeſſa, ſint per talem abſolutionẽ,& prout eſt à tali miniſtro abſoluta:cõſequẽter ſunt per ſe, & directè abſoluta; nihil enim deficit ad talẽ directam abſolutionem. Quod verò ſint implicitè abſoluta,patet. Nam ſunt implicitè,& non explicitè confeſſa;abſolutio enim correſpondet confeſſioni, vt patet. Abſoluit vero confeſſarius per accidens,ſeu per aliud,indirectè,& explicitè, quando quis abſoluit à peccatis illis, in quæ poteſtatem non habet abſoluendi, ſed quia fuerunt confeſſa à pœnitente cum alijs,in quæ habet poteſtatẽ:ab iſtis.n.abſoluit per ſe directè,& explicitè,ab illis verò abſoluit per accidens,ſeu indirectè,& explicitè. Quod verò hæc abſolutio dicatur indirecta,per accidens, ſeu per aliud, patet. Nam peccata illa ideo ſunt abſoluta, quia hic miniſter,cum habeat poteſtatem ſuper alia non reſeruata e. g. facit ſacramentum. Nam adeſt materia proxima,vt ſupponimus,adeſt remota, & adeſt iuriſdictio ſuper non reſeruata: ergo fit ſacramentum: ergo gratia producitur ex vi abſolutionis horum peccatorum non reſeruatorum; & quia pugnat peccatum cum gratia ſaltem ex poteſtate ordinaria,ideo per talem gratiam remittuntur etiam peccata reſeruata, ſaltem in ordine ad Deum:ergo hæc remittuntur per accidens,ſeu per remiſſionem peccatorum non reſeruatorum. Quod verò ſint explicitè abſoluta,patet. Nam ſunt explicitè confeſſa, & abſolutio confeſſioni reſpondet. His poſitis.

4 Probatur reſponſio. Quia per abſolutionem, quam habuit hic pœnitens à primo confeſſario, fuerunt abſoluta per ſe directè,etſi implicitè,peccata illa reſeruata; vt patet ex ſecundo ſuppoſito;ſed pœnitens,qui habet peccata reſeruata,tenetur recipere abſolutionẽ per ſe in ordine ad Eccleſiam, vt in primo ſuppoſito: ergo hic ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de reſeruatione: ergo illa peccata non remanent amplius reſeruata, & conſequenter poſſunt à quolibet confeſſario inferiori abſolui.

5 Confirmatur primò ab Eminentiſſ. Ioanne de Lugo l. c. num. 96. Quia ſi pœnitens explicitè diceret ſe deſiderare abſolui ab omni vinculo, quantũ fieri poſſet,iam ſuperior præſumeretur velle auferre reſeruationem,vt fatetur Suarez: ſed quando pœnitens confitetur habenti poteſtatem abſoluendi à reſeruatis,deſiderat, & implicitè petit abſolutionem, & remiſſionem maiorẽ, quam habere poſſit; ad hoc enim venit omnis pœnitens ad confeſſarium, vt abſoluatur quantum ſolui poſſit: ergo præſumitur etiam pœnitentiarius velle ſoluere quantum poteſt, iuxta deſiderium pœnitentis; ſi enim pœnitens explicitè hoc peteret, explicitè vtique daret confeſſarius: ergo, quia hoc implicitè petit, etiam implicitè præſumendum eſt, quod detur à confeſſario.ConincK l.c.n.98.in fine.

6 Confirmatur ſecundò,quia hic pœnitens, dum confitetur confeſſario ſuperiori,habet intentionem perfectè ſe reconciliandi cum Deo,& confeſſarius habet etiam intentionem perfectè reconciliandi hunc pœnitentem cum Deo, & cum hac voluntate abſolutionem impendit: ſed ad hanc perfectam reconciliationem cum Deo requiritur abſolutio per ſe,etiam peccatorum implicitorum: ergo hæc fuit data à tali confeſſario:ergo fuit ablata reſeruatio, & conſequenter à quolibet abſolui poſſunt.

7 Confirmatur tertiò, quia qui confitetur peccata reſeruata, & non reſeruata

uata confeſſario inferiori,ideo tenetur iterum confiteri peccata reſeruata, quia ab illis non fuit directè abſolutus in ordine ad Eccleſiam,vt diximus in reſol. 7. Sed hic fuit directè abſolutus ab habente poteſtatem:ergo non tenetur in ordine ad Eccleſiã amplius confiteri,etſi teneatur ex pręcepto diuino, quia tenetur omnia ſua peccata explicitè confiteri; ſed ex præcepto diuino nullam habet reſeruationem, cum hæc ſit ex præcepto Eccleſiaſtico: ergo poteſt cuilibet inferiori confeſſario illa confiteri.

Dices,ergo tale peccatum reſeruatũ poterit à quolibet ſacerdote inferiori abſolui, etiam ſi iuriſdictionem non habeat ab Ordinario. Hæc conſequentia patet,quia in ordine ad Eccleſiam ad nihil aliud tenetur: ergo abſolutio huius peccati amplius non indiget iuriſdictione Eccleſiaſtica.

8 Reſpondeo negando conſequentiã. Nam peccatum reſeruatũ non fit melioris conditionis ex ablatione reſeruationis peccato non reſeruato oblito; ſi enim peccatum non reſeruatum oblitum non poteſt ſacerdos ſine iuriſdictione abſoluere: ergo neque per ablationem reſeruationis; Sicut enim dicimus, quod peccata oblita non reſeruata, etſi implicitè,tamen per ſe abſoluta in ſacramento pœnitentiæ,ſunt abſoluenda explicitè ab habente iuriſdictionem, quicquid in contrarium dicat Valerus.Sic etiam dicere debemus de peccatis reſeruatis implicitè confeſſis, & abſolutis per ſe, & directè,etſi ab illis ſit ablata reſeruatio. Pœnitens enim ad nihil aliud tenetur in ordine ad Eccleſiam quoad reſeruationem, quãuis quoad abſolutionẽ culpæ, quæ habet reſeruationem, teneatur accedere ad habentem iuriſdictionem abſoluendi à tali culpa.

Nec dicas ſecundò, quia ſic fruſtraretur finis reſeruationis,qui eſt bonum commune, vel pœna delicti, & remedium,& pœnitentiam proportionatam imponere.

9 Quia contra eſt: Nam ſubditus non tenetur ad finem legis,ſeu pręcepti,ſed tenetur tantum ad entitatem legis,ſeu præcepti, vt optimè probat Salas de legibus q.95.tract.14.diſp. 9. num.37. circa finem; qui enim die ieiunij ieiunaret non ad carnem macerandam,ſed ad vires corporales acquirendas, præcepto ſatisfaceret, etſi finem præcepti non adimpleret.

SVMMARIVM.

Abſolutus ab Inferiori,à caſibus reſeruatis ſine cenſura, ratione neceſſitatis:non tenetur ſe præſentare ſuperiori.nu.1.

Excommunicatus excommunicatione reſeruata, ſed non denunciatus, abſolutus ab Inferiori, ratione periculi, vel articuli mortis: ſi ceſſante periculo, vel articulo mortis,non habet cui ſatisfaciat,non tenetur ſe præſentare ſuperiori.nu.2.

In articulo mortis, omnis reſeruatio ceſſat. num.3.

Excommunicatus denunciatus, abſolutus ab Inferiori ob imminentis mortis articulũ, vel aliud legitimum impedimentum:ſi ceſſante periculo, vel impedimento,contempſerit ſe præſentare ſuperiori, in eandem ſententiam reincidit.nu.4.

Excommunicatus abſolutus per Inferiorem ab excommunicatione non reſeruata, non tenetur ſe præſentare ſuperiori.nu.5.

Excommunicatus excommunicatione reſeruata, bona fide accedens ad confeſſarium inferiorem,& ab eodem abſolutus:etſi non teneatur iterum confiteri, tenetur tamen ſuperiori ſe præſentare pro abſolutione à cenſura; cùm non fuerit ab ipſa ſolutus. num.6.

Excommunicatus fruſtra ſuperiori ſe præſentaret,ſatisfacta parte.nu.7.

Excommunicatus tunc habet præceptum ſe præſentandi,quando cenſura eſt in ſua reſeruatione; at quando non adeſt reſeruatio,nec præceptum adeſt.nu.8.

Abſolutus per Inferiorem, ab excommunicatione pro violenta manuum iniectione in clericos,ratione periculi, vel articuli mortis:ceſſante periculo, vel articulo,non tenetur

netur ſe præſentare ſuperiori. Secus verò dicendum eſt de abſoluto ab eadem excommunicatione, ob alia legitima impedimenta; nam ceſſantibus impedimentis ſe præſentare tenetur. nu. 9.

Tridentinum referens Ius antiquum, quod ſ. ceſſet reſeruatio in articulo mortis, & non faciens mentionem de onere pœnitentis ſe præſentandi, videtur illud in hac parte corrigere. nu. 11.

Depopulatores agrorum, ſiue Nocturni, ſiue Diurni Eccleſiaſtica non gaudent immunitate. nu. eod.

Pontifex certioratus de aliqua opinione probabili, & non præcipiens illam expurgari, relinquit eam in ſua probabilitate. nu. 12.

Ratihabitio de præſenti, æquiualet licentiæ expreſſæ. num. eod.

RESOLVTIO XII.

An excommunicatus excommunicatione reſeruata, ſed non denunciatus, abſolutus à confeſſario inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, ſi à periculo, vel articulo exeat, teneatur ſe præſentare ſuperiori, ſi non habeat cui ſatisfaciat?

1 HIc non loquimur de abſolutis ratione neceſſitatis, à caſibus reſeruatis ſine cenſura; nam hi non tenẽtur ſe præſentare. Ita Suarez de pœnit. diſp. 30. ſect. 3. num. 6. Coriolan. de caſ. reſer. par. 1. ſect. 2. art. 16. nu. 9. in fine. Dian. 4. p. tract. 4. reſol. 199. & 5. p. tract. 3. reſol. 66. verſ. Notandum &c. qui citat Sãctoriũ de caſibus papalibus cap. 13. num. 147. Guilielmum Mercerum in 3. par. D. Thom. q. 9. art. 6. & alios apud ipſum. Sed loquimur de abſolutis à cenſura reſeruata, ratione infirmitatis, ſeu articuli, vel periculi mortis.

2 Reſpondeo igitur, quòd hic talis, abſolutus à tali confeſſario inferiori, non tenetur iterum ſe præſentare, ſi non habeat cui ſatisfaciat. Ita Nauar. in ſum. c. 26. n. 26. verſ. An aũt &c. his verbis. An aũt qui abſoluitur à peccato reſeruato, vel ab excõicatione reſeruata in articulo mortis ab eo, q nõ poterat de Iure id facere, teneatur iterũ confiteri, vel abſolui: quæſtio quotidiana eſt. Ad quam dico breuiter, quod non. Tum quia peccata ſemel confeſſa, & abſoluta legitimè, nõ sũt iterũ confitẽda &c. Tum quia omnis reſeruatio ceſſat in articulo mortis, vt habet præfatũ concilium &c. Tum quia licet excommunicatus abſolutus in articulo mortis, teneatur parere mandatis excommunicatoris, per Cap. Eos qui, de ſent. excom. in 6. non tamen tenetur quærere abſolutionem. Nec obſtat, quod excommunicatus reincidat in eandem excommunicationem, ſi non paruerit mandatis excommunicatoris, quam citò commodè potuerit, per dictum cap. eos &c. Tum quia non eſt idem de confeſſo peccata reſeruata &c. Tum quia aliud eſt teneri ad abſolutionem quærendam, aliud reincidere in excõmunicationem, ſi non paruerit. Tum quia non videtur teneri ad parendum iudici, ſi cum parte concordauerit, vel alias ſatisfecerit tantum, quantum debet coram Deo; quia mens præfati cap. eos &c. illa videtur eſſe, quæ magis eſt attendenda, quam verba, præſertim in foro conſcientiæ, cap. pen. de reg. iur. in 6. l. in condit. ff. de cond. & demonſtr. Hæc Nauar. ibi. Idem ſentiunt Millardus in ſumma Parochorũ de pœnit. cap. 97. num. 10. Cœleſtinus in compend. theol. moral. tract. 1. cap. 7. num. 3. teſte Diana 5. p. tract. 14. reſol. 59. Idem ſentit Texeda tom. 2. lib. 3. tract. 3. §. 4. cõtr. x. dub. 2. q. 2. n. 136. his verbis. Dubium tamen conſideratione dignum poteſt eſſe, An dùm quis in mortis articulo abſoluitur à reſeruatis, & cenſuris reſeruatis, ſi fortè non moriatur, teneatur illa crimina reſeruata, & cenſuras, iterum confiteri legitimo ſuperiori? Dico tamen ad id non teneri. Ita docent Abul.

in

in Matt.cap.16.quæſt.54.col.vlt.Sotus in 4.diſt.18.quæſt.2.art.9. &c. Diſtinguit tamen hic auctor Periculum, ab Articulo mortis: & putat Articulũ eſſe illum, à quo rarò euadit mortem, qui in eo inuenitur: Periculum vero eſſe illud, in quo conſtitutus ſolet aliquando mori, ſed non ſemper; Et ſic dicit, quod in articulo mortis conſtitutus, poteſt à quolibet ſacerdote abſolui: non vero in perlculo &c.

3 Probatur primò reſponſio ex Concil.Trid.ſeſſ.14.cap. 7. vbi hæc habet: In eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſēper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis. Atque ideo omnes ſacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt &c. Si ergo abſolutus à caſibus reſeruatis, non tenetur adire ſuperiorem, ſecundum communiſſimam ſententiam: ergo neque abſolutus à cenſura reſeruata; ſicut enim ceſſat reſeruatio à caſu, ita à cenſura per hæc verba Concilij.

Nec dicas, quod de excommunicatione habemus textum expreſſum in cap. eos qui, de ſent.excomm.in 6. At de reſeruatione, nullum habemus locum, hoc præcipientem.

4 Quia contra eſt. Nam textus ille, meo iudicio loquitur cum excommunicatis deductis in foro fori, non vero de non denunciatis. Verba text. hæc ſunt: Eos qui à ſententia Canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo alias de iure fuerant abſoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro abſolutionis beneficio habere recurſum) ab alio abſoluuntur &c. ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento huiuſmodi, ſe illi, à quo his ceſſantibus, abſolui debebant, quã citò commodè poterunt, contempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quibus excommunicati fuerunt, humiliter recepturi, & ſatisfactum prout iuſtitia ſuadebit: Decernimus (ne ſic cenſuræ illudantur Eccleſiaſticæ) in eandem ſententiam recidere, ipſo iure &c. Vbi nota illa verba: Se illi, à quo his ceſſantibus abſolui debebant. Non dixit ſine his, neque ante hæc, ſed his ceſſantibus: ergo loquitur cum illis tantum, qui abſoluti in mortis articulo, debent abſolui à ſuperiore excommunicatore; Sed hi ſunt tantum deducti, ſeu denunciati excõmunicati. Hi enim abſoluti, ratione periculi in foro conſcientiæ, debent à ſuperiore abſolui tranſacto periculo, in foro fori, vt patet: ergo cum his tantũ loquitur, & nõ cum excommunicatis, & non deductis. Niſi velis dicere cum Millardo l.c. hoc onus ſe præſentandi coram ſuperiore, non amplius habere locum poſt Concilium Trid. & ſic ceſſare ex vi verborum Concilij, cum nulla ſit reſeruatio.

5 Confirmatur primò. Nam ſi alicui delicto eſſet excommunicatio annexa, & nulli eſſet reſeruata: ſi abſolueretur à confeſſario inferiori talis excommunicatus, non teneretur ſe præſentare ſuperiori, vt patet; Sed in articulo, vel periculo mortis nulla eſt reſeruatio, ex Trid. ergo abſolutus à tali cenſura, eſt abſolutus à cenſura ſine vlla reſeruatione: & conſequenter non tenetur ſe præſentare.

6 Confirmatur ſecundò, quia ſi cenſura reſeruata vigeret, & excommunicatus tali excommunicatione accederet bona fide ad confeſſarium, non habentem poteſtatem abſoluendi ab illa, non teneretur iterum confiteri, vt diximus in 4. reſolut. huius tractatus, ſed teneretur tantum ſe præſentare ſuperiori, pro abſolutione à cenſura illa: ergo, quia tempore infirmitatis cenſura eſt ſine reſeruatione, ex Concil.Trid. conſequenter abſolutus à tali cenſura non tenetur ſe præſentare; tenetur enim pœnitens in primo caſu, quia cenſura eſt reſeruata, & non abſoluta: ergo quia tempore infirmitatis reſeruata non eſt, non tenetur.

7 Confirmatur tertiò, quia quando parti ſatisfactum eſt, non eſt quid præcipiat

cipiat Epiſcopus; tunc enim illa præſentatio eſſet fruſtratoria:cùm ſit iam adæquatus finis huius præſentationis.

Nec dicas, cum Suarez de pœnit. diſt.30.ſect. 3. num. 6. quod licet finis præcepti ceſſet, non tamen ceſſat præceptum.

8 Quia contra eſt. Nam præceptum ſe præſentandi eſt tantũ in cenſura, dùm eſt in ſua reſeruatione, & quando reſeruata non eſt, tunc neque præceptũ adeſt: At quia in articulo mortis nulla cenſura eſt reſeruata,cõſequenter nulla cenſura facit præceptum pœnitenti, vt ſe præſentet ſuperiori; Cum ergo præceptum, ſeu entitas præcepti, quæ eſt reſeruatio,ceſſet, etiam præceptum ipſum ceſſare debet. Non ergo finis præcepti,ſed præceptũ ipſum eſt,quod ceſſat in caſu noſtro.

Nec dicas cum eodem,quia finis ille non eſt adæquatus: Nam ipſummet onus comparendi,eſt quaſi pars pœnæ ab Eccleſia impoſitæ &c.

Quia contra eſt. Nam vt dixi non ceſſat finis præcepti, ſed præceptum comparendi; & cum nulla ſit reſeruatio, nullum eſt præceptum comparendi.

9 Nec obſtat Cap. De cætero de ſent. excom. Quia Cap. de cætero &c. nõ loquitur de excommunicatione tempore mortis, ſeu in periculo mortis. Verba enim textus hæc ſunt: De cætero noueris, quod ſi quis pro violenta manuum iniectione in clericũ, eſt vinculo excommunicationis adſtrictus, ſi habens capitales inimicitias, vel alias iuſtas excuſationes,quibus ab itinere rationabiliter excuſatur &c.

Immò idem Alexander 3.in cap.Nõ dubium de ſent.excomm.loquens de percuſſore clericorum, conſtituto in articulo mortis,& abſoluto,nullam facit mentionem de tali obligatione. Verba enim tex.ſunt hæc: Non dubiũ eſt, quod hi qui violentas manus in clericos,vel Canonicos,aut cuiuslibet religionis Conuerſos injiciunt, ex cõſtitutione Concilij ſententiam excommunicationis incurrunt:nec niſi in articulo mortis ſine Rom. Pont. abſolutionis poſſunt beneficium impetrare. Cùm ergo Alexand. 3. quando loquitur de excommunicatis ex can. ſi quis ſuadente diabolo,& abſolutis ob iuſta impedimenta, imponat obligationem ſe præſentandi ad Rom. Pont. quando vero loquitur de ijſdem abſolutis, ob periculum mortis, nullam faciat mentionem de tali præſentatione:dicendũ eſt conſequenter, quod in periculo mortis reſeruatio excommunicationis ceſſat,ita vt nulla prorſus ſit, & ſic abſolubilis abſolutè à quolibet ſacerdote,iuxta Concilium Trid.vt dixi.

Nec obſtat Cap.ea noſcitur, & cap. quamuis, & cap. quod de his,de ſent. excom. & Extrauag. Inter cuncta,de priuilegijs.

10 Quia iſti Canones non vigent quoad abſolutos in periculo mortis, etſi vigeant quoad alios,alia ratione abſolutos:vt patet per dictum Concilium Trid.dum dicit l.c.in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis &c. & Concil. mouetur, vt in poſtilla eiuſdẽ Concilij,ex Cap.fœlicis de pœnis in 6. & ex cap.Paſtoralis,§.præterea,de officio Iud.ordin.& ex Clem.cupientes,§. ſanè,de pœnis.In quibus textibus nulla ſit mentio de tali obligatione: Cùm ergo Concilium dicat,quòd in articulo mortis nulla ſit reſeruatio, fundatũ in his textibus, in quibus non eſt talis obligatio ſe præſentandi: dicendum erit, quod illi Canones quoad hanc partem iam ceſſarunt.

11 Vel dic,& melius; quòd dùm Concilium Trid. refert ius antiquum quòd ceſſet reſeruatio, & non facit mentionem de obligatione pœnitẽtis ſe præſentandi: ſignum eſt,quod correxit Ius antiquum, quoad hanc partem. Sicut dicunt DD.infra citandi, quòd Depopulatores agrorum diurni,non gaudẽt immunitate Eccleſiaſtica: licet in cap. inter alia de immun. Eccleſ. fiat tantũ mẽtio de Depopulatoribus nocturnis;

&

& rationem aſſignant, nam Gregorius XIV. in ſua bulla verbum illud (Nocturnus) ademit, & abſolutè dixit, Depopulatores. Sic ſentiunt Barb. de Iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 87. Farinac. de immun. Eccleſ. cap. 11. num. 261. Ambroſinus de immunit. cap. 4. nu. 5. Bonac. tom. 2. diſp. 3. q. 7. puncto 6. §. 1. num. 5. Ita ergo (dico ego) à pari, dùm Concilium Trid. refert ius antiquum, de ceſſatione reſeruationis tempore mortis, & nullam facit mentionem de obligatione pœnitentis ſe præſentandi corã ſuperiore, ſignum eſt, quòd correxit Ius antiquum, quoad hanc partem.

12 Addo quòd, dùm hæc opinio noſtra, quæ eſt Nauarri, Millardi, & Cœleſtini, non eſt expurgata, & Pontifex eſt de hac opinione certioratus, & eã nõ præcipit expurgari: ſignum eſt quòd relinquit eam in ſua probabilitate, & vti probabilem admittit. Habemus enim ratihabitionem de præſenti, quæ æquiualet licentiæ expreſſæ. Ita ſentiũt Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 22. num. 64. & diſp. 35. num. 20. Lopez in rubr. de donat. §. 68. num. 27. Corſet. in ſuis ſingularibus, littera L. ver. Licentia. Roſella verb. Confeſſio ſacramentalis 3. num. 31. Sylu. verb. Confeſſor 1. q. 6. in fine, & q. 15. Caiet. in ſumm. ver. Abſolutio ex parte abſoluentis. verſ. Licẽtia &c. Tabiena ver. Abſolutio. nu. 42. Armilla eod. ver. num. 17. Vict. in ſum. de confeſſ. Q. de multiplici licentia alieno facienda, à verſ. Corollariè ſequitur ex dictis &c. Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 4. ar. 3. verſ. circa conceſſiones &c. Gabriel in 4. diſt. 17. q. 2. dub. 2. in fine. Nauarr. in ſum. cap. 9. num. 6. Vaſquez de pœnit. q. 35. ar. 2. dub. 2. num. 5. Bonac. de ſacram. diſp. 5. q. 7. puncto 4. §. 1. & de elargit. mun. diſp. 3. puncto 6. num. 11. & 12. Suarez de pœnit. diſp. 27. ſect. 6. in prima aſſertione. Baſilius Pontius lib. 5. de matr. cap. 29. num. 1. Filluccius tom. 1. tract. 10. cap. 6. num. 219.

SVMMARIVM.

Pænitentiarij poſſunt pænitentes abſoluere ab excommunicatione, extra ſacramentum pænitentiæ. num. 1.

Materia ſacramenti pænitentiæ, eſt tantum peccati culpa. nu. 2.

Excommunicatio, etſi culpam ſupponat, in ſe tamen culpa non eſt, ſed pæna; & vt pæna, ex natura ſua non petit abſolui in ſacramento pænitentiæ. nu. 3.

Excommunicatus non eſt capax ſacramenti pænitentiæ, antequam à cenſura abſoluatur: ex præcepto Eccleſiæ de non accedendo ad ſacramenta. nu. eod.

Facultas, data Pænitentiarijs abſoluendi à caſibus, & cenſuris, eſt conceſſa disiunctiuè, non copulatiuè à caſibus cum cenſuris. num. 4.

Priuilegium à Principe conceſſum, interpetrari debet ſecundum naturam rei, quæ conceditur, nu. 5.

Abſolutio cenſuræ, non pendet ab abſolutione peccatorum. nu. eod.

Poteſt quis vti facultate ſibi conceſſa, quoad aliquid, & non quoad totum: quando ipſa facultas in ſe diuiſionem patitur. nu 6.

Abſolutus ab excommunicatione per Pænitentiarium extra confeſſionem, eſt quidem abſolutus in foro conſcientiæ, licet non ſit abſolutus in foro fori. nu. 7.

Facultas conceſſa per Ablatiuum abſolutum, conditionem importat. nu. 8.

Clauſula, in facultate, vel priuilegio poſita, ad omnia præcedentia refertur; quando omnium præcedentium, eadem eſt ratio. num. 9.

Abſolutus ab excommunicatione extra confeſſionem à Pænitentiario, abſolui poteſt à quocumque confeſſario, à peccato, in quo fundata erat cenſura reſeruata. nu. 10.

Incidens in caſum reſeruatum cum cenſura, inuincibiliter ignorans reſeruationem, & cenſuram; etſi in cenſuram non incurrat, incidit tamen, ſecundum Merollam, in reſeruationem: ſi reſeruatio ſit facta ab Epiſcopo; ſecus ſi ſit facta à Pontifice. nu. eodem.

RESOLVTIO XIII.

Vtrùm Pœnitentiarij poſſint abſoluere pœnitentes ab excommunicatione, extra confeſſionem?

1 RESpondeo, quod poſſunt Pœnitentiarij pœnitentes abſoluere ab excommunicatione extra ſacramẽtum pœnitentiæ. Ita Auila de cenſuris p.2.cap.7.diſp.3.dub. 13. Sanchez de matrim.lib.8.diſp. 34. num. 30. & in ſumma lib.4.cap.54. nu. 16. ConincK de ſacram.diſp.14.dub.16.à num.251. Layman lib.5.tract.6.cap.10. num. 21. qui citat Nauarrum lib.5.conſil. 11.n. 2.de priuil.edit.2. Heuriquez lib. 7. c. 13.num.2. & cap.30.nu. 6. Rodtiquez quæſt.61.ar.7.Suarez de leg.lib.8.cap. 6.num.15.& 16. Tamburrinus de Iure Abbatum tom.2.diſp.19.quæſt.2.num. 5. Villalobos in ſumma tom. 2. tract. 34.difficult.29.num.7. hoc idem ſentire debet Diana 3.p.tract.2. reſol. 9. & 4.p.tract.4.reſol.8. & 5.p.tract.9.reſol. 4.Pro probatione.

2 Suppono primò, materiam ſacramẽti pœnitentiæ eſſe tantùm culpam, ſeu peccatum quoad culpam. Ita omnes DD.catholici cũ D. Thom.3. p. quæſt. 84.art.2.

3 Suppono ſecundò, Excommunicationem eſſe pœnam eccleſiaſticam, quæ, etſi culpã ſupponat,tñ nullo modo in ſe culpa eſt, vt patet; et cum ſit pœna,& non culpa, nõ poteſt eſſe materia ſacramenti pœnitentiæ: ita vt quantum eſt ex natura excommunicationis,ipſa nullo modo petat abſolui in ſacramento pænitentiæ,quod pro materia habet culpam tantum, vt dixi. Vnde licet aliquando ſit delegata facultas abſoluendi à cenſura in ſacramento pœnitentiæ, hoc fit ex ſpeciali delegatione, & non ex vi cenſuræ: et tunc nunquam in ſacramento remittitur, ſed antequam ſacramentum fiat; cum non ſit licitè capax excommunicatus ſacramenti pœnitentiæ, antequã à cenſura abſoluatur. Habet enim præceptum non accedendi ad ſacramentum pœnitentiæ, dum eſt irretitus cenſura;& hoc ſecundum omnes DD. His poſitis.

4 Probatur noſtra reſponſio. Quia Pœnitentiarij habent poteſtatem abſoluẽdi à peccatis,& cenſuris;ſed peccata tantum ſunt materia ſacramenti pœnitentiæ,& non cenſura, vt patet in primo, & ſecundo ſuppoſito:ergo poſſunt Pœnitentiarij à peccatis in confeſſione,& à cenſuris extra confeſſionẽ abſoluere.Hoc .n.petit cẽſura de natura ſua &c.Maior patet ex pagella, pœnitẽtiarijs ab Archiepiſcopo noſtro expedita,his præciſis verbis. Dilecto nobis &c. Confeſſario à nobis approbato licentiam concedimus, & facultatẽ abſoluendi omnes Chriſti fideles vtriuſque ſexus, ad te accedentes &c. ab infraſcriptis caſibus nobis &c. reſeruatis &c. in eorum tamen confeſſionibus ſacramentalibus &c.Cum ergo facultas prædicta ſit data ad abſoluendũ fideles à caſibus, & cenſuris,& non à caſibus cum cenſuris: conſequẽter habent hanc poteſtatem Pœnitentiarij, ſub diſiunctione, in ordine ad abſolutionem.

5 Confirmatur primò à Layman l. c. Quia priuilegium, ſeu gratia à principe data, interpetranda eſt ſecundum naturam rei, quæ conceditur; Atqui abſolutio ab excommunicatione aliàuè cenſura, non dependet à peccatis: poteſt .n. aliquis abſolui à cenſuris in conſcientiæ foro,vt interim non abſoluatur à peccatis:quomodo certum eſſe, ait Auila, Parochos ab excommunicatione non reſeruata abſoluere poſſe: ergo &c.Hæc Layman.

6 Confirmatur ſecundò.Quia quando, alicui conceſſa eſt aliqua facultas, quæ diuiſionem patitur,tunc poteſt talis vti tali facultate quoad aliquid, & non quoad totum; ſed ita eſſet in caſu noſtro:ergo &c.

Nec

Nec dicas primò, quod in caſu noſtro videatur conceſſa facultas abſoluendi, ſolum quoad forum internum, non verò quoad forum externum; ſed ſi talis Pœnitentiarius poſſet abſoluere extra confeſſionem, abſolueret externè: ergo &c.

Quia contra hoc, eſt Auila de cenſuris p.2.c.7.diſp.3.dub.13.his verbis. Ad tertiam confirmationẽ Reſpõdeo, longè deuiare à veritate quoſdam Theologos, putantes idem eſſe dicere in foro conſcientiæ tantum, & intra confeſſionem; Nam prima verba ſolum ſignificant, quod talis abſolutio nõ prodeſt in foro externo, vt docent multi viri docti, & Nauar. lib.5.conſil. de ſent. excom: conſil. 15. ad ſecundam quæſtionem: & probat, nam ſtylus Curiæ Romanæ habet, vt aliqui pœnitẽtiarij abſoluant ſine litteris, à cenſuris extra confeſſionem, per poteſtatem ijs datã à ſummo Pœnitentiario, ad abſoluendum in foro cõſcientiæ &c. vnde ſubdit ConincK l.c.num.252. longè aliud eſſe, hanc poteſtatem ſolum dari pro ſolo foro conſcientiæ, aliud verò non poſſe exerceri, niſi in foro conſcientiæ: nulla enim eſt inter hæc conſequentia. Itaque poterit pœnitentiarius abſoluere extra confeſſionem à cenſuris, etſi talis abſolutio pœnitenti non proſit in foro fori.

Nec dicas ſecundò quòd, dùm Epiſcopus eligit pœnitentiarios, ad excipiendas confeſſiones, & vt à peccatis abſoluant, implicitè, & ex circumſtãtijs videatur reſtricta facultas, vt abſoluant intra confeſſionem, & non extra.

8 Quia contra eſt. Nam facultas pœnitentiarijs conceſſa, non eſt conceſſa per Ablatiuum abſolutum, nempè, Auditis eorum confeſſionibus; tunc enim importaret conditionem. l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtr. Sanchez de matr. lib.3.cap.5. nu. 2. circa medium; at eſt conceſſa per illa verba: In eorum tamen confeſſionibus ſacramentalibus &c. Quæ verba referuntur ad peccata reſeruata abſoluenda, non verò ad cẽſuras: vt optimè Sanchez de matrim. lib.8.cap.34. num. 30. & Auila l.c. Ita vt abſoluere non poſſint à peccato reſeruato extra confeſſionem, etſi à cenſura poſſint.

Nec valet dicere, quod ly, In eorum tamen confeſſionibus, ſit clauſula; & clauſula in quacumque diſpoſitionis parte ponatur, ſemper refertur ad omnia contenta in illa. cap. ſecundo requiris de appellat. & cùm in pagella pœnitentiarij ponãtur in fine hæc verba: Licentiam concedimus &c. abſoluendi &c. ab infraſcriptis caſibus, & cenſuris &c. in eorum tamen cõfeſſionibus ſacramentalibus &c. conſequenter clauſula eſt referenda ad omnia præcedentia, & ſic ad peccata, & ad cenſuras.

9 Quia contra eſt. Nam regula, quod clauſula ſit referenda ad omnia præcedẽtia, vera eſt, quando omnium præcedentium eadem eſt ratio: vt citato Bartolo; & alijs, tradunt Menochius de præſumpt. lib.4. præſumpt. 81. num.2. Nauar. lib. 5. conſil. titulo de Simonia conſil. mihi 92. num. 4. etſi in alijs impreſſionibus conſil. 34. nu.4.

Nec dicas tertiò, quòd licet abſoluatur à pœnitentiario extra confeſſionem à cenſura, adhuc caſus remaneat reſeruatus; cum ſit reſeruatio Epiſcopi, qui cum cenſura, & ſine reſeruat, ſecundum Merollam diſp.1.cap.2. num. 642.

10 Quia ad hoc Reſpondent Eminẽtiſſ. de Lugo de pœnit. diſp.20. ſect.2. num. 23. Fagundez 2. Eccleſ. præcep. lib.8. cap.1. num.5. Coninck l.c. num.251. dicentes quod ſi per pœnitentiarium quis abſoluatur à cenſura, põt deinde abſolui à quocũq; cõfeſſario à peccato, in quo cẽſura erat fũdata. Et hoc patet euidenti ratione; Quia vel reſeruatio, eſt lata in pœnam delicti, vel eſt ad finem medendi delictis grauioribus. Si in pœnam, pœnitens iam illam ſoluit, dum ſe præſentat habenti poteſtatem. Si ad finem medendi, & cum caſus ſit

pœnitentiario notificatus,poteſt ſuperior remedium opportunum præſtare. Cum ergo ſit adæquatus finis reſeruationis,amplius lex, ſeu ſtatutum reſeruationis vigere non debet.

Nec hæc doctrina pugnat cum doctrina Merollæ l. c. dum Merolla dicit tantum,Quod ſi quis incidit in caſum reſeruatum cum cenſura,inuincibiliter ignorans reſeruationem,& cenſuram, hic, etſi in cenſuram non incurrat,incidit tamen in reſeruationẽ,ſi ab Epiſcopo reſeruatio ſit facta;ſecus dicendum eſt,ſi reſeruatio ſit à Pontifice. Quod an verum ſit, iam diximus cum Henriquez, & alijs in prima reſolutione huius tractatus.

SVMMARIVM.

*Diuinatio, quæ eſt ſpecies ſuperſtitionis, quæ ſignis, & verbis extrinſecis perficitur, quia ſe extendit ad præterita,præſentia,& futura occulta, conuenit cum Prophetia:at ab hac differt, quia Diuinatio pendet ab ope Dæmonis, Prophetia verò a Deo infũditur; ſicut differt etiam à naturali coniectura, quæ naſcitur ex diſciplina, & obſeruatione humana.nu.*1.

*In Diuinatione petitur à Dæmone inſtructio, quæ à ſolo Deo haberi poteſt.nu.*2.

*Explicantur materiæ in quibus fieri poteſt Diuinatio.nu.*3.

*Si Diuinatio fiat cum abuſu ſacramentaliũ, vel Sãctiſſimi Sacramenti, caſus eſt reſeruatus, & non poteſt abſolui à confeſſario inferiori; ſecus verò ſi ſine tali abuſu fiat. num.*4.

*In corpore Iuris ſunt nonnullæ excommunicationes contra Diuinatores. An ſint ferẽdæ, vel latæ ſententiæ, diſcrepant DD. num.*5.

*Sortilegium,quod eſt omnino occultorum pronunciatio ex pacto habito cum Dæmone, aliquando pro omni magica ſuperſtitione ſumitur;in caſu tamen noſtro preſsè, & in ſpecifica ſignificatione deſumitur.nu.*6.

Sermo vniuerſalis poſtremo loco prolatus,recipit limitationem à ſpecie antecedenter prolata.nu.eod.

*Sortilegium eſt triplex,Diuinatorium, Diuiſorium,& Conſultorium.nu.*7.

Sortilegium factum cum abuſu ſacramentorum habet ſpecialem malitiam ſacrilegij, & ſapit manifeſtam hæreſim.nu. 8.

Abuſus Hoſtiæ non conſecratæ, dummodo ſuper eam ſit celebrata Miſſa, vel ſacramẽtalium,vel verborum ſacrorum, vt Euangelij,ſymboli Apoſtolici,Orationis Dominicalis, Salutationis Angelicæ, Pſalmorum, aut aliorum verborum Sacræ Scripturæ, aut Imaginum, aut Agni Dei, vel Veſtiũ ſacerdotaliũ, & ſecundum aliquos, Reliquiarum Sanctorum,ſapit manifeſtam hæreſim.nu.eod.

*Veneficium eſt aliquid fabricatum arte Dæmonum ad nocendum alijs in bonis, vel Animæ,vel Corporis,vel famæ, vel fortunæ;& eſt ſpecies ſubalterna ſuperſtitionis, & ſpecies ſpecialiſſima maleficij. nu.*9.

*Abuti eſt vti re contra naturam,& finem ipſius rei.num.*10.

Sacerdos ſcienter vngens moribundum Oleo Chriſmatis,licet peccet mortaliter, ſacramentum tamen efficit, & non incidit in caſum noſtrum.nu.eod.

Abuſio Euchariſtiæ, vel ſacramentalium pro aliquo fine optimo non includitur in caſu noſtro.nu.eod.

*Res conſecrata differt à re benedicta,quia illa eſt vncta Chriſmate, non verò res benedicta.nu.*11.

*Verbum,Abuti per alium, comprehendit Mãdãtes,& Præcipientes, Mãdatarios, & eos quibus eſt præceptum impoſitum.nu.*12.

*Dictio,Seu, vel Siue,idem est ac,Vel,quæ ſiãt diſiunctiuè; differunt tamen inter ſe Vel, Aut, Seu; Nam Vel, & Aut propriè ſunt diſiunctiuæ, & diſtinguunt terminos quoad verba,& quoad ſenſum verborum, & ſic verificatur ſenſus alternatiuè, ideſt, vel in vno,vel in alio. Seu verò diſtinguit ſenſum verborum, etſi quoad verba copulet terminos.nu.*13.

*Qui dat ad malum finem ſacramentalia incidit in caſum noſtrum; etſi qui recipit, non recipiat ad talem finem.nu.*14.

*Et è contra qui recipit ad malum finem incidit in caſum noſtrum, licet qui dat,nõ det ad malum finem.nu.*15.

Qui

Qui furatur ſacramentum, vel rem ſacratã ad malum finem, quamuis rem ſtatim reponat, incidit in caſum noſtrum.nu.16.
Qui per vim, & metum dat ſacramentalia non incidit in caſum noſtrum.nu.17.
Deſcribuntur pœnæ impoſitæ à Iure contra Diuinatores, Sortilegos, & Veneficos.n.18.

RESOLVTIO XIV.

Si in aliqua Diœceſi fieret reſeruatio his verbis. Omnes qui per ſe, vel per alium de Sanctiſſimo Altaris Sacramento, Chriſmate, Oleo Sancto, ſiue quacumque re conſecrata ad diuinationes, veneficia, ſortilegia, ſiue ad alios illicitos vſus quocumque modo abutantur. Aut qui alicui daret ſiue reciperet de Sanctiſſimo Sacramento, aut ſacramentalibus prædictis ob fines ſupradictos, etſi dictus abuſus reipſa nõ ſequatur ſint ipſo facto excommunicati. Quomodo eſſent hæc verba intelligenda?

1 PRo intelligentia. Nota primo, Diuinationem eſſe ſpeciem ſuperſtitionis; quæ Diuinatio quantum ad præſentem caſum ſpectat, eſt ſignificatio occultorum ex pactis conuentis cũ Dæmone. Dicitur ſignificatio, quia ſignis, & verbis exterioribus, & non ſola mentis intellectione perficitur. Dicitur occultorum, quia eſt tàm præteritorum, quàm præſentium, & futurorum, dummodò ſint occulta, ideſt procul remota ab humana cognitione, & in hoc conuenit Prophetia cum Diuinatione. Dicitur ex pactis conuentis cum Dæmone; quia per hoc differt Diuinatio à Prophetia, & à naturali coniectura; nã Cõiectura naſcitur ex diſciplina, & obſeruatione humana; Prophetia à Deo deſuper infunditur; Diuinatio verò pendet ſimpliciter ab ope Dæmonis. Ità DelRio diſquis. mag. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1.

2 Eſt enim diuinatio, vt dixi, ſpecies ſuperſtitionis, ex Diuo Thoma 2.2. qu. 12. art. 1. petit .n. homo à creatura inſtructionem, quæ à ſolo Deo poteſt haberi, atque diuinum cultum creaturæ tribuit, volens per ipſam inſtrui de futuris, aut de præteritis, aut de præſentibus occultis. Ità Sanchez in ſum. cap. 37. nu. 1. Vndè dicitur Diuinatio, quaſi diuinitatis imitatio, ſecundum Floronum de caſ. reſer. par. 2. caſu 1. verſ. maleficium, §. 1.

3 Et poteſt fieri Diuinatio, vel per fictas apparentias, & figuras, & dicitur Præſtigium, quod dicitur etiam Oſtentum, Portentum, Præſtigium, & Monſtrum; vel per ſomnium, & dicitur diuinatio per ſomniũ; vel per fictas mortuorum reſurrectiones, & dicitur Negromantia, ſeu Pſychomantia; vel per ſtatuas, & dicitur Geomantia; vel per figuras apparentes in aqua, & dicitur Hydromantia, vel per figuras apparentes in aere, & dicitur Aeoromantia; vel per figuras apparentes in igne, & dicitur Pyromantia; vel per interiora animalium, & dicitur Aruſpicium, ſeu Auiſpicium, vel per figuras apparentes in vino, & dicitur Oenomantia; vel diuinatio fit obſeruando cantum, vrlatũ, garritum, vlulatum, mugitum, rugitum, latratũ, & ſimiles voces animaliũ, & dicitur Augurium; vel fit per lineas manuum hominis, & dicitur Chiromãtia; vel fit per lineas pedum hominis, & dicitur Pedomantia; vel fit per lineas frontis, & vultus, & dicitur Metropoſcopia, vel Phyſiognomia; vel per lineas in ſpatulis, & dicitur Spatulamantia; vel fit per obſeruationem ſitus aſtrorum, & dicitur Aſtrologia; vel fit ex factis, vel verbis caſu ab homine, vel à ſe ipſo patratis, vel dictis, & dicitur Omen; de quibus omnibus vide Azorium tomo 1. lib. 9. à cap. 12. vſque ad

ad caput 22. Vel fit per preces in idolis, & tunc Dęmon reſpondere ſolet per Idola, & dicitur Oraculum. Vide Leſſ. de reſt. cap. 43. dub. 5. num. 25. Vel fit in ipſiſmet pſeudoprophetis, quos Dęmon poſſidet per vmbelicum, vel per partes pudendas (dignum os tali numine) & hi dicuntur Python, & Pythoniſſę, vt docet Origenes lib. 7. cõtra Celſum, in principio; vel fit per ſortes, & dicitur Sortilegium; vel fit per anulos ad certam Cœli poſituram conſtructos, & ſuper tripodem ad certa verba motos, & dicitur Dactylomantia. Vide DelRio diſquis. mag. lib. 4. ca. 2. q. 6. ſect. 4. verſ. Quinto loco &c.

4 Quando enim hæ diuinationes fiunt cum abuſu Sanctiſſimi Sacramenti; vel Chriſmatis, vel Olei Sancti, vel alterius rei cõſecratæ, tũc ſunt cõtentæ in caſu noſtro reſeruato, & tale peccatum abſolui non poteſt à Confeſſario inferiori; quando verò ſine tali abuſione fiũt, tunc poſſunt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori; dummodò hi, qui hoc faciunt, non ſint Negromantes, &c. qui cũ expreſſa Dœmonis inuocatione ad captandam dilectionem, aut odium inferendum diuinent in damnum perſonarum, quia tunc incidunt in caſum noſtrum reſeruatum.

5 Et præter cenſurã expreſſã in noſtra diœceſi Neap. & in alijs Diœceſibus cõtra Diuinatores, eſt ét alia excõicatio in corpore Iuris, ſ. in can. ſi quis Epiſcopus, & can. aliquanti 26. q. 5. & in extrauag. Ioannis XXII. incipiente, Super illius, &c. quæ non inuenitur in corpore Iuris, ſed eam refert Tabien. verb. excommunicatio 5. caſu 4. nu. 1. & Director. inquiſ. 2. p. q. 43. In quam excommunicationem Diuinatores incidunt ipſo facto, etſi nemini ſit reſeruata, sm̃ DelRio lib. 4. diſquiſ. mag. c. 2. q. 7. ſect. 4. Azorium tom. 1. lib. 9. c. 26. Quãuis Sanchez in ſum. lib. 2. cap. 38. num. 91. ſentiat, quod non ſint excommunicati ipſo facto, ſed excommunicandi, & eſt manifeſtum in principio quæſt. 5. cauſa 26. his verbis. Quod autẽ Sortilegi, & Diuini ſi ceſſare noluerint, excommunicandi ſunt, ratione, & auctoritate probetur, &c. etſi oppoſitum colligatur ex can. aliquanti 26. quæſt. 5.

6 Nota ſecundò, quod Sortilegiũ quatenus ad hunc caſum ſpectat, eſt futurorum, vel omnino occultorum pronunciatio, ſeu patefactio ex pacto cum dœmone habito. Vide Azorium tom. 1. lib. 9. cap. 22.

Aliquando ſortilegium in Iure latè accipitur pro omni magica ſuperſtitione, ſic in Iure canonico, teſte Azorio loc. citato. At in caſu noſtro accipitur preſsè, & in ſpecifica ſignificatione, dùm ponitur poſt enumeratas aliquas ſpecies ſuperſtitionis. Vniuerſalitas .n. ſermonis, poſtremo loco ,plati, recipit ſpecificationem, & limitationem à ſpecie præcedenti; nec debet excedere ſpeciem priùs, ſeu antecedenter prolatam l. quoties, C. familiæ erciſcundę; l. vltima, §. vltim. ff. de vino, tritico, & oleo legato. Oltrandus Conſil. 8. num. 1. Gyptius de caſib. reſer. cap. 5. in tertium caſum, cui eſt annexa excommunicatio. num. 12. verſ. Dico 3. &c.

7 Et eſt in triplici differentia. Primum dicitur Diuinatorium, & eſt à nobis mox explicatum. Secundum dicitur Diuiſorium, & eſt quando res diuidũtur per ſortes in plures. Tertium dicitur Conſultorium, & eſt quãdo à Deo expectatur electio, cùm aliter fieri cõmodè nequeat. Azorius l. c. cap. 12. Sãchez in ſumma tom. 1. lib. 2. cap. 43. nu. 9. à num. 57.

8 Eſt ſortilegium ſpecies diuinationis in noſtra acceptione, vt diximus, & qñ fit cum abuſu ſacramẽtorum &c. habet nouum, & ſpeciale ſacrilegium admixtum, & ſapit manifeſtam hæreſim. Ita Gomeſius in Lucerna inquiſitorum, verb. Sacramẽtis abuti. Diana p. 4. tract. 8. verſ. 13. Quod verum etiam eſt, ſi abutatur hoſtia nõ cõſecrata, dũmodo ſuper eam ſit celebrata miſſa. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 44. Diana l. c. tract. 7. reſol. 10. §. quæro &c. Vel adhi-

adhibeantur ſacramentalia, aut verba ſacra; vt Euangelium, Symbolum, Pater noſter, Aue Maria, Pſalmus, aut alia verba Sacræ Scripturæ, vel aliæ ſanctæ orationes, aut Imagines ceræ, quas Agnos Dei vocamus, Veſtes ſacerdotales, & ſimiles res ſacræ, & ſecundum aliquos etiã Reliquiæ Sanctorũ; tũc.n. ſignificant ſe credere, illas ad maleficiorum operationem vim habere. Vide Dianam l.c. tractat. 8. reſol. 14.

9 Nota tertiò, quod Veneficiũ, quantum ad caſum ſpectat, eſt aliquid fabricatum arte Dæmonum ad nocendum alijs in bonis, vel animæ, vel corporis, vel famæ, vel fortunæ.

Et eſt ſpecies ſubalterna ſuperſtitionis, & ſpecies ſpecialiſſima maleficij. Maleficium verò ſubdiuiditur in Amatorium, & Veneficum. Vide Bellocchiũ de caſib. reſeru. p. 2. q. 1. nu. 40. Paulum Grillandum de ſortileg. qu. 3. Del Rio diſquiſ. mag. lib. 3. p. 1. qu. 3. Toletum lib. 4. cap. 16. nu. 3.

10 Nota quartò, quod Abuti, eſt malè vti, id eſt contra naturam, & finem rei, qua vtimur. Vide text. in can. priuilegium 11. q. 3. & can. vbi diſt. 34. Vide Graff. loc. cit. nu. 13.

Non tamẽ incidit in caſũ prędictũ, etſi mortaliter peccet ſacerdos, qui ſcienter vtitur chriſmate, non oleo infirmorum, dando extremam vnctionẽ, quamuis Sacramẽtum validum ſit, arg. tex. in c. 1. de ſacram. non iterand.

Sicut nec incidit in caſum noſtrum, qui abutitur Euchariſtia, &c. aliquo optimo fine, nempè ad recuperandam ſanitatem, vel ad ſui defenſionem, vel ratione deuotionis. Graff. l. c. nu. 32.

11 Nota quintò, quod res conſecrata in ſua propria ſignificatione, eſt tãtùm res vnctione Chriſmatis vncta. Ideò enim Abbas non dicitur conſecratus, ſed benedictus: vt optimè Tamburrinus de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 11. q. 1. nu. 1. Azorius to. 1. lib. 12. q. 2.

12 Nota ſextò, quod verbum, Abuti per alium &c. comprehendit Mandantes, Præcipientes, Mandatarios, & eos quibus eſt præceptum impoſitũ. Mandatarij enim, & hi quibus præcipitur, verè abutuntur per ſe, quia immediatè tractant ad alium vſum, & per alium, dum gratia alterius abutuntur. Et mãdantes, & præcipientes per mandatarios, & per eos quibus præceptum imponitur, abutuntur; ſi abuſio ſit conſummata Graff. l. c. nu. 48.

Nec obſtat doctrina Abbatis in cap. mulieres, de ſenten. excommunicationis, quod qñ verba dirigũtur ad rem, excommunicatio extenditur ad mandantes; quãdo verò diriguntur ad perſonas, tunc non extenditur ad mãdantes: & in caſu noſtro verba excommunicationis diriguntur ad abutentes, non ad abuſum, & ſic ad perſonam, & nõ ad rẽ, & cõſequẽter excõmunicatio non debet extendi ad mandantes.

Quia hæc doctrina verificaretur in caſu noſtro, qñ in excommunicatione reſeruata, non eſſent illa verba, Abutuntur per ſe, ſiuè per alium, vt optimè Graff. de caſib. reſeru. lib. 2. cap. 18. nu. 47. in fine.

13 Nota ſeptimò, quod dictio, Siuè, in caſu noſtro idem eſt, ac Vel, quæ ſtat diſiunctiuè, cap. inter cætera, de reſcriptis, & cap. cum decorem, de Vita, & honeſt. clericorum, & ibi Zabarella num. 5. vndè verificatur vel in vno, vel in altero. Aduerte tamen, quod Vel, Aut, & Seù, differunt ſecundum Abbatem in cap. inter cætera, de reſcriptis, num. 4. & Albericum in verb. Seu, & in verb. Vel; nã Vel, & Aut, ſunt propriè diſtinctiui, & diſtinguũt terminos quoad verba, & quoad ſenſum verborum, & ſic alternatiuè verificantur. At Seu, diſtinguit quoad ſenſum, licet quoad verba copulet terminos.

14 Hinc eſt, quod ſi Presbyter daret Euchariſtiam, vel Oleum ſanctum &c. ad abuſus in caſu noſtro expreſſos, Accipiens verò, non reciperet ad talem finem, presbyter incideret in caſum reſeruatum, non tamen accipiens. Ità Graffius, & Gyptius ll. infra citandis.

15 Sic è contra, ſi muliercula reciperet

Com-

Communionē, aut Oleum ſanctum ad fines prædictos,&pr esbyter non daret ad talem finē, muliercula incidere t in caſum noſtrum, non verò presbyter.

16 Sic etiam qui furatur Sacramentum &c.vel res illas conſecratas ad prædictos fines, etſi illa reponat ad locum ſuū, & abuſus non ſequatur, incidit tū in caſum noſtrum.Ità Gyptius de caſibus reſeru.cap.5.in tertium caſum,cui annexa eſt cenſura, numer. 19. & 20. Graffius loc.citat.num.45. in fine.

17 Non tamen incideret in hanc excōmunicationem qui per vim, & metum daret alicui ad hos illicitos fines Sacramentalia, & cætera prædicta, licet peccatum committeret.Bellocchius de caſib.reſer.p.2.q.1.n.6.Graff.loc.cit.n. 45.Nō enim pia mater Eccleſia obligat cum tanto pondere ad ſuas pœnas.

18 Nota octauò, quod pœnæ ſtabilitæ cōtra hos perditos homines ſūt nōnullę,quas videbis in decreto 26.q.5.& 7. & extra in titul.de ſortilegis,& ex legibus C.de maleficis,& mathematicis,& in l.itē apud Labeonē,§.ſi quis Aſtrologus,ff.de iniurijs.Poſſunt igitur puniri iſti homines Anathemate,Suſpenſione ordinis, dignitatis, adminiſtrationis, Verberibus,Exilio,Vinculis,& Carcere perpetuo,alijsq; pęnis,cap.illud 26. q.2.& cap.admoneāt 26.qu.7.& Leuit. 20.ſtatuitur ſic:Vir,ſiuè Mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus,morte moriantur,lapidibus obruent eos,&c. in l.quicumque C.de maleficis ſancitum eſt, vt cuiq; liceat maleficum apprehendere, & illicò ad Magiſtratus, & Iudices deferre, vt cōmunis ſalutis hoſtem. In l. etſi C. de maleficis,ſtatuitur, vt licet homines in dignitate conſtituti non debeant, niſi ob crimen maieſtatis,& falſi,torqueri; ſi tamē in comitatu Principis ſit aliquis Aruſpex,Ariolus, Augur, Mathematicus, aut ſomniorum Interpres, aut diuinandi artem exercens;licet in dignitate fuerit, tormentis ſubijciatur. In l. nemo,eodem titulo,Arioli, Mathematici,& diuinandi artem exercētes, gladio puniuntur.In l.nullus,C.de malef. præcipit Conſtantinus, vt diuinantes concremētur, qui ad alienam domum acceſſerunt, & qui eos deuocauerint, deportentur, publicatis eorum bonis. In l.multi C.eod.tit. decretum eſt,magicis artibus deditos, qui elementa turbare, vitā inſontium labefactare,& Manibus,hoc eſt,Dęmonibus euocatis, audent multa perpetrare,ferali ſententia, hoc eſt, vt exponit Accurſius, tanquam beſtias puniri. In l.eorum, C. eod. tit. ſtatuitur, ne malefici puniantur, qui aliquādo ſua arte vſi ob finem bonum,efficiunt,ne maturis vindemijs imbres noceant, ne ventorum tempeſtatibus, aut grandinis lapidatione quatiantur. Secus verò grauitèr plectantur,qui magicis vſi artibus,aut cōtra ſalutē hominis molitos eſſe,aut pudicos animos ad libidinē deflexiſſe,detegūtur. Sic ibi. Et in iure canonico, vt patet ex cap.illos 26.q.3.& cap.ex tuarum,& cap. vltimo de ſortileg. In vniuerſum damnantur, & prohibentur maleficiorum artes;ſiuè ob bonum, ſiuè ob malum finem eas Malefici exerceant.Vi!e Azorium to.1. lib.9. c.26. verſ.3.quæritur in fine.

SVMMARIVM.

*Mulier, quæ oleum ſanctum à clerico accepit,& eo vnxit proprium virum ad finem captandi ipſius amorem, poteſt à quocumque confeſſario inferiori abſolui.nu.*1.

*Mulier, abutens oleo ſancto circa proprium virum,graue ſacrilegium committit.nu.*2.

Mulier credens fidem chriſtianam in materia Sacramentorum veram non eſſe, vel in Sacramentalibus adeſſe vim aliquam ad maleficia, vel hæc poſſe cogere liberum arbitrium eſt formaliter hæretica, & excommunicata in bulla cœna Domini.num. eod.

*Mulier abutens oleo ſancto ad captandum proprij viri amorem, non dicitur abutens ad illicitos, ſed ad licitos vſus.nu.*3. *&* 9.

Licitum eſt vxori frui proprij viri amore per ſuperſtitionem obtento.nu.eod.

Aliud

Aliud eſt abuti ſacramentalibus ad licitos vſus, aliud eſt abuti ad illicitos vſus. n. 4.

Epiſcopus, ſicuti limitate abuſionẽ ad illicitos vſus reſeruauit, ſic poterat reſeruare abuſionem ad quoſcumque vſus cum generali propoſitione. nu. 5.

Reſeruatio impoſita abuſioni ſacramẽtalium eſt pœna, impoſita medio malo, vt ad finem malum. nu. 6.

Pœna impoſita fini, non eſt impoſita medio ad talem finem. nu. eod.

Peccata dubiè reſeruata, vt eſt peccatũ vxoris abutentis oleo ſancto circa viri amorem, à quocumque confeſſario inferiori abſolui poſſunt. nu. 7.

Parrochus, ſcienter vngens infirmum oleo Cachecumenorum, vel hominem iam mortuum, vel infantem ante ſeptemnium oleo infirmorum, licet peccet, non tamen incidit in caſum reſeruatum. num. 8.

Indefinitã locutio reſtringitur per ſpecialem deſignationem, & vniuerſalitas ſermonis, poſtremo loco prolati, limitationem recipit à ſpecie præcedenti. nu. 9. & 12.

In reſeruatione quando finis ſpecificatur, ceſſante fine ceſſat reſeruatio, ſecus ſi non ſpecificatur finis. nu. 14.

Non quilibet dantes, vel recipientes incurrunt in reſeruationem, ſed dantes, vel recipientes ſacramentalia ad vſus illicitos tantùm. nu. 11.

Sortilegium abſolutè poſitum pro omni damnata ſuperſtitione ſupponit. Quod ſi ponatur paucis quibuſdam ſuperſtitionis ſpeciebus enumeratis, pro illis tantùm, & non pro omni ſuperſtitione ſupponit. nu. 12.

Abutens Euchariſtiæ Sacramẽto ad aliquem optimum finem, vel illud collo appenſum deferens, cum non abutatur ad illicitum finem, in reſeruationem non incurrit. nu. 13.

RESOLVTIO XV.

Quædam muliercula à quodam clerico Oleum ſanctum accepit, & eo vnxit proprium virum ad finem captandi ipſius amorem; An incidat in caſum prædictum, & an poſſit abſolui à quocumq; Confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, talem mulierculam non incidiſſe in caſum reſeruatũ, & conſequenter poſſe abſolui à quocumque Confeſſario inferiori. Hoc videtur ſentire Graff. & Bellocchius. ll. infra citandis. Pro probatione huius reſponſionis.

2 Suppono, talem mulierculam peccaſſe mortaliter peccato ſacrilegij, dũ abutitur Oleo ſancto, & de hoc nullũ eſt dubium. Quod verum eſt, ſi error fuit tantùm in voluntate. At ſi error fuit in intellectu; ſcilicet ſi talis muliercula crederet fidem Chriſtianam in materia Sacramẽtorum veram non eſſe, vel Sacramentalia vim aliquam ad aliquod maleficiũ, vel ſuperſtitionem faciendam continere, vel ſi crederet hæc liberum arbitrium cogere poſſe, tunc hæc eſſet formaliter hæretica, & excommunicata in bulla Cœnæ Domini, & ideò ad Inquiſitores eſſet remittenda, vel ab iſtis facultatem abſoluẽdi, & petere, & obtinere deberet, vt benè obſeruat Homobonus de caſ. reſer. p. 2. c. 2. verſ. Quiſquis amat ranã, pag. mihi 272. & verſ. 2. Pœnitẽtiarius, & Confeſſarius, pag. mihi 284. cum communiſſima ſententia Doctorum ex Pegna par. 2. Commento 68. & Azorio 1. par. lib. 9. cap. 69. Hoc poſito.

3 Probatur noſtra reſponſio; nam hæc muliercula non commiſit ſortilegium, nec diuinationem, nec veneficium prohibitũ in noſtro caſu, vt patet ex 2. & 3. notabili præcedentis reſolutionis. Nec Oleo sãcto abuſa eſt ad illicitum vſum, ſed ad licitum; nam licitum eſt vxori frui amore proprij viri per ſuperſtitionem obtento, vt benè Sanchez in ſumm. lib. 2. cap. 41. num. 1. & 2. & cap. 42. num. 20. ergo hæc abuſio fuit ad vſum licitum, ſed caſus reſeruatus eſt abuſio ad illicitos, & non ad licitos vſus; ergo hæc

non incurrit, & conſequenter poteſt abſolui à Confeſſario inferiori.

4 Confirmatur primò, quia abuti ſacramentalibus ad licitos, vel ad quoſcumque vſus, differt ab abuti ad illicitos vſus, cùm illa abuſio magis ſe latè pateat, quàm hæc; ſed reſeruatio eſt pœnalis, vt ſępè diximus, & eſt expreſſa in caſu noſtro tantùm ad illicitos vſus, non verò ad licitos; ergo hæc reſeruatio tantùm ad hanc abuſionem, ſcilicet ad illicitos vſus, non verò ad licitos ſe debet extendere; ſed muliercula in caſu noſtro eſt abuſa ad licitos, non verò vſus ad illicitos: ergo &c.

5 Confirmatur ſecundò; quia poterat Epiſcopus ſibi reſeruare abuſum ſacramentalium ad quoſcumque vſus, & ſic cum propoſitione vniuerſali, & illimitata, & tamen in reſeruatione limitatam propoſitionem propoſuit; ergo ſignum eſt, quod limitatè ſibi reſeruauit hunc caſum; ſed cum tali limitatione mulierculæ caſus non includitur; ergo hic caſus reſeruatus non eſt, & conſequenter poteſt à quocumque Confeſſario inferiori abſolui.

6 Confirmatur tertiò; nam hæc pœna reſeruationis eſt impoſita ad abuſionem, tanquam ad medium malum; & ad illicitos vſus, tanquam ad finem malum; ergo non eſt impoſita ad medium tantùm, ideſt tantùm ad abuſionem, ergo talis abuſio caret fine malo. in caſu noſtro, ſed finis ſpecificat actionem: ergo hæc abuſio cum fine bono non eſt abuſio reſeruata, ſed alia, quæ etſi peccatum dicat, tamen non dicit reſeruationem; pœna enim impoſita fini, non eſt impoſita medio ad talem finem, Gloſſ. in clement. vnica, verſic. Contrahere, de conſanguinitate, & affinitate: Naldus verb. Finis, nu. 2.

7 Confirmatur quartò, quia peccata in dubio reſeruata poſſunt abſolui à Confeſſario inferiori, vt dixi in 2. reſolutione, ſed peccatum huius mulierculæ, eſt dubiè reſeruatum; dubitatur enim an ſit reſeruatum, vel non ſub illis verbis reſeruationis; ergo poteſt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori.

8 Confirmatur quintò, quia ſi Parrochus vngeret voluntariè infirmũ oleo Cathecumenorum, non infirmorum, peccaret, quia abuteretur oleo ſancto, & tamen non incurreret in hunc caſum reſeruatũ. inquit Graff. de caſ. reſer. lib. 2. cap. 18. num. 26. verſ. 6. Nec incidit, &c. pag. 379. Sic ſi vngeret oleo infirmorum hominem iam mortuum, vel infantem antè ſeptemnium, etiam abuteretur oleo infirmorum, & tamen non incurreret; ergo à pari.

Dices, quod hæc muliercula fecit actum, qui eſt ſpecies ſuperſtitionis; ergo continetur ſub reſeruatione.

9 Reſpondeo concedo antecedens; ideò enim ſacrilegium committit; & nego conſequentiam; nam non omnis ſuperſtitio reſeruata eſt, ſed Veneficiũ, Sortilegium, & Diuinatio. Et ideò etſi peccatum hæc muliercula committit, tamẽ reſeruatum non eſt, vt dixi. Et ſi repetas, quod in pagella adeſt clauſula generalis, nempè ad alios illicitos vſus abutatur. Reſpondeo, quod hæc eſt abuſio ad licitos, & non ad illicitos vſus. Addo quod, indefinita locutio reſtringitur per ſpecialem deſignationem, l. qui non militabat, §. filijs hæredibus, ff. de hæred. inſtitut. & ibi Baldus: & de natura orationis particularis eſt reſtringere orationẽ indefinitam, Bald. loc. cit. & clauſula generalis, ſi apponatur enumeratis quibuſdam indiuiduis, non ampliatur indiuiduorum enumeratio, ſed ſtat in ſuis viribus, ſicut prius, l. hæres meus, §. 1. de legatis 3. l. 1. §. itẽ ſi dux, ff. de auro, & argento legato. Oltrandus conſil. 8. nu. 4. Gyptius de caſ. reſer. cap. 5. in 3. caſum, cui eſt annexa excommunicatio nu. 15. pag. 151. Et generalitas, & vniuerſalitas ſermonis, poſtremo loco prolati, limitationem, & ſpecificationem recipit ex ſpecie præcedenti, neque vltra eã ampliùs euagatur. l. quoties, C. familiæ erciſcundæ. l. vltima,

§. vl-

§. vltimo, ff. de vino, tritico, & oleo legato. Oltrandus d. conſ. 8. incipiens Quidam pater, nu. 1.

Dices ſecundò, ergo qui Diuinationem, Sortilegium, & Veneficium facit cum abuſu Sacramẽtorum ob bonum finem, neq; incurrit in hunc caſum reſeruatum.

10 Reſpondeo, negando hanc conſequentiam; nam Sortilegium, Veneficium, & Diuinatio ſunt abſolutè reſeruata, non ſpecificato fine. At abuſus eſt reſeruatus ad illicitos vſus, & conſequenter habet finem ſpecificatum, qui finis cùm non reperiatur in caſu noſtro, ideò abſolui poteſt.

Dices tertiò, quod hæc muliercula incurrit in caſum reſeruatum non ex abuſione olei ſancti, ſed ratione acceptionis, cum non ſolum ſint excommunicati abutentes ad illicitos vſus, ſed etiam dantes, vel accipientes, etiam effectu non ſequuto; ergo non poteſt abſolui.

11 Sed contra eſt, nam nõ omnes dantes, ſeù accipientes ſacramentalia incurrunt in caſum reſeruatum, ſed dantes, vel accipientes ad fines ſupradictos, vt in caſu propoſito in antecedenti reſolutione; qui fines erant abuſus ad illicitos vſus, vel ad Sortilegia, Veneficia, & Diuinationes. At cùm muliercula hęc nõ acceperit ad prædictos fines, ſed ad finem vltimatum licitum, conſequenter non incurrit in caſum reſeruatum, &c.

Dices quartò, quod nomine ſortilegij omnem damnatam ſuperſtitionem intelligat pagella reſeruationis. Ità Homobonus de caſ. reſer. par. 2. cap. 2. fol. 279. & Bellocchius part. 2. quæſt. 1. nu. 2.

12 Sed contra eſt; nam quando ſortilegium eſt abſolutè poſitum, tunc poteſt intelligi, quod ſupponat pro omni damnata ſuperſtitione. At quando ſortilegium eſt poſitum cum alijs paucis ſpeciebus ſuperſtitionis, tunc non poteſt accipi pro omni damnata ſuperſtitione; non enim intelligit damnare Epiſcopus, ſeù reſeruare omnem ſuperſtitionem, ſed tantùm ſpecies illas in pagella expreſſas, vt dixi in 2. notabili, verſ. Aliquod, &c. ſi enim vellet per ſortilegium intelligere omnem damnatam ſuperſtitionem, fruſtatoriè antè ſpecificaſſet Veneficium, & Diuinationem, cum eſſent comprehẽſæ hæ ſuperſtitiones in ſortilegio; inclusio enim vnius eſt excluſio alterius, l. cum Prætor, ff. de Iudicibus.

Addo, quod etſi ſortilegium, quid genericũ ſit ad omnẽ dãnatam ſuperſtitionem; cùm tamen apponatur in pagella caſuum reſeruatorum poſt diuinationes, & ſortilegia, limitationem recipit, vt cùm Baldo in l. qui non militabat, & Oltrand. conſ. 8. dixi in reſponſione ad primum argumentum.

13 Et ob eandem rationem dicendum eſt, quod qui abutitur Sacramento Euchariſtiæ ad optimum finem obtinendum, vt ad recuperandam ſanitatem, vel ad ſui defenſionem, vel ratione deuotionis defert collo appenſum, non incidit in caſum noſtrum, etſi ſacrilegium committat; non enim abutitur ad illicitum finem, & ideò poteſt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori. Ità Graff. de caſib. reſeru. lib. 2. cap. 18. nu. 32. & in 1. part. conſiliorum lib. 5. de ſententia excommunicationis 16. à num. 26. vſque ad 39. Bellocchius de caſib. reſer. par. 2. q. 1. nu. 55.

SVMMARIVM.

Permittẽs ſe vngi à ſacerdote Oleo ſancto ad finem obtinendi ſanitatem, nec peccat, nec in caſum reſeruatum incidit, ſi tamen hoc fecit ex affectu deuotionis, non ſuperſtitionis. nu. 1. & 6.

Vti materia remota Sacramentorum ad alios licitos vſus, præter quam ad Sacramentum, vt aqua Baptiſmatis ad bibendum, & non ad baptizandum, nullũ eſt peccatum. nn. 2.

Vti re conſecrata, v. g. Agno Dei, qui Chriſmate benedicitur, ad ſanitatem obtinendam, nullum eſt peccatum. nu. 3.

H 2 *Oleum*

Oleum infirmorum non tam ad ſacramentũ, quam ad corporis etiam ſalutem ordinatur. num. 4.

Vnctio qua infirmus vngitur à ſacerdote oleo Chriſmatis, vel Cathecumenorum, & dicit actum charitatis, quo infirmus propriæ ſanitatis conſeruationem quærit; & dicit actum religionis, dum ſanitatem prætendit ab oleo benedicto ex affectu deuotionis, non ſuperſtitionis. num. eod.

Corporalia quamuis ſint ordinata ad Miſſæ ſacrificium, poſſumus tamen eis vti, ſicut etiam Sanctorum reliquijs, ad morbos pellendos, ſiue ad alios licitos vſus. nu. eod.

Chriſma nec etiam propter neceſſitatem vẽdi poteſt abſque ſimonia. nu. 5.

Concilium Arelatenſe, licet prohibeat ſacerdotibus donare Chriſma ſub prætextu medicinæ, cum nullam habeant naturalem virtutem circa ſanitatẽ, ſicut cæteræ medicinæ naturalees; non tamẽ prohibet, ne infirmi à ſacerdote vngãtur ex affectu deuotionis, & ad ſanitatem per ſupernaturalem virtutem obtinendam. nu. 7.

Laicis tantum prohibitum eſt Chriſma tangere, & eo alios vngere, non ſacerdotibus. num. 8.

Concilium prohibens, ne Laici tangant Sanctum Chriſma, poteſt intelligi, quod loquatur de conſilio, non de præcepto: ſicut etiam quando prohibet ne vaſa ſacra, Sãctorum reliquias, vel ceras benedictas tãgant. nu. eod.

In reſeruatione continetur tantum Dare, vel Recipere ſacramentalia ad illicitos vſus, non autem ad licitos. nu. 9.

Particula, alius, alia, aliud, eſt repetitiua qualitatis ſuperius enarratæ. nu. 10.

RESOLVTIO XVI.

Quidam paſſus eſt vngi à Sacerdote Oleo Sancto, ad finem obtinendi ſanitatem: Quæritur An hic talis, vel qui eum vnxit, peccauerit mortaliter? & An poſſit abſolui à quocumque confeſſario inferiori?

1 RESPONDEO talem non peccaſſe mortaliter, ſi hoc fecit ex affectu deuotionis, & non ſuperſtitionis: & cõſequenter non incidiſſe in caſum reſeruatum, & de hoc non indigere abſolutione. Ità Geminianus in cap. ad ea, diſt. 5. & in cap. his igitur, diſt. 5. his verbis. Item nota, quod ſacramenta Eccleſiaſtica dicuntur eſſe medicinæ Dei, ad ſanandum vulnus peccati: & ſic facit, quod non ſit prohibitum, ponere guttam Chriſmatis, vt quis ſanetur à morbo, & tangere oculos cæci ſacro chriſmate, vt videat, quia etſi nõ expediat vti alijs ſacramentis alio fine, quàm ſint inſtituta, materia tamen ſacramentali licitum eſt vti, aliter quã in ſacramentis; Sicut aqua baptiſmali, de cuius ſubſtantia non eſt quod ſit benedicta, vtimur non ſolum in baptizando, ſed in bibendo: & Sancto Chriſmate non ſolum confirmando, ſed etiam in conſecrando Epiſcopos, de ſacra vnctione, can. vnico &c. Idem ſentit Syluester verb. Oleum, circa finẽ his verbis: Ex prædictis elicitur, non eſſe illicitum inungere oculos cæci ſacro chriſmate, vt videat; quia licet non liceat vti ſacramentis alio fine, quàm ſint inſtituta: materia tamen ſacramentali licitum eſt vti, aliter quàm in ſacramentis; Sicut aqua baptiſmali, de cuius ſubſtantia non eſt, quod ſit benedicta, vtimur non ſolùm in baptizãdo, ſed in bibendo; & ſancto chriſmate non ſolùm in confirmando, ſed etiam in conſecrãdo Epiſcopos &c. de ſacra vnctione can. vnico. Puto tamen quod non liceat, niſi pro re magna, & ardua, & per Epiſcopum, vel alium de licentia Papæ; quia aliter eſſet inconueniẽtia magna, ſi hæc paſſim fierent &c. At hoc quod ſubdit Syluester, nihil ad rẽ; quia ſi de formali hoc eſt licitum ſemel, cur non ſemper? & ex affectu deuotionis? Idèm ſentit Bellochius de caſib. reſer. par. 2. q. 1. num. 64. his verbis. At ſi bona fide hoc faceret, & ex maxima deuotione, non conſiderans peccatum, ſed ſolum ſanitatẽ, vel fortè

tè inuitatus ab alijs, vel de licentia Epiſcopi &c. tunc liceret &c. Idem ſentit Quintanadueñas in Theolog. moral.tom.1.tract.5. ſing. vltim.nu.1. citatus ab eruditiſſimo P. Diana, qui in moralibus, omnes planè materias illuſtrauit par. 9. tract. 6. miſcell. reſol.43.

2 Ratio verò hæc eſt, quia vti materia remota ſacramentorum ad alios licitos vſus, & non ad ſacramentum, cuius eſt materia, nullum eſt peccatum. Quod patet, non ſolùm in aqua, quæ diſtribuitur fidelibus ad bibendum, poſt benedictionem fontis baptiſmatis in ſabbato ſancto: ſed etiam patet in Chriſmate, quo non ſolum vtitur Eccleſia ad vngendam verticem infantis baptizati, & ad conſecrandos ſacerdotes, & Epiſcopos, & non vt materia ſacramenti confirmationis: ſed etiam videmus quod Pontifices, ex eo componunt ceras benedictas, quæ vocantur Agnus Dei; & tamen impium eſſet aſſerere, quod in his caſibus peccetur mortaliter: ergo neque erit peccatum, vti Chriſmate, vel alio oleo ſancto ad ſanitatem obtinendam.

3 Confirmatur, quia vel eſt peccatum vngere aliquem oleo ſancto, quia oleũ eſt materia ſacramenti, vel quia eſt oleum benedictũ: non primum, vt dixi quia videmus Eccleſiam vti materia ſacramentorum ad alios licitos vſus, ſine culpa, vt in allatis exẽplis: Non ſecundum, quia ad ſanitatem obtinendã vti Agno Dei, in quo etiã adeſt Chriſma cum alijs compoſitionibus, nullum eſt peccatum: ergo ſimpliciter dicendũ eſt, quòd vngi oleo ſãcto ad finem obtinendi ſanitatem, nullum eſt peccatum.

Dices, quod Oleum ſanctum non ſit inſtitutum ad ſanitatem obtinendam, ſed tantùm vel pro Sacramento Extremæ Vnctionis, vel pro Sacramẽto Confirmationis, vel pro Cathecumenis, vel pro Conſecratione Epiſcopi, vel Sacerdotis: ergo non debemus eo vti ad alios fines, etſi licitos; quia eſt abuſio.

4 Sed contra eſt; nam ſi loquamur de oleo infirmorum, habet pro fine ſalutem corporis: vt in Concil. Trid. ſeſſ. 14.cap.2.& quærere à parte Sacramẽti, quod producit totũ Sacramẽtũ, nullum eſt peccatum, vt patet; ſi vero loquamur de alijs oleis, nullum video peccatum; nam hic actus, ſeù hæc vnctio, ſi conſideretur elicitè, & quoad entitatẽ, eſt actus charitatis ſui ipſius; cum infirmus quærat acquiſitionem, vel conſeruationem propriæ ſanitatis; ſi cõſideretur imperatè, & quoad ſpecificationem extrinſecam, video hunc actum eſſe religionis, dum infirmus prætendit ſanitatem per oleum benedictum, ex affectu deuotionis, vt ſupponimus: ſicut ergo eo vti in compoſitione Agni Dei.&c. ad tempeſtatem fugandam, & ad alios morbos pellendos, nullum eſt peccatum: cur peccatum eſſe debet, ſi abſolutè, & ex affectu deuotionis eodem infirmus vtatur ad ſanitatem acquirendam? non ergo dici poteſt abuſio, ſed vſus ex affectu religionis in caſu noſtro. Corporalia etiã ſunt ordinata pro ſacrificio Miſſę: & tamen videmus, quòd ex affectu deuotionis ſancti Pontifices eis pro reliquia, & ad morbos pellendos vſi ſunt, alijſque diſtribuenda curarunt. Reliquijs quoque Sanctorum vtimur ad ſanitatem acquirendam ex affectu religionis: & tamen non ſunt ad talem effectum ordinatæ. Quis ergo audebit dicere, quod prænotati vſus ſint peccaminoſi? Neq; igitur dicendum erit, quod vſus olei ſancti ex affectu deuotionis ad acquirendam ſalutem corporalem, ſit peccatum mortale.

Dices ex Graffio de caſ.reſer.lib.2. cap. 18. nu. 30. Gloſ. in can. nullus, 1. qu. 1. vbi dicitur, quod non ſit licitum vendere chriſmatis liquorem in neceſſitate; puta pro medicina infirmi: ergo &c.

5 Sed contra eſt: nam Gloſ. eſt in can. Placuit il ſecondo 1. quæſt. 1. chriſma ergo vendi non poteſt, nec etiam in neceſſitate, cùm ſit Sacramẽtum

tum, &c. non ergo loquitur Gloſ. de applicatione ad infirmitatem ex affectu deuotionis; ſed tantùm loquitur de Vnctione Chriſmatis ex neceſſitate venditoris, quod nos etiam vltrò concedimus; cùm ea venditio ſit formaliter ſimoniaca, &c.

Dices ex eodem Graffio, quòd hic peccet mortaliter; nam vel emit hoc oleum, & hoc eſt prohibitum etiam in neceſſitate (hæc ſunt verba Graffij) d.can. Placuit. Aut alia via habuit, & grauiſſimè peccauit; inducēdo ad peccandum eum, per quem habuit, &c.

6 Sed contra eſt; nam ſi actio huius infirmi prouenit à maxima deuotione, tunc illa vnctio erit actus deuotionis, & ſic non ſolùm non peccaminoſus, ſed meritorius; & cùm hæc vnctio ſit meritoria, conſequenter inducere aliquem ad cooperandum in hanc actionem, nullum eſt peccatum; ſi ergo nullum eſt peccatum infirmo, nec peccatum erit ſacerdoti illud miniſtranti. Emere autem non poteſt, quia eſt ſimonia: poteſt tamen gratis accipere, pro actione tam religioſa, vt dixi.

Nec dicas, quod obſtet Concilium Arelatenſe 4.cap.18. to.6. concil.pag. mihi 214.his verbis. Vt Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiāt Chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ, vel cùiuslibet rei donare præſumant; genus enim Sacramenti eſt, & non ab alijs, niſi à Sacerdotibus contingi debet. Quod ſi ſecus fecerint, honore priuentur. Hęc ibi.

7 Quia contra eſt; nā Concilium prohibet donare Chriſma ſub prætextu medicinæ, quaſi quod habeat aliqualem virtutem naturalem, ſicut & cæteræ medicinæ naturales; non vero prohibet vngi ab ipſo Sacerdote ex affectu religionis, ad ſanitatem obtinendam per virtutem ſupernaturalē, & ratione benedictionis, reiq; Deo ſacratę. Qui enim ex affectu religionis agit aliquid, non poteſt dici, quòd præſumat id facere; cùm expreſsè, & clarè id prohibitum non ſit.

Nec obſtat, quod Concilium dicat, quod non ab alijs, ſed à Sacerdotibus tangendum ſit.

8 Quia dicit, quòd non detur tangendum laicis, ſed non prohibet quòd ſacerdotes ex affectu deuotionis, & ex actu religionis id faciant. Niſi velis dicere, quòd Cōcilium loquatur tantùm de conſilio, non vero de præcepto. Non enim minùs prohibetur à ſacris Canonibus, quod laici tangant vaſa ſacra, & reliquias Sanctorum, & circulos cereos, qui Agnus Dei vocantur, vt videre eſt in Goncilio Bracarenſi 1. cap.28. & refertur in cap. Non licet, il ſecondo diſtin.23. & ibi DD. & tamen poſſunt ea tangere laici, & fœminæ ſine peccato, ſecundum Azorium to. 1. lib.3.cap.6.q.3. Sotum in 4.diſt.13. q. 2.art.3. ad 3. Sanchez in ſumm. lib.2. cap.43.num.27. Et Canones id prohibentes, præcitati Doctores exponunt, quod loquantur de conſilio, non vero de præcepto. Non enim video, cur non poſsit hoc Concilium eandem expoſitionem recipere? Cùm ergo talis infirmus nullum commiſerit peccatum, nō habet à quo abſoluatur; ſed ſi timet ne irreuerenter tractauerit Chriſma, poteſt à quolibet inferiori abſolui, cùm non ſit abuſus illo ad malum finem, &c. Nec obſtat pœna impoſita contra oppoſitum facientes; Quia non eſt ipſo facto, ſed ferenda, vt patet: & conſequenter non obligat ſub mortali, vt alibi dicemus.

Dices, quòd commiſerit peccatum, & inciderit in caſum reſeruatum, ex eo, quia accepit de ſacramentalibus; cùm ſit interdictum hæc dare, vel recipere.

9 Sed contra eſt; nam dare, vel recipere ſacramentalia, vel ſacramentum ad finem Diuinationis, Veneficij, Sortilegij, vel ad alios illicitos vſus, eſt interdictum in pagella: non vero ad licitos vſus; Verba enim hæc ſunt: ſiue reciperet de ſanctiſſimo Sacramento, aut ſacramentalibus prædictis ob fines ſupradictos, &c. & dictio, prædictis, repetitiua eſt, & relatiua præcedentium, vt

vt dicam infra in 18. reſol. cum Maſcardo de probationibus, concl. 1273. num. 34.

10 Addo, quod cum in caſu ſit particula, Alios, repetit eandem qualitatem ſuperius narratam cap. accedens de præbend. & ibi Zabarella, & l. quidam relegatus ff. de rebus dubijs; & idem Zabarella in cap. 1. num. 3. de locat. & cond. & cap. ſedes de reſcriptis, & cùm ſuperiùs ſint enarratæ ſuperſtitiones, conſequenter alij illiciti vſus debent eſſe eiuſdem qualitatis, qualis non eſt expreſſus in caſu noſtro.

Aduerte, quod licet vera & tuta ſit hæc doctrina, ob rationes, & authoritates allatas; non tamen ad praxim eã extendi ſuadeo: ne ad ſuperſtitiones aditus aperiatur.

SVMMARIVM.

Abutens fragmento lapidis, ſiue Altaris conſecrati, quamuis ſacrilegium committat, a quocumque confeſſario inferiori poteſt abſolui. nu. 1.

Fragmentum lapidis conſecrati, dum eſt vnitum dicitur conſecratum; poſt fractionem verò, non remanet amplius conſecratum. nu. eod. & 5.

Abutens argento calicis conſecrati poſt illius diſſacrationem, ſiue ad licitos, ſiue ad illicitos vſus, non incidit in caſum reſeruatum. num. 2.

Vtens fragmento lapidis conſecrati, dicitur vti re nõ conſecrata, quamuis habeat animum vtendi re conſecrata; cum fragmentum illud non dicat realem attributionem ad rem conſecratam, ſed ab vtente concipiatur illam dicere. nu. 3.

Reſeruatio ſemper intelligitur de opere conſummato, non de prauo affectu. n. eod.

In corpore iuris non adeſt excommunicatio latæ ſententiæ, ſed ferendæ contra diuinatores &c. & quamuis eſſet latæ ſententiæ, non tamen eſſet reſeruata. nu. 4.

Nulla facta mutatione in parte lapidis, diſſacrato toto lapide, ob ſigilli tantum motionem, diſſacratur etiam pars. nu. 5.

RESOLVTIO XVII.

Quidam ad Diuinationem, vel ad Veneficia, vel Sortilegia vſus eſt fragmento Altaris, ſeu Petra conſecrata; Quæritur an poſſit abſolui à quocumque confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, quod hic talis etſi ſacrilegiũ committat, poteſt tñ abſolui à quocumque confeſſario inferiori. Et ratio eſt, quia fragmentum lapidis conſecrati, dum eſt vnitum dicitur cõſecratum: poſt fractionẽ vero ampliùs conſecratum non remanet. Ita D. Thomas 3. p. q. 63. art. 5. in corpore his verbis: Et indè eſt, quod omnis ſanctificatio, quæ fit per Sacerdotium eius, eſt perpetua, re conſecrata manente; Quod patet etiam in rebus inanimatis: nã Eccleſiæ, vel Altaris manet conſecratio ſemper, niſi deſtruatur &c. habetur expreſſe in c. Quod in dubijs de cõſec. Eccl. vel alt. his verbis, Quod in dubijs, & infra: Altare vero, in quo tabula eſt, cui conſecrationis benedictio pontificali miniſterio adhibetur, ſi mota, vel enormiter fracta fuerit, debet non immeritò conſecrari &c. Et in c. 1. eodem titulo idem habetur, & in Can. ſi motũ de conſecrat. diſt. 1. & ibi Gl. Sed caſus reſeruatus eſt cõtra abutẽtes re conſecrata: ergo qui abutitur fragmento altaris, quod fuit, ſed nunc nõ eſt conſecratũ, non incidit in hunc caſum reſeruatum.

2 Confirmatur, quia ſi quis abuteretur argento Calicis conſecrati poſt fractionem, & conſequenter poſt diſſacrationem illius, non incideret in hunc caſum reſeruatum; aliter enim tali argento nunquam poſſemus vti ad alios licitos vſus, quod nemo, quem viderim, dixit: ergo ſic à pari, ſi quis abutitur fragmento petræ conſecratæ, ſeu altaris conſecrati, neque in hunc caſũ reſeruatũ incidit, cũ in illo fragmento amplius conſecratio non remaneat. Di-

Dices primò, quòd hic abutatur fragmento illo, prout dicit ordinem ad conſecrationem: & conſequenter abutatur re conſecrata, prout dicit attributionem ad altare.

3 Sed contra eſt; nã vti illo fragmento, prout dicit attributionem ad altare, nihil facit ad rem ipſam conſecratam, & dicit tantum affectum vtendi re conſecrata, ſed re vera re conſecrata non vtitur. Non enim fragmentum illud dicit realem attributionem ad rem conſecratam, ſed concipitur ab operante, ſeù abutente. Hinc eſt, quod talis habet tãtùm animum abutendi, etſi re vera non abutitur re conſectata, ſed profana, vel ſaltem re non conſectata; At reſeruatio ſemper intelligitur facta de opere conſummato, non verò de prauo affectu: vt cum Alphonſo de Leone tom.3. recoll.7. nu. 309. ex Filluccio, & Bonacina diximus in prima reſolutione.

Nec dicas ſecundò, quod Diuinatores, Venefici, &c. ſint excommunicati in corpore iuris can. Si quis Epiſcopus, & can. Aliquanti 26.q.5. & Extrauag. Ioannis 22. Quæ incipit, Super illius; quæ tamen nõ inuenitur in corpore iuris, ſed eam refert Tabiena verb. Excommunicatio 5. caſu 4. nu. 1. & Directorium Inquiſitorum 2. part. q.43. Ità ſentiũt DelRio lib.4.q.7.ſect. 4. Azorius to.1. lib.9. cap.26.

4 Quia contra eſt, nam ſecundũ Sanchez in ſumm. lib.2. cap.38. nu.91. non ſunt excommunicati, ſed excommunicandi; vel ſi ſunt excommunicati, talis excommunicatio nulli eſt reſeruata, ſecundum DelRio, & Azorium locis citatis.

Dices tertiò, quod hæc doctrina videatur vera, cùm lapis eſt totus fractus, & ille abutitur fragmento. At ſi radatur, vel patim ſumatur, ità vt ille conſecratus remaneat, doctrina non videtur vera; cùm ſemper verum ſit dicere, quod illa raſura, ſeù pars, eſt lapidis conſecrati.

5 Sed contra eſt; nam raſura, vel pars dicitur conſecrata, vſque dum eſt in toto: & cùm à toto raditur, vel frangitur, ampliùs conſectata non eſt, vt patet; vndè tunc dicitur pars non conſecrata, lapidis conſecrati: ſeù pars ſecundum quod dicit materiam, ſeù materiale rei conſecratæ, non pars prout dicit conſecrationem. Si enim taxillum, ſeù ſigillum moueatur, adhùc raſura diceretur pars illius, & tamen tũc totus lapis conſecratus non eſſet, & conſequenter nulla facta mutatione in parte, diſſacraretur; igitur dicẽdum eſt, quod ſit pars materialis lapidis cõſecrati, non verò formalis; ſeù lapidis prout lapis eſt, nõ prout cõſectatus eſt.

Dices quartò, quod in littera habetur; vel abuſio cuiuſcumque rei conſecratæ; ſed hæc conſecrata fuit, ergo.

Reſpondeo, quod fuit conſectata, ſed nunc, ſeù tempore abuſionis conſecrata non eſt; & ſic abuſio eſt nunc de re non conſecrata.

SVMMARIVM.

Abutens Pſalmo ad mouendum anulum ſuper filum, vt diuinet Adulteræ aduentum ſponſi, ſacrilegium committit, à quo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori. nu.1.

Pſalmus dicitur res ſacra, non conſecrata. nu.2.

Res ſacra differt à conſecrata, ſicut ſpecies à genere; cum omnis res conſecrata ſit ſacra, non verò è contra. nu.eod.

Pſalmus non eſt res, ſed verba, quæ à rebus differunt. nu.5.

Res conſecrata, cuius abuſio eſt reſeruata, debet eſſe res, quæ tradi, vel recipi poſſit; cuiuſmodi non eſt Pſalmus. nu.eod.

Verba limitata in reſeruatione poſita, limitatè ſunt accipienda. nu.4.

Res cõſecrata de formali eſt res ſacra Chriſmatis vnctione peruncta nu.5.

Res benedicta, & res conſecrata in fauorabilibus tantum, non in pœnalibus (vt eſt reſeruatio) confundi ſolent. nu.6.

Non omnium Sacramentalium abuſio eſt reſerua-

ſeruata; ſed tantum abuſio Chriſmatis, Olei Sancti, ſiue cuiuſcunque rei conſecratæ; cuiuſmodi non eſt Pſalmus. nu 7.

Vox, Prædicta, eſt relatiua, & repetitiua præcedentium. num. 8.

Non omnis Diuinatio cum expreſſa Dæmonis innocatione eſt reſeruata, ſed ea tantum, quæ fit à Negromante, Venefico, Sortilego, Diuinatore, Lamia, ſeu Striga &c. num. 9.

Qui ſemel, aut iterum diuinationem cum expreſſa Dæmonis innocatione exercuit, Veneficus, ſiue alio nomine nuncupari non poteſt. num. eod.

RESOLVTIO XVIII.

Quidam abuſus eſt verbis Pſalmi ad mouendum anulum ſuper filum, vt diuinaret aduentum Sponſi Adulteræ; An poſſit abſolui à quocunque confeſſario inferiori?

1 RESpondeo. Quòd etſi ſacrilegium committat, tamen abſolui poteſt à quocũque confeſſario inferiori; quia non incidit in caſum reſeruatum. Ità Graff. de caſibus reſeruatis lib. 2. cap. 18. num. 23.

2 Probatur, nam Pſalmus non eſt res conſecrata, ſed res ſacra: quæ differt à re conſecrata, ſicut ſpecies à genere; cum verum ſit, quòd omnis res conſecrata ſit ſacra, ſed non omnis res ſacra ſit conſecrata: res enim poteſt eſſe ſacra de natura ſua ſine conſecratione, vt eſt Pſalmus &c. huiuſmodi, quæ ordinantur ad Deum.

3 Addo quòd Pſalmus non eſt res, ſed verba; verba enim & res differunt, vt patet. Immò res conſecrata, cuius abuſio eſt peccatum reſeruatum, debet eſſe res, quæ tradi poſſit, & accipi: cum ſubdat caſus, Aut qui alicui daret, ſiuè reciperet de Sanctiſſimo Sacramento, aut ſacramentalibus prędictis &c. Pſalmi autem, cum ſint orationes, nec dari poſſunt, nec recipi.

4 Confirmatur primo, quia qñ Epiſcopi volunt amplecti omnes res ſacras in eorum reſeruatione, vtuntur verbis illimitatis, non vero reſtrictiuis. Sic in Dięceſi Beneuentana teſte Gyptio de caſ. reſer. cap. 5. ſunt verba generalia nempè Abutentes &c. aut alia quacunq; re ſacra. Sic in Diœceſi Bononienſi teſte Homobono de caſ. reſer. par. 2. cap. 2. Sunt verba generalia. Item maleficiũ, &c. quę ſint cum abuſu ſacramentorum, vel ſacramentalium, &c. Sic in Diœceſi Anconitana teſte Bellocchio de caſib. reſeru. par. 2. q. 1. his verbis genericis. Sortilegium cum abuſu rerum ſacrarum, aut ſacramentalium, &c. Sic in Diœceſi Aſculana ſunt verba generalia teſte Bellocchio loc. cit. q. 4. nẽpè, Qui vtitur ſacramentis, aut ſacramentalibus ad alios vſus, præter illos, ad quos ſunt inſtituta, &c. Et ſic de alijs, cum ergo in noſtra Dięceſi, & in alijs quibuſdam ſit facta reſeruatio cum verbis reſtrictiuis, ſeù limitatiuis: & ſtatutum reſeruationis ſit pœnale, vt ſæpè diximus, conſequenter limitatè, & reſtrictè eſt intelligendum, ſed res conſecrata non eſt omnis res ſacra; nec verba ſacra ſunt res conſecrata: ergo abuſio horum verborum non comprehenditur in reſeruatione. Inſuper quãdo Epiſcopi volunt reſeruare ſacras orationes, vel ſacra verba, de iſtis mentionem faciunt. Sic Placentia teſte Graffio de caſibus reſeru. lib. 2. de excommunicatione contra abutentes, &c. cap. 18. num. 23. ſunt hæc verba, Sacramentalibus, orationibus, alijſque ſacris rebus, vel verbis abuſi in ſortilegijs, &c. ergo cum in noſtra Diœceſi abuſio verborum non ſit expreſſa, ſignum eſt, quod non ſit reſeruata, &c.

5 Confirmatur ſecundò, quia res conſecrata de formali, eſt res ſacra Chriſmatis vnctione peruncta; ideò enim diximus, quod Abbates non conſecrãtur, ſed Sacerdotes, & Epiſcopi; nam hi perunguntur ſacra vnctione Chriſ-

matis; non verò Abbates; Ità Azorius tom. 1. lib. 2. quæſt. 2. Tamburrinus de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 11. quæſt. 1. num. 1. ſed Pſalmus nullo modo eſt ſacra vnctione Chriſmatis vnctus; ergo non comprehenditur ſub verbis, quacumque re conſecrata, in pagella appoſitis.

Nec obſtat, quod aliquando res benedicta, & res ſacra confundantur.

6 Quia etſi verum ſit in fauorabilibus, tamen in pœnalibus nullo modo eſt faciẽda extẽſio; cùm ſint accipienda ſecundum propriũ ſignificatum. Et quando agitur de reſeruatione, ſumus in materia odioſa, & ſic reſtringẽda: vt cum Coriolano, Tamburrino, Reginaldo, Merolla, & Zecchio dixi in prima reſolutione.

Nec dicas primò, quòd cùm Pſalmi annumerentur inter ſacramentalia, & abuſio ſacramentalium ſit caſus reſeruatus: conſequenter hęc abuſio reſeruata eſſe debeat.

7 Quia contra eſt, nã non omnis abuſio ſacramentalium eſt caſus reſeruatus, ſed abuſio Chriſmatis, olei ſancti, ſiue cuiuſcunque rei conſecratæ; At cùm Pſalmus, huiuſmodi non ſit; igitur talis abuſio reſeruata non eſt.

Nec obſtat, quòd deindè dicat, aut ſacramentalibus prædictis, &c.

8 Quia ſacramentalia prædicta ſunt enumerata, quorum ſpecies non eſt Pſalmus; vox enim, prædictis, eſt repetitiua, & relatiua præcedentium; Bartolus in l. 1. §. hoc edicto, ff. de poſtulat. & in l. talis ſcriptura, §. finali, ff. de legatis 1. l. quæ liberis, §. hæc verba, ff. de vulgari, & pupillari. Iaſon in l. vltima, C. de hæred. inſtit. col. 2. verſ. limito iſtam regulam. Aretinus conſ. 153. col. vltim. & conſ. 150. in princip. Pariſius conſ. 49. n. 22. vol. 3. Crau. conſ. 98. num. 8. quos omnes referendo ſequitur Decian. conſ. 17. num. 10. Bero. conſ. 32 nu. 8. lib. 2. Alciat. reſp. 8. num. 36. prout refert, & ſequitur Maſcardus de probationibus conſ. 1273. nu. 34.

Nec dicas ſecundò, quòd etſi non incidat in primum caſum reſeruatum, incidit in tertium; cùm hæc ſit diuinatio cum expreſſa Dæmonis inuocatione, ſecundum Caietanum in ſumma, verb. Incantatio, verſ. 5. ex vanitate effectus, &c.

9 Quia contra eſt; nam nõ omnis Diuinatio cum expreſſa Dæmonis inuocatione, (ſi illa inuocatio dicitur expreſſa, quod nõ credo ex infra dicendis) ſed diuinatio, &c. facta à Veneſico, Negromante, Sortilego, Diuinatore, Lamia, ſiue à Striga, &c. At qui ſemel, aut iterum hoc fecit, tali nomine nuncupari non poteſt, vt dicam in explicatione tertij caſus.

SVMMARIVM.

Abutens ad Diuinationem, Sortilegium, vel Veneficium Sanctorum Reliquijs, Candela, Incenſo, vel Aqua, benedictis, vel paramentis Sacerdotis, vel Altaris, quamuis Sacrilegium committat; à quocunque tamen cõfeſſario inferiori abſolui poteſt. n. 1

Nomine Rei conſecratæ non veniunt res benedictæ, nec Sanctorum reliquiæ, ſed tantum res ſacro Chriſmate inunctæ. nu. 2.

Conſecratio, & Benedictio, quamuis in fauorabilibus ſæpè confundantur; in pœnalibus tamen diſtinguuntur. nu. 3.

Abuti perſonis habẽtibus materialem Chriſmatis vnctionem, non includitur in caſus reſeruatione. nu. 4.

Lex prohibens quod eſt maius, non prohibet quod eſt minus, niſi id expreſſerit. nu 5.

Abuti Magnete, ſiue alia re baptizata, ſiue ſuper qua fuerit celebrata Miſſa, non includitur in caſu reſeruato, cum non dicatur res conſecrata. nu. 6.

Deferens Sanctorum reliquias ob ſui defenſionem in vaſe ſuperſtitioſo non incidit in caſum reſeruatum; cum non deferat illas ad illicitos vſus. nu. 7.

RESOLVTIO XIX.

Quidam abuſus eſt ad Sortilegiũ, vel Diuinationem, vel Veneficium,

cium Reliquijs Sanctorum, vel Candela benedicta, vel Incenſo, vel Aqua benedicta, vel Paramentis ſacerdotis, vel Tobaleis Altaris, &c. huiuſmodi benedictis. An poſſit abſolui à Confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, quod hic talis licet ſacrilegium commiſerit, poteſt tamen abſolui à quocunq; Confeſſario inferiori; quia non incidit in caſum noſtrum reſeruatum. Ità Graff. de caſ. reſer. lib. 2. cap. 18. nu. 22. & 33. qui ſe extendit etiam ad Agnos Dei, quod dici nõ poteſt in noſtra Diœceſi Neapolitana; cùm Agnus Dei ſit conſecratus, ſeù inunctus chriſmate.

2 Reſponſio patet; nam in caſu expreſſo in tabella reſeruationis sũt hæc verba, Omnes qui per ſe, vel per alium de ſãctiſſimo Altaris Sacramẽto Chriſmate, Oleo ſancto, ſiue quacunque re cõſecrata ad Diuinationes, Veneficia, Sortilegia, ſiue ad alios illicitos vſus quocunque modo abutantur; ſed reliquiæ Sanctorum nõ ſunt ſacramentalia, in caſu expreſſa, nec ſunt res conſecratæ candela benedicta, & cætera enumerata; ergo, qui ijs abutitur ad hos illicitos vſus, etſi ſacrilegium committat, non incidit in caſum noſtrum reſeruatum, &c. Minor patet ex Azorio, & Tamburrino, immò ex communiſſima ſententia, quia res conſecrata in propria ſignificatione, eſt res vncta vnctione chriſmatis.

Nec dicas, quod aqua benedicta aliquando appellatur ſacrata, & ſic de cæteris enumeratis; nam conſecratio, & benedictio cõfunduntur teſte Azorio, & Tamburrino loc. cit. in præcedenti reſol. ergo, &c.

3 Quia cõtra eſt; nam etſi verum ſit, quod conſecratio, & benedictio confundantur; tamen hoc procedit in fauorabilibus. At in pœnalibus verba ſunt accipiẽda ſecundum propriorem ſenſum, & non extendẽda etiã ad impropriam ſignificationem; & materia reſeruationis pœnalis eſt reſtringenda, vt ſæpè dixi in hoc tractatu.

Nec dicas ſecundò, quod reliquiæ Sanctorum habuerint veram vnctionem ſpiritus, cum fuerint templum Spiritus Sancti; ergo non indigent vnctione materiali.

4 Quia contra eſt; nam reliquiæ Sanctorum fuerunt templum Spiritus Sãcti, & ſic habuerunt pinguedinem ſpiritus; at actu non habent, & quando non habent, ijs abutitur hic pœnitens. Addo, quod vti perſonæ indiuiduæ habuerunt vnctionem ſpiritus, & abuti perſonis habentibus, etiam materialem vnctionem chriſmatis, non includitur in caſu noſtro, vt dicam in ſequenti reſolutione.

Dices tertiò, quòd cùm prohibitum eſt, quod maius eſt, prohibitum etiam eſt quod minus eſt contentum in illo maiore, ſicut pars in toto; ſed prohibitum eſt abuti re conſecrata, quæ etiam eſt benedicta; ergo etiã abuti re benedicta, quæ eſt minor re conſecrata, & continetur in illa.

5 Sed contra eſt; nam non eſt verum, quod quando lex prohibet quod maius eſt, tunc vetat etiam quod minus eſt; niſi id expreſſerit, vt optimè Azor. to. 1. lib. 7. cap. 10. q. 2. &c. ex can. denique diſt. 4. & can. Presbyter diſt. 82.

6 Sic etiam dicendum erit de abutẽtibus ad illicitos fines magnete, ſeù alia re, vt inquiunt, baptizata, ſeu ſuper quam ſit celebrata Miſſa, hæ enim, cum re vera conſecratæ non ſint, abuſio illarum ad malum finem non eſt peccatum reſeruatum.

7 Sic etiam à fortiori dicendum erit de deferentibus reliquias Sanctorum in vaſe ſuperſtitioſo; nempè quadrangulato, ſeù triangulato, & hoc ob ſui defenſionem; non enim hi deferunt ad illicitos fines, &c. Graff. de caſib. reſer. lib. 2. cap. 18. nu. 55.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Abutens loco ſacro, vel perſona ſacra ad ſortilegiũ, quãuis ſacrilegiũ cõmittat, à quocũque cõfeſſario inferiori poteſt abſolui. n. 1.

Appellatione rerum in pænalibus non veniunt loca, & perſonæ. nu. 2.

Peccata dubiè reſeruata ab Epiſcopo à quocũque Inferiori poſſunt abſolui. nu. 3.

Dare, vel recipere cadit tantum in rebus, nõ verò in perſonis, & locis. nu. 4.

Verba vniuerſalia recipiunt limitationem à ſubſequentibus, vel antecedentibus ſpecificationibus. num. 5.

RESOLVTIO XX.

Quidam abuſus eſt ad Sortilegia &c. loco ſacro, ideſt Eccleſia cõſecrata, vel perſona ſacra, hoc eſt vncta vnctione Chriſmatis &c. An poſſit abſolui à quocunque confeſſario inferiori?

1 RESPONDEO, quod hic talis committit ſacrilegium, cùm violet locum ſacrum, vel perſonam ſacram, tamen poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori. Ità Gypt. de caſ. reſer. cap. 5. in tertium caſum, cui annexa eſt cẽſura num. 11.

2 Ratio huius eſt manifeſta; nam appellatione rerum in pœnalibus non veniunr loca, neque perſonæ, arg. l. inſpiciendũ ff. de furtis; ſed caſus loquitur de rebus conſecratis: ergo non veniunt loca, neque perſonæ conſecratæ.

3 Confirmatur, quia ſaltem ſumus in dubio, an appellatione rerum veniant loca, & perſonæ: ergo ſumus in dubio, An ſortilegia &c. cum abuſu locorum ſacrorum venianr in reſeruatione; ſed peccata Epiſcopalia in dubio reſeruata poſſunt à quocunque confeſſario inferiori abſolui, vt dixi in 2. reſol. ergo & hæc, expreſſa in reſolutione.

4 Confirmatur ſecundo; quia in caſu ſunt illa verba; Aut qui alicui daret, ſiue reciperet de Sanctiſſimo Sacramento, aut ſacramentalibus prædictis &c. ſed dare, vel recipere cadit tantùm in rebus, non vero in locis, vel perſonis. Bartol. in l. vbi autem non apparet, §. finali, num. 1. ff. de verb. ſignif. ergo loca, & perſonæ non ſunt comprehenſa in caſu noſtro reſeruato. Si enim quis daret Eccleſiam conſecratam ad finem conficiendi ſortilegia &c. tunc potiùs daret locum in Eccleſia, & non Eccleſiam ipſam ad illum malum finem &c.

Nec obſtat dicere, quod in caſu ſunt illa verba vniuerſaliſſima, vel quacunque re conſecrata.

5 Quia verba illa limitationem recipiunt à verbis ſubſequentibus, Aut qui alicui daret, vel reciperet de Sanctiſſimo Sacramento, aut ſacramentalibus prædictis, vt dixi 14. reſol. ergo ſupponir caſus, quod ſint ſacramentalia, quæ poſſint dari, vel recipi, cuiuſmodi non eſt Eccleſia &c. verba enim vniuerſalia recipiunt limitationem à ſubſequẽtibus, vel antecedentibus ſpecificationibus, vt ſæpè dixi cum Olrrando conſil. 8. ex nonnullis textibus &c.

SVMMARIVM.

Mulier, quæ ad finem obtinendi inhoneſtos amplexus Parrochi, finxit ſe infirmam, & indigere viatico, ſi de facto per tale mediũ potita eſt ſuum deſiderium, licet ſacrilegiũ committat, à quocunque confeſſario inferiori poteſt abſolui. nu. 1.

Abuſio ſacramentorum reſeruata non ſufficit, quod ſit in genere irreligioſitatis, ſed debet eſſe in genere ſuperſtitionis. nu. 2.

Vniuerſalitas ſermonis, quia limitatur à ſpecie præcedenti, non poteſt extendi vltra illam. nu. eod.

Dictio, Alius, Alia, Aliud, repetit ſpeciem ſuperius enarratam. nu. 3.

Parrochus ſcienter miniſtrans infirmo Sacramentum Extremæ Vnctionis oleo Cathecumenorum, vel miniſtrans hoc ſacramentum ſano, vel paruulo ratione carenti, licet peccet, poteſt tamen à quocunque abſolui. nu. 4.

RE-

RESOLVTIO XXI.

Quædam mulier, ad finem obtinẽdi inhoneſtos amplexus Parochi, finxit ſe infirmam, & indigere ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento per modum Viatici; & de facto per tale mediũ potita eſt ſuum deſiderium. Quæritur, an hæc poſſit abſolui à quocunq; confeſſario inferiori.

1 RESpondeo, quod hæc mulier ſacrilegium commiſit, à quo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori, quia non incidit in caſum reſeruatum. Ità Gyptius de caſ. reſer. cap. 5. in 3. caſum, cui eſt annexa excommunicatio, nu. 12. verſ. Dico ergo &c. Bellocchius de caſ. reſeru. par. 2. quæſt. 1. num. 57.

2 Probatur, nam hæc abuſio, etſi ſit in genere irreligioſitatis; non tamen eſt in genere ſuperſtitionis; ſed abuſio ſacramentorum reſeruata debet eſſe in genere ſuperſtitionis; ergo ſacrilegiũ commiſſum à tali muliere, non eſt reſeruatum. Maior patet ex ipſa explicatione terminorum. Minor probatur, nam quod reſeruatur, eſt Abuſio ad Diuinationes, Veneficia, & Sortilegia, quæ omnia ſunt in genere ſuperſtitionis. Nec ex eo quia ſequitur caſus, & ad alios illicitos vſus, extendendus eſt extra genus ſuperſtitionis; quia generalitas, ſeù vniuerſalitas ſermonis prolati poſtremo loco, recipit ſpecificationem, & limitationem à ſpecie præcedenti, nec debet extendi vltra ſpeciem priùs, ſeù antecedẽter prolatam. l. quoties, C. familiæ erciſcũdæ, l. vltim. §. vltim. ff. de vino, tritico, & oleo legato. Oltrandus conſ. 8. nu. 1. ſed antecedenter fuerunt prolatæ ſpecies ſuperſtitionis; ergo abuſus eiuſdem ſpeciei, & ſub eodem genere eſt reſeruatus.

3 Confirmatur, quia dictio, Alios illicitos, &c. repetit eandem qualitatem, cap. antecedens de præbendis, & ibi Zabarella, l. quidam relegatus, ff. de rebus dubijs. Idem Zabarella in cap. 1. nu. 3. de locat. & cond. ex cap. ſedes, de reſcriptis; ſed abuſio in caſu noſtro non eſt eiuſdem qualitatis; ergo non eſt abuſio reſeruata.

Nec obſtat dicere, quod in caſu sũt verba vniuerſaliſſima, nempè, vel ad alios illcitos vſus.

Quia verba vniuerſaliſſima ſpecificantur à ſpeciebus antecedenter enumeratis, vt ſupra dixi cum Oltrando & dictio, alios, repetit qualitatem ſuperiùs enarratam, quæ eſt ſuperſtitio, vt dixi.

4 Sic ob eandem rationem ſupra expreſſam peccaret Parrochus, qui voluntariè miniſtraret Sacramentum Extremę vnctionis moribũdo oleo Chriſmatis. Vel ſi daret extremam vnctionem ſano, vel paruulo ratione carenti; quia hic abutitur oleo ſacro, & ideò peccat. Gloſ. in cap. Presbyter, §. oleo, verb. ſanctificato, diſt. 95. Et quia hæc abuſio nõ eſt in genere ſuperſtitionis, idcò non incurreret abutens in caſum noſtrum reſeruatum; Graff. de caſ. reſer. lib. 2. cap. 18. nu. 26. verſ. 6. nec incidit &c. & nu. 31. Bellocchius de caſ. reſer. par. 2. quæſt. 1. num. 61. & dixi ſuprà reſol. 14.

SVMMARIVM.

Inſtruens, vel conſulens abuſionem ſacramentorum, vel rei conſecratæ, quamuis graue ſacrilegium committat, à quocunque tamen Inferiori poteſt abſolui. nu. 1.

Conſultus ab aliquo remanet in ſua libertate, & conſilium exequens, nomine proprio, non conſulentis exequitur. nu. 2.

Conſilium à lege differt; quia lex vim obligandi continet; Conſilium verò, licet à ſuperiore detur, vim obligandi non habet, & ſemper indulgentiam, & licentiam faciendi oppoſitum continet. nu. 3.

Conſulens Iudici, vt inferat mortem Reo ea digno, non eſt Irregularis. nu. eod.

Triplex conſiliũ datur, nempè Exhortationis, Appro-

Approbationis,& ſimplicis Opinionis; quæ omnia nullam neceſſitatem in Conſulto important.nu.4.

Conſulens licet non agat per eum cui conſiliū dedit ; tenetur tamen de malo conſilio. num.5.

Mandans reuocato mandato, ſecundum communiſſimam ſententiam,non tenetur amplius de damno inde ſequuto ; ſecus dic de conſulente, qui,etiam reuocato conſilio,tenetur de damno inde ſequuto.n.eod.

Verba prolata contra abutentes, non comprehendūt eos,qui parati ſunt abuti.n.6.

Cenſura prolata contra aliquid facientes, non comprehendit mandantes, conſulētes, auxilium,vel fauorem præſtantes,niſi verbis exprimantur.nu.eod.& 8.

Verba,ſiue per ſe,ſiue per alium,tam ad Mādatarium , quam ad Mandantem extenduntur.nu.7.

Conſulēs dubitans an talis reſeruatio ſe extendat ad ipſum, poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori.nu.8.

Ratam habens abuſionem ſacramentorum in caſu noſtro non comprehenditur.n.9.

Ratihabitio æquiparatur mandato quoad culpam, non quoad excommunicationem, & reſeruationem,quæ quia pœnales ſunt, ad caſum verum tantùm , non ad fictum ſunt extendendæ.nu.10.

Permittens in propria domo ſortilegia fieri poteſt à quocunque Inferiori abſolui . num.11.

Verba prolata in reſeruatione cōtra aliquid facientes,non comprehendit nō impedientes.num.eod.

Verba legis ſimpliciter prolata , ſimpliciter ſunt accipienda.nu.eod.

RESOLVTIO XXII.

Quidam inſtruit aliquē, vel huic conſiliū dedit abuſionis Sanctiſſimi Sacramenti , vel rei conſecratæ ; An poſſit abſolui à quocunq; Confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo , ꝙ hic talis non incidit in caſum reſeruatum, etſi ſacrilegium commiſit , tamen poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori.

2 Probatur,nam is , cui conſilium datum eſt,remanet in ſua libertate; vnde ſi malum conſilium exequitur,exequitur nomine proprio, & non conſulentis;hæc enim eſt differentia inter præceptum,& conſilium ex D.Thom.p.2. q.108.art.4.in corpore, quia præceptū importat neceſſitatem, conſilium verò in opinione ponitur eius,cui datur . Si ergo eſt in opinione ſua , qñ hic operatur,non operatur nomine conſulentis;ſed ſui ipſius, & conſequenter nullo modo dici poteſt inſtrumentum conſulentis: ergo quādo hic operatur, non poteſt dici quod conſulens operatur per ipſum , & ſic in caſum reſeruatum non incidit, in quo requiritur abuſio per alium.

3 Confirmatur, quia conſilium non habet vim obligandi , per hoc enim differt à lege , quia conſilium etſi detur à Superiore,quia non datur,vt Superior eſt , (ſi enim ſic daretur , eſſet præceptum,& non cōſilium) ideò vim obligandi non habet , ſicut habet lex, vt optimè obſeruat Salas de legibus q.90.tract.13.diſp.1.ſect.11.verſ. Gerſon &c.circa medium,pag.29.Conſiliū enim etſi à Superiore detur , ſemper continet indulgentiam , & licentiam faciendi oppoſitum . Sic D. Paulus 1. Cor.7. diſtinguit Conſilium à præcepto, dicens,De virginibus præceptum Domini nō habeo, cōſiliū autē do &c. & deinde , ſecundum indulgentiam dico, nō ſecūdū imperium &c. Si ergo conſilium vim obligandi non habet, conſequenter qui conſilium recipit, remanet in ſua libertate , & cùm exequitur conſiliū, exequitur ipſe vt cauſa principalis, & non vt inſtrumentum conſulentis. Ideò enim dicimus, quod conſulens Iudici , vt mortem inferat Reo ea digno , non ſit irregularis, Turrianus de cenſ.lib.9.diſp. 66. dub. 4. ex mente Vaſquez.Diana 3. part.

tract.

Digitized by Google

tract. 5. miſcel. reſol. 8. Hinc eſt, quod nunquam verificari poteſt, conſulentē abuti per alium rebus conſecratis; & conſequenter neque verificari poteſt, quod incidat in caſum reſeruatum.

4 Confirmatur ſecundò, quia Conſiliū diſtinguitur in Conſilium Exhortationis, Approbationis, & ſimplicis Opinionis, vt optimè Toletus in ſumm. lib. 1. cap. 85. nu. 1. ex Præpoſ. in can. ſi quis viduam, diſt. 50. Qui enim exhortatur, vel approbat, vel ſuam opinionem profert, nullo modo tollit alteri libertatem, nec ponit illi neceſſitatem operandi: ergo conſulens nullo modo dici poteſt cauſa, neque moralis, neq; phyſica abuſionis rei conſecratæ &c. & cōſequenter, neque abutitur illa re conſecrata per alium; dictio enim, Per, in caſu noſtro inſtrumentum denotat, vt patet.

Nec dicas, quod conſulens tenetur de malo conſilio.

5 Quia aliud eſt dicere, quod conſuſulens teneatur de malo cōſilio; aliud quod conſulens agat per eum, cui cōſilium dedit: tenetur enim ex malo cōſilio. At quia abuſio non fuit facta gratia conſulentis, ideò conſulens non dicitur abuti per alium; abuti enim per alium eſt abuti tanquam per inſtrumentum, quod etſi de mandante verificetur, & ideò reuocato mādato, ampliùs mandans non tenetur de damno indè ſequuto; tamen de conſulente hoc verificari non poteſt, & ideò ſecundùm communiorem ſententiam reuocato conſilio, adhùc de malo indè ſequuto tenetur conſulens.

6 Confirmatur tertiò; nam dum in caſu ſunt verba illa, Ad alios illicitos vſus quocunque modo abutantur, &c. videntur comprehēdere illos tantùm, qui actu abutuntur, non illos qui parati ſunt abuti. Quando enim fertur excommunicatio contra aliquid facientes, aut contra vtentes facto aliquo, non comprehenduntur mandantes, conſulentes, cooperantes; aut auxilium, vel fauorem præſtantes, niſi hi quoque verbis exprimātur. Ità Toletus in ſumm. lib. 1. cap. 8. nu. 7. Sāchez de matrim. lib. 4. diſp. 49. num. 1. & 2. Syluester verb. Excōmunicatio vltim. num. 4. Tabiena verb. excommunicat. 5. caſu 4. Armilla verb. excommunicatio nu. 2. Medina lib. 1. ſummæ cap. 11. §. 2. fol. 36. col. 1. Nauarr. in ſumma latina cap. 27. nu. 51. & lib. 5. conſ. de ſent. excommunicat. conſ. 19. nu. 3. in veteri. Henriquez lib. 13. de excōmun. cap. 17. nu. 2.

Nec dicas, quod ſic neque mandantes comprehenderētur in caſu noſtro.

7 Quia mandantes comprehenduntur, cùm tunc abutantur per alios, nēpè per mandatarios, qui gratia, & virtute mandantis operantur, & cùm in littera ſit expreſſum ſiue per ſe, ſiue per alium, ideò hi comprehenduntur.

Nec obſtat dicere, quod in caſu ſint illa verba, Etiam effectu non ſequuto; ergo non requiritur opus conſummatum.

Quia contra eſt, nam illa verba referuntur ad proximiora dicta, nempè Aut qui alicui daret, ſiue reciperet de Sanctiſſimo Sacramēto, aut ſacramentalibus prædictis ob fines ſupradictos, etſi dictus abuſus re ipſa non ſequatur; referuntur ergo ad dantes, & recipientes, non vero ad abutentes, vt patet.

8 Confirmatur quartò, quia cùm Epiſcopi intendūt cōprehēdere cōſulētes, vel auxilium, fauorem, &c. dantes, ſolēt exprimere tales in ipſa reſeruatione, vt in cap. falſariorum de crimine falſi, vbi excommunicantur conſulentes, vel mandantes falſificari litteras Apoſtolicas, quæ excommunicatio reſeruata non eſt Pontifici. Sic in bulla Sixti IV. incipiente, Cum prouida, &c. excommunicantur conſilium præſtantes auferenti, vel retinenti lapides, aut alia ornamenta Eccleſiarum, quæ nūc abrogata eſt, ſecūdum Fillucciū tract. 15. quæſt. 21. nu. 126. & ſic de alijs: ergo cùm in caſu noſtro conſulentes, &c. non ſint expreſſi, nec dicendum erit,

erit, quod ſint incluſi in reſeruatione.

Addo, quod cùm ſimus in dubio, an talis reſeruatio ſe extendat ad conſulentes, poteſt conſulens à quolibet Confeſſario abſolui, quia peccata dubiè reſeruata, reſeruata non ſunt, vt dixi in 4. reſolut..

9 Et ob eaſdem rationes idem dicendũ eſt de ratam habente abuſionem ſacramentalium prædictorum. Qui enim ratum habet, non abutitur ipſe neque per ſe, neque per alium; ſed de abuſu gaudet, & acceptat. Vndè ratihabitio habet pro ſuo obiecto abuſionem conſummatam, & omninò completam, & ſic qui ratum habet, non abutitur, ſed de abuſione iam facta gaudet. Ità Graff. de caſib. reſer. lib. 2. c. 18. nu. 51.

Nec obſtat, quod ratihabitio mandato comparatur cap. cum quis, de ſentent. excommun. in 6. l. 1. §. quoties, ff. de vi, & vi armata.

10 Quia comparatur quoad culpam, non vero in ordine ad excommunicationem, & reſeruationem, quæ pœnales ſunt, & non extendendæ niſi ad caſum verum, non vero ad fictum; ratihabitio enim mandatum fictum eſt, Graff. loc. cit. cap. 23. nu. 5. quicquid in contrarium gratis dicat Gyptius de caſib. reſeru. cap. 5. in 3. caſum, cui eſt annexa excommunicatio, nu. 2.

11 Sic etiam dicendum erit de permittentibus in proprijs domibus ſimilia ſortilegia fieri. Nam hi non faciunt, ſed non impediunt, ne fiant, & in littera reſeruationis non comprehenduntur non impedientes: & verba legis quando abſolutè proferuntur, in ſignificatione ſimpliciter accipienda ſunt, l. non aliter ff. de legatis 3. cap. ex litteris, de ſponſalibus.

SVMMARIVM.

Mandans fieri Veneficium cum abuſu Sanctiſſimi Sacramenti, vel Olei ſancti, ſi antequam ſequatur abuſus, ſe pœniteat, & moraliter non poteſt reuocare mandatum, in reſeruationem non incurrit, & poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori; & etiam ſi ſequatur poſtea abuſus, non tenetur ſe præſentare ſuperiori. nu. 1.

Verbum, Abutantur, in reſeruatione poſitum intelligitur de effectu conſummato, non de attentato n. 2. & 4.

Dictio, Per, perfectionem, & continuationem totius temporis ſignificat. nu. 3.

Eo ipſo, quod à priori voluntate receditur, ſi adhùc effectus in eſſe producitur, non ex ea, ſed alindè emanare dicitur. nu. 5.

Mandantes, effectu non adhuc ſequuto, dici non poſſunt Abutentes per alium; ac proindè in caſu non includuntur. nu. 6.

Dantes, vel recipientes tantum ſacramentalia effectu non ſequuto, in reſeruationem incidunt, non verò mandantes effectu non ſequuto. nu. eod.

Pœnitens, qui perfectè explicauit in confeſſione affectum abuſionis ſacramentalium, & mandatum datum ad hunc finem, ad nihil aliud tenetur in ordine ad confeſſionem; etiam ſi poſt ipſam ſequatur abuſio. nu. 7.

Præciſa priori voluntate, effectus ſequens non dicitur voluntarius, cùm ſit præciſus per actum oppoſitum ante conſummationem. nu. eod.

Mandans fieri abuſionem ſacramentalium, ſi ante delicti conſummationem moriatur, non incidit in excommunicationem. nu. 8.

Qui Eccleſiæ inobediens non eſt, pœnas eccleſiaſticas ſubire non debet. nu. 9.

Impoſſibile nõ exequens, inobediens dici non poteſt, cum ad impoſſibile nemo teneatur. nu. eod.

Ebrius, qui poſt potationem vini, antequam inebrietur, ſe pœnituit, ſi clericũ in ebrietate occidit, non eſt excommunicatus. n. 10.

Qui furtum commiſit, ſi antequam excommunicetur ſe pœniteat, in excommunicationem non incidit. nu. eod.

Explicata in cõfeſſione malitia actus in cauſa; etiam ſi poſt confeſſionem ſequatur effectus de natura ſua, noua obligatio confitendi non adeſt, cum neque noua culpa adſit. nu. 11.

Mandans, quem mandati pœnituit, licet quoad phyſicum dicatur cauſa effectus prouenientis

Digitized by Google

nientis à mandato, tamen quoad morale non dicitur cauſa, cum per pœnitentiam ſit verè, & formaliter interciſa cauſa peccati.nu.12.

Prauus effectus ſequens ad mandatum per pœnitentiam reuocatum, quamuis in foro fori mandanti tribui poſſit, in foro tamen poli ei tribui non poteſt.nu.eod.

Forum fori reſpicit opus externum, forum verò poli reſpicit voluntatem.nu.eod.

Irregularitas ſine culpa contrahitur: Excommunicatio verò ſine culpa, ſiue phyſica, ſiue morali contrahi non poteſt.nu.13.

Qui per obliuionem peccatum in confeſſione omiſit, cum non ſit directè, & explicitè ab illo abſolutus, tenetur, quãdo illius recordatur, iterum confiteri.nu.14.

Qui cauſam dat in ſomno pollutioni edendo, vel ebrietati bibendo, ſi antequam pollutio, vel ebrietas ſequatur, ſe pœniteat, & plenè confiteatur; non tenetur deindè pollutione, vel ebrietate ſequuta, iterũ confiteri.nu.15.

Mandans, potens reuocare mãdatum, & non reuocans maius peccatum committit: quam qui mandatum non reuocat, quia reuocare non poteſt.nu.16.

Grauior pœna in foro fori data, grauiorem culpam in eodem foro ſupponit. nu.17.

RESOLVTIO XXIII.

Quidam præcepit, ſeù mandauit fieri Veneficium, &c. cum abuſu Sanctiſsimi Sacramenti, vel Olei ſancti, &c. ſed antequam ſequatur talis abuſus, ſe pœnitet, & moraliter tunc non poteſt reuocare mandatum, vel præceptum; An poſsit hic nunc abſolui à quocunque Confeſſario inferiori, etiam ſi certo ſciat ſequuturum abuſum prohibitum; Vel an teneatur, poſtquam ſequuta eſt abuſio, iterum confiteri Pœnitentiario?

1 Reſpondeo, quod hic talis non incidit in caſum noſtrum reſeruatum cum cenſura; & conſequẽter poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori, & poſt abſolutionem, etiam ſi re vera abuſio ſequatur, non tenetur iterùm peccatum illud confiteri Pœnitentiario. Ità Caſtrus Palaus tom.1. tract.2. diſp.1. punct.3. num.2. verſ. ab hac regula, &c. Fagundez 2. Eccleſ. præcepto, lib.8. cap.7. nu.18. in caſu ſimili. Henriquez lib.5. de pœnit. cap.5. num.5. in Gloſ. litt. H. Azorius tom.1. lib.1. cap.7. verſ. in hac re, &c. Tabiena verb. excommunicatio 5. caſu 1. Franciſcus de Lugo in decurſu præuio ad Theol. moral. par.2. cap.2. nu.32. Innocentius in cap. Mulieres de ſentent. excommunic. Gloſ. in cap. cum quis de ſent. excommun. in 6.

2 Prima pars, quod ſcilicet poſſit hic abſolui à quocunque confeſſario inferiori, patet; nam in littera caſus habemus verbum, Abutantur, quod intelligitur de effectu conſummato, non vero de attentato, vt ex Ioanne Andrea obſeruat Graff. in praxi lib. 2. regula 3. cap.4. nu.10. ex Syluestro verb. caſus, qu.3. Bellocchius de caſ. reſeru. par.2. quęſt.1. nu.59. Idem Graff. deciſ. aur. 1. part. lib.1. cap.13. & de caſibus reſeruatis lib.2. cap.18. num.38. & 45. ex cap. relatum de cleric. non reſid. alia vide in reſol. 48. & 69. huius tractatus: ſed in caſu expreſſo abuſio ſacramẽtaliũ per alium non eſt ſequuta, ſeù adhùc non eſt conſummata; ergo nec reſeruata, & conſequenter poteſt à quolibet abſolui.

3 Confirmatur, quia dictio, Per, perfectionem, & continuationẽ totius temporis ſignificat l. Vrbana, §. pernoctare, ff. de verb. ſignif. & Bartolus in l. quinquaginta, num.1. ff. de excuſat. tutor. Ac in l. illud, ff. de officio Pręſidentis. Et Abbas in cap. ſi conſtiterit num. 13. de accuſation. Maſcard de probat. concl. 1221. nu.2. ergo abuſio per aliũ intelligitur de abuſione per totum tempus, vſque dum conſummetur, vt

ſit reſeruata;ſed in caſu noſtro non eſt conſummatum tempus abuſionis; ergo nec reſeruationis caſus.

4 Confirmatur ſecundò, quia non eſt reſeruatus caſus contra intentantes abuſionem,&c. ſed contra abutentes, &c. ſed hic eſt intentator adhùc abuſionis, & non abutens, &c. ergo non eſt comprehenſus in caſu reſeruato,& conſequenter poteſt abſolui.

5 Confirmatur tertiò, ab Azorio loc. cit. quia eo ipſo, quod à priori voluntate receditur, iã non ex ea,ſed aliundè effectus naturalis emanat. Veluti ſi Titius Caij ſeruus ſe abijciat, & præcipitet in puteum, vel foueam, vndè exire non poſſit,& eum ſui facti pœniteat; in voluntatem eius conferri nec debet, nec poteſt, quod Domini ſui iuſſa nõ faciat interim, dum in puteo, vel fouea iacet ſua ſpontè proſtratus. Ità Azorius.

Nec dicas,quod mandatum eſt iam conſummatum, nec habet ampliùs, quod faciat pro abuſione futura.

6 Quia contra eſt, nam non mandantes,ſed abutentes per alium incidũt in caſum reſeruatum, & qui mandauit, adhùc non eſt abuſus oleo ſancto, &c. ſi enim reſeruatio eſſet expreſſa contra mandantes, vtique non poſſet abſolui,quia iam delictum eſſet conſummatum; ſed quia eſt expreſſa contra abutentes,vſque ad veram,& conſummatam abuſionem, non eſt caſus reſeruatus,vt dixi.

Nec dicas ſecundò,quod in fine caſus ſint appoſita illa verba, Et ſi dictus abuſus re ipſa non ſequatur.

Quia verba illa dicunt ordinem ad dantes, ſiue recipientes; non verò ad abutentes,vt patet conſideranti.

7 Secunda pars,quod ſcilicet talis pœnitens non teneatur ampliùs confiteri peccatum hoc, poſtquam abuſio ſequuta eſt;Probatur,na mhic talis nunc pèrfectè explicauit peccatum ſuum, nempè affectum abuſionis ſacramentalium,& commiſſionẽ ad hunc finem; igitur ad aliud non tenetur in ordine ad confeſſionem. Hæc conſequentia patet;Antecedens probatur,nam effectus indè ſequutus in ordine ad hunc pœnitentem,non eſt voluntarius, quia effectus malus eſt iam præciſus ante conſummationem per actum voluntarium oppoſitum huius pœnitentis; ergo non eſt amplius peccaminoſus effectus malus in ordine ad hunc pœnitentem; ſequitur enim contra voluntatem actualem pœnitentis.

8 Cõfirmatur primò, quia ſi mandans moreretur antè conſummationẽ delicti non eſſet excõmunicatus, etiam ſi ſequatur abuſio c. relatũ, & c. licetde officio,& poteſtate Iudicis delegati.Et hoc ideò,quia voluntas mandantis eſt iã extincta;ſed nõ minus eſt extincta p actum oppoſitũ,quàm per mortẽ;ergo vtrobique par ratio; Si ergo mãdatum eſt extinctum, conſequenter effectus, indè ſequutus,quoad forum animæ nõ poteſt mandanti tribui, quicquid ſit quoad forum fori.

9 Confirmatur ſecundò,quia hic pœnitens pęnitentia correptus, nunc non eſt ampliùs inobediens Eccleſiæ; ergo effectus malus indè ſequutus,etſi huic tribuatur, non tribuitur inobedienti; cùm ſit redditum impoſſibile mandatum reuocare nunc: & qui impoſſibile non exequitur, inobediens dici non poteſt, cùm ad impoſſibile nemo teneatur;ſed qui non eſt inobediens Eccleſiæ,pœnas eccleſiaſticas ſubire non debet, vt cum Sanchez lib. 9. de matrim.cap.32. n.13.& cum multis DD. diximus in primo ſuppoſito primæ reſol.huius tractatus;ergo neque hic pęnitens in caſu noſtro.

10 Confirmatur tertiò,quia ebrius, qui occidit clericum in ebrietate, ſi poſt potationem vini, antequam inebrietur, ſe pœniteat, non eſt excommunicatus; quia non eſt inobediens Eccleſiæ nunc; ſicut nec eſt excommunicatus, qui fecit furtum, & tempore excommunicationis non eſt ſoluendo, quia reſtitutio ei non eſt poſſibilis, vt inquit Henriquez lib.5.de pœnit. c.5. nu.5.

nu.5.in gloſ.litt.A.ex mente Soti in 4. diſtinct.12.queſt.1.art.7.Mart.de Mag. quæſt.de temperantia,& aliorum;ergo ità etiam erit dicēdum in caſu noſtro, quod ſcilicet non incurrat talis, poſtquam abuſio,&c.eſt ſequuta,in caſum reſeruatum.

Nec dicas primò,quod mandatū ità influit in abuſionē,&c.vt nunquam ſatis poſſit explicari tota malitia actus abuſionis, niſi explicetur quod ipſa abuſio poſtea ſequuta fuerit.

11 Quia contra eſt; nam tota malitia actus fuit explicata in cauſa,nempè in mandante, & affectu, & poſtea ſequitur de natura ſua effectus inuito mandante, & conſequenter abſque noua culpa, & malitia pœnitentis; ſi ergo abeſt noua culpa, abeſſe debet noua obligatio confitendi.

Nec dicas ſecūdò, quod cauſa peccati non eſt verè, & efficaciter interciſa pet actum pœnitentiæ; quia voluntas, qua fuit volita cauſa formaliter, & virtualitet effectus præuiſi, ſeù abuſio,&c.fuit voluntas efficax.At pęnitentia ſubſequens prouenit à voluntate inefficaci,ſeù à ſimplici diſplicentia cauſæ datæ,cùm verè non impediat effectum malum; ergo adhùc effectus erit à voluntate efficaci, qua fuit volita cauſa, & conſequenter peccaminoſus mandanti.

12 Quia contra eſt; nam cauſa peccati eſt verè, & formaliter interciſa quoad ſuam entitatem, prout dicit moralem, & peccaminoſam informationem à praua voluntate mandantis, etſi non dicat veram, & formalem interciſionem quoad effectum phyſicum; effectus enim ille quoad peccatum, & in foro conſcientiæ tribui non poteſt voluntati mandantis, quia voluntas mādantis non informat talem actum,cùm ampliùs non perſeueret, neque habitualiter,neque virtualiter, dum eſt interciſa per actum oppoſitum. Vndè etſi talis effectus prauus tribui poſſit in foro fori,& quoad entitatem phyſicam mandanti; in foro tamē conſcientiæ, & quoad eſſe morale peccati huic tribui non poteſt: forum enim fori reſpicit opus externum,forum verò poli reſpicit voluntatem. Can. ſi quis non iratus 15. quæſt. 1.Quod fuſiùs videri poteſt in prima parte mearum reſolutionum, reſol.52. Vndè prouenit abuſio illa quoad phyſicum ſuum à mandante; quoad morale verò, & peccaminoſum dici nō poteſt, quod à mandante proueniat, dum reſpectu mandantis nullo modo eſt culpabilis, cùm nunc contineat actum voluntatis oppoſitum illi effectui.

Nec dicas tertiò, quod qui mandat occidi, etiam ſi non potuit mandatum reuocare, fit irregularis, ſi occiſio ſequatur:ergo ſic à pari in caſu noſtro.

13 Quia contta eſt; nam quicquid ſit de antecedenti, ſi mandans ſe pœnituit, & fecit quantum potuit, de quo hic non diſputo,tamen falſa eſt conſequentia. Et ratio diſparitatis eſt manifeſta, quia irregularitas contrahitur ſine culpa, cùm in culpa fundetur; excommunicatio vetò non contrahitur ſine culpa,nō ſolùm phyſica,ſed etiam morali,ſeù ſine perſeuerantia,vt patet, at in caſu noſtro non eſt culpa, quando excommunicatio aducnire debet, & neque eſt contumacia, cùm inferatur,ad hoc vt Chriſtianus ſe reſipiſcat. Ità Alphonſus de Leone de cenſur.recoll.1.num. 140. 141. & 142. qui citat Bonacinam de cenſ. in gen.diſp.1.q.1. pat.6. nu.6. Et Auilam de cenſ.part.2. cap.5.diſp.3. dub.7. concluſ.2.in fine. Quod ſi dicas, quod etiam irregularitas ex homicidio non contrahitur ſine culpa;tunc reſpondeo, quod neque in caſu propoſito eſſet irregularis in foro conſcientiæ,quicquid ſit in foro fori.

Nec obſtat quartò, can. Si quis inſaniens 15. quæſt. 1.vbi datur pęnitentia,etſi leuior ei, qui inſaniens hominem occidit, ſi ad ſanam mentem peruenit.

Quia vel can. ſupponit talem inſaniētem habere lucida interualla, dùm dicit, ſi ad ſanam mentem peruenit;

vel loquitur in foro fori ad cautelam, vt inquit ibi gloſ. ne ſcilicet diſciplina Eccleſiæ deſeratur. Vel dic cum Alphonſo de Leone loc. citat. num. 143. verſ. Ad confirmationem, &c. quod textus loquatur de pœnis vendicatiuis, non verò de cenſuris, & pœnis ſalutaribus. Vel dic Gratianum ibi tractare de irregularitate ſecundum Couar. in Clem. furioſus part. 3. relect. in initio, citatum ab Alphonſo loc. citat. nu. 144.

Nec dicas quintò, quod qui per obliuionem inculpabilem in confeſſione omiſit peccatum, tenetur illud confiteri, quando illius recordatur; ergo ſic à pari, licet hic confeſſus ſit cauſam abuſionis; quando tamen abuſio eſt ſequuta, tenetur illam confiteri.

14 Quia contra eſt; nam etſi verum ſit antecedẽs, conſequẽtia eſt falſa; & ratio diſparitatis eſt manifeſta, quia in primo caſu nunquam directè, & explicitè confeſſus eſt pœnitens peccatum illud, maximè ſi oblitũ ſit reſeruatum: ad quam explicitam, & directam cõfeſſionem tenetur ex præcepto diuino, vt aliàs dixi cum Layman, & alijs. at in caſu noſtro iam pœnitens confeſſus eſt totam malitiam, & moralitatem actus per ſe directè, & explicitè, & de hac malitia iam ſubiecta clauibus habuit per ſe directè, & explicitè abſolutionem; ergo etſi ille teneatur ad confitendum peccatum oblitum, pœnitens tamen in caſu noſtro non tenetur confiteri abuſionem, &c. ſequutam poſt confeſſionem.

Nec dicas ſextò, qui cauſam dat in ſomno pollutioni edendo, vel ebrietati bibendo, & hoc ideò vt ſibi pollutio, vel ebrietas contingat; ſi antequã contingant, verè pœniteat, & perfectè explicet cauſam datam, & plenè confiteatur, non ſatisfaciet, ſed opus erit, vt poſt pollutionem, & ebrietatem iterum confiteatur; ergo ſic à pari in caſu noſtro.

15 Quia ad hoc reſpondet Azorius to. 1. lib. 1. cap. 7. verſ. in hac re, &c. circa medium his præciſis verbis: Deindè mihi videtur longè probabilius, & verius, neminem in ſomno, ebrietate, furore, vel amentia, & quacunque culpa proueniente, etiam per veram, pœnitentiam non ſublata, aut per contrariam voluntatem non mutata, peccare. Quod tradunt Gabriel, Maior, Couarr. Caſtrus, Almainus, Cordubenſis, &c. Ratione id comprobo; non enim peccat quis in eo, quia cauere, & declinare, nõ eſt in ſua poteſtate: ſed nemo in ſomno, ebrietate, vel amentia, quando rationis compos non eſt, poteſt impedire, aut deuitare effectum; etiam ſi culpa, & voluntate præcedenti ſomnus, ebrietas, vel amentia contingerint: nec eſt maior ratio cur mala potius tribuantur voluntati, quàm bona, ſed tãquam certum communi ſententia receptum eſt, neminem in ſomno, ebrietate, vel amentia mereri aliquid poſſe. Et certè ex Auguſtino, Ambroſio, Hieronymo, & Origene colligi videtur hæc ſententia. Ait enim Auguſtinus, culpandum eſſe Loth, non quantum inceſtus in ebrietate admiſſus, ſed quantum ebrietas meretur. Hæc Azorius ibi; ſi ergo nullum committit peccatum nouum, ſi confitetur antequam ebrietas, vel pollutio contingat, non tenetur poſt pollutionem iterum confiteri, & conſequenter nec in caſu noſtro.

Inſtabis; ergo etiam ſi mandatum non reuocet cum poſſit, non erit caſus reſeruatus, cùm non ſit maius peccatum nunc, quàm priùs.

16 Sed contra eſt; nam vel mandans potuit reuocare mandatum, & noluit, & tũc dico, quod ſit maius peccatum; quia ex affectu tantùm, deindè tranſit in effectum, & conſequenter ſicut differt peccatũ in affectu à peccato opere completo; ſic erit maius peccatum abuſio iam facta, & à mandante non impedita, quàm abuſio in deſiderio, & data in mandatum antè conſummationem; tunc enim conſummatio non eſt ampliùs voluntaria quoad malitiã,

quie-

quicquid ſit quoad attributionem.

Nec dicas ſeptimò, quod in foro externo grauiùs punitur opus conſummatum, quam opus malum intentatum; Sic videmus in homicidio, & alijs multis, ſed grauitas pœnæ ſupponit grauitatẽ culpæ; ergo tenetur pœnitens iterum confiteri poſt abuſionẽ, quia culpa tunc effecta eſt grauior.

17 Reſpondeo, quod etſi verum ſit, quod grauior pœna ſupponit grauiorem culpam, ſi pœna fuit data in foro fori, & hæc grauior culpa eſſe debet in ordine ad forum fori, non verò in ordine ad forum animæ. At quia forum fori non reſpicit voluntatem; ſed opus externum conſummatum cap. ſi quis non iratus 15. quæſt. 1. ideò quod non eſt grauiùs in foro conſcientiæ, æſtimatur grauiùs in foro fori, & per hoc in foro fori datur grauior pœna, quam non meretur pœnitens in foro conſcientiæ.

SVMMARIVM.

Mandans fieri veneficium cum abuſu Sacramentorum, ſed dubitans an mandatum ſit opere completum, à quocunque inferiori abſolui poteſt. nu. 1.

RESOLVTIO XXIV.

Quidam mandauit fieri Veneficium, &c. cum abuſu ſacramentorum, &c. ſed nunc dubitat, an mandatum ſit opere completum à mãdatario. Quæritur an poſſit abſolui à quocunque Confeſſario inferiori?

1 RÉſpondeo, quod poteſt abſolui à quocunque Confeſſario inferiori. Tum quia ſtatutum reſeruationis, etſi fauorabile eſſet, tamen eſt reſtrindum, quia pœnã continet, quæ eſt præſentatio pœnitentis ſuperiori, vt ſupra diximus cum Sanchez, & Suarez. Tum quia Epiſcopus poteſt reſeruare caſus dubios, & non reſeruauit. Tum quia dubium in caſu noſtro eſt iuris, quod poteſt deponi per ſcientiam facti practicam. Tum quia dubitãs poſt factam diligentiã, dicitur inuincibiliter ignorans. Tum quia ſtatutum reſeruationis in tali caſu dicitur non ſufficienter promulgatum; prout hæc, & alia videri poſſunt in ſecunda reſolutione huius tractatus.

SVMMARIVM.

Idololatria eſt honor debitus ſoli Deo, tributus creaturæ nu. 1.

Idololatria duo dicit eſſentialiter; nẽpè quod honor ſit tributus creaturæ, qui ſoli Deo eſt debitus, & quod ità tribuatur creaturæ, ſicut Deo tribui debet; ideſt, quantum eſt ex parte creaturæ tribuentis, ipſa habeat intentionem conciliandi opinionem alteri creaturæ, quæ ad Deum ſolum ſpectat. nu. eod.

Hæc intentio conciliandi creaturæ talem opinionem eſt duplex, Implicita, & Explicita; Explicita eſt etiam duplex, Actualis, & Habitualis. nu. eod.

Omnis magia eſt implicita, ſeù tacita Idololatria. nu. eod.

Idololatria quãdo eſt cum errore intellectus, tunc habet coniunctam hæreſim, & eſt quando putat creaturam à ſe adoratam, eſſe re vera Deum; quando verò ſcit creaturam à ſe adoratam vt Deum, Deum non eſſe, tunc caret errore intellectus, & conſequenter hæreſi. nu. 2.

Contra Idolatras ſine errore intellectus nulla eſt excommunicatio in corpore iuris expreſſa. nu. eod.

Sicut hæreſis eſſentialiter petit errorem intellectus, ſic Idololatria petit voluntatem internam conciliãdi creaturæ æſtimationem ſoli Deo debitam per cultum diuinũ tali creaturæ exhibitum. Vnde dicitur fictus Idolatra qui talem voluntatem non habet. nu. 3.

Idolatra ſiue verus, ſiue fictus incidit in caſum noſtrum reſeruatum. nu. 4.

Obſe-

Obſequium Dęmonì promittere, eſt ſe voluntati Dæmonis emancipari, & nolle quod Dæmoni diſplicet. nu. 5.

Dæmon dicitur alligatus alicui rei, vel quia ipſe Dæmon voluntariè inibi aſſiſtit, & ad carmina, &c. ſtatim reſpondet; vel quia ſuperior Dæmon Dæmonem inferiorem in illa ligat ad petitionem Strigonis poſſidentis talem Dæmonem ſuperiorem. nu. 6.

Promiſſio eſt deliberata, & ſpontanea fidei obligatio facta alteri de re quapiam bona, & poſſibili. nu. 7.

Promiſſio ficta, & ſine animō ſe obligandi, non tenet; cum eſſentialiter requirat animum ſe obligandi. nu. eod.

Qui condunt, ſeù condere faciunt imagines &c. vt ibi Dæmones conſtringant, non verò qui factas emunt, incidunt in caſum noſtrum. nu. 8.

RESOLVTIO XXV.

Si reſeruatio fieret his verbis, Omnes ſint ipſo facto excommunicati, qui Dæmoni obſequiũ promittunt, ſacrificia, ſiue thus offerunt vel per ſe, vel ad alterius inſtantiã condunt, ſiue condere faciunt quamlibet imaginem, ſiue anulum, aut quodcunque aliud artificiatum, vt in eo Dęmonem conſtringant. Quomodo eſſent intelligenda hæc verba

1 PRo intelligẽtia, Nota primo, quod thus offerre Dœmoni eſt actus idololatrię; eſt enim idololatria ex D. Thoma 2.2.q.94.art.1. quando tribuitur honor creaturæ, ſicut Deo; vt thure adolere, ſacrificia offerre, altaria, & templa extruere, genuflectere, caput aperire, pectus pugno percutere, corpus humi proſternere. Ità Azorius to. 1. lib. 9. cap. 11. verſ. ſecundo quæritur, &c. Idololatria tñ in ſuo formali duo petit; Alterum eſt, vt honor, & cultus creaturæ tributus, ſit ſoli Deo debitus; [redacted] Alterum eſt, vt honor, & cultus verè impendatur creaturæ, ſicut Deo impendi oportebat; & tũc dicitur quis diuinum cultum creaturæ exhibere, tanquam Deo: quando eam creaturam ſic proſequitur diuino cultu, vt quantum in ſe eſt, velit opinionem talem creaturæ conciliare per talem cultũ, qualis opinio re vera ad Deum tantum ſpectat. Hanc talem intentionem poteſt homo dupliciter habere; alteram explicitam; implicitam alteram. Explicita etiam dupliciter eſt, actualis ſcilicet, ſeù præſenti intentione, quando cultum adhibet; Et virtualis, ſeù habitualis, & eſt quando cultus procedit ex vi ſolius prioris intentionis, qua quis creaturam antea ſic colere ſtatuit. Implicita verò voluntas, ſeù intentio, eſt quando quis, etſi verum Deum agnoſcat, & falſitatem idololatriæ, tamẽ ductus à timore, vel à proprio intereſſe obeçeatus intendit id ipſum, creaturam venerando, efficere, quod intendunt ij, qui re vera diuinos honores exhibere volunt illi creaturæ. Sic omnis magia eſt ſaltem implicita, ſeù tacita idololatria, quia non tàm intendunt Magi cultum illum exhibere Dœmoni vt Deo, quam tanquã benefactori cuidam, & munifico, à quo aliquid conſequantur. Ità del Rio lib. 1. Diſquis. mag. cap. 2.

2 Hinc manifeſtè deducitur, quando idololatria eſt cum errore intellectus, quando verò eſt ſine, & conſequenter quando eſt cum hæreſi coniuncta, quando verò non. Nam quando Idolatra putat creaturam à ſe adoratam eſſe Deum, tunc eſt cum errore intellectus, & conſequenter cum hæreſi cõiuncta, & contra hunc eſt excommunicatio in bulla Cœnæ Domini; Quando verò non credit creaturam, ſeù Dœmonem eſſe Deum, vult tamen illi honorem diuinũ deferre, tũc Idololatria eſt ſine errore intellectus. Deducitur ex D. Th. 2.2.q.94.ar.3. ad primum, & contrà hunc nulla adeſt excõmunicatio in corpore iuris, teſte Suarez to. 1.

de

de relig. lib. 2. de ſuperſtitione cap. 6. nu. 20. 21. & 22. etſi ſint excommunicati in noſtra Diœceſi, & in alijs quibuſdam ex vi huius caſus reſeruati cum cenſura.

3 Aduerte tamen, quod ſi quis tribueret creaturæ cultum, ſeù honorem ſoli Deo debitum, ſine tamen voluntate interna conciliandi creaturæ æxtimationem ſoli Deo debitam, per cultum diuinum illi creaturæ exhibitum, non diceretur verus, ſed fictus idolatra; quamuis grauiſſimum peccatum committeret; ſicut enim hæreſis eſſentialiter petit errorē in intellectu, ad hoc vt conſtituat hæreſiarcam formalem; ità vera idololatria petit eſsētialiter eā voluntatem peruerſam, ſiue ſit error in intellectu, ſiue non. De quibus vide Valentiam 2. 2. diſp. 6. quæſt. 11. punct. 12. col. 1. verſ. ex diuerſa autem, &c. & punct. 3. col. 3. verſ. Apparet itaque, & verſ. Neque obſtat, &c. Sanchez in ſum. lib. 2. cap. 37. nu. 23.

4 Incurrit tamen in caſum noſtrum ſiuè fictus, ſiuè verus idolatra: ſufficit enim, ſi ſacrificium, ſiuè thus quacunq; intentione offerat Dœmoni, &c.

5 Nota ſecundò, quod obſequium promittere Dœmoni, eſt promittere Dœmoni facere, quod ei placet; ità quod talis emancipatur voluntati Dęmonis, nec vult quod Dœmoni diſplicet. Hinc oritur negatio ſacramentorum, refugij, & protectionis Virginis, &c. omnia, quæ ad noſtram fidem, & ſalutem ſpectant. Et cùm hæc emancipatio voluntatis nunc ad Deum tātùm ſpectet; hinc patet, quod per talem emancipationem tribuitur Dœmoni honor, Deo ſoli debitus.

6 Nota tertiò, non eſſe in homine vim includendi, ſeù alligandi Dœmonem in annlo, ſeù in vaſe, &c. Vndè quando dicunt aliqui habere Dœmonem alligatum in aliqua re, quem ſpiritum familiarem vocāt, hoc verificatur dupliciter, vel quod ipſe Dœmon ſponte ſua ſe alligauit, ſeù incluſit eum pacto tacito, vel expreſſo, quod ſemper qui rem illam poſſidet, & carmina, vel Veneficia, aut Incantamēta exprimat, ſtatim reſponſionem ab ipſo Dœmone ibi alligato accipiet; & tunc Dœmon fingit ſe ligatum ab homine, & cogi ad ſuam voluntatem; ſi enim homo haberet media alligandi Dœmonem, non eſſet inferioris ordinis Dęmonibus; et ſi poſſet medio aliquo homo conſtringere Dęmones: Dęmones ipſi non docerent medium; quia ob nullum lucrum hominibus ſubdi, eiſq; eſſe inferiores eligerent. Vel verificatur quod Dęmon ſuperior includit in illo loco, illicque alligat Dęmonem inferiorem coactè per pactum à Mago cum ſuperiori Dęmone initum, vt inferiorem includat, & alliget. Ità Tolet. lib. 4. ſumm. cap. 14. n. 7. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 13. punct. 2. col. 5. verſ. 3. neque. &c. DelRio lib. 2. Diſquis. Mag. quæſt. 30. ſect. 3. Azorius tom. 1. lib. 9. cap. 26. qu. 2. Dicitur verò Dęmon alligatus non cum phyſica coactione, ità vt Dęmone ſuperiore abſente, inferior alligatus diſcedere non valeat, ſed ſola morali coactione, ideſt Imperio; ſicut ſubditi dicuntur cogi imperio ſuperioris ad aliquid faciendum. Vide Valentiam loc. citat. & Sanchez lib. 2. ſum. cap. 42. nu. 11.

7 Nota quartò, quod promiſſio eſt deliberata, & ſpontanea fidei obligatio, facta alteri de re quapiā bona, & poſſibili. Dicitur deliberata, nempè plena deliberatione, ſeù attentione, qualis requiritur ad peccatum mortale, ad meritum, & ad votum validum. Vndè ſi cum ſemiplena deliberatione quis promittat aliquid alicui, non tenetur adimplere promiſſum, neque ſub veniali. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 18. dub. 1. Dicitur ſpontanea, vt excludat promiſſionem metu, aut fraude extortam, etſi metus ſit leuis. Ità Syluester verb. Reſtitutio 2. §. ſeptimo, &c. Nauarr. cap. 17. nu. 30. niſi ſit promiſſio iurata cum metu leui. Ità D. Thom. 2. 2. quæſt. 89. art. 7. Dicitur obligatio fidei, quia ſimplex ſignificatio voluntatis fa-

facienti aliquid, non ſufficit ad conſtituendam formalem promiſſionem, ſed oportet vt fides detur, & obligetur, ideſt vt homo ſe obliget alteri [illegible] fidei, ſeù fidelitatis. Ità Sotus de [illegible] lib. 7. cap. 1. art. 2. vndè non ſufficit ſignificare animi ſui propoſitum, ſed oportet dare fidem ſibi inducendi obligationem. Leſſ. loc. cit. nu. 6. Hinc eſt quod omnis vis obligandi in promiſſione oritur ab intentione ſe obligandi; & in dubio de tali intentione non tenetur promittens ſtare promiſſis. Leſſ. loc. cit. num. 7. Dicitur de re quapiam bona, vt excludatur promiſſio, quæ ſine peccato præſtari non poteſt; nulla enim obligatio contrahitur ad id, quod ſine peccato præſtari non poteſt cap. vltimo de pactis; fieret enim, vt idem eſſet peccatum, & virtus; bonum, & malum, & vt homo peccaret non minùs omittendo peccatum, quàm faciendo; quod omninò implicat contradictionem. Leſſ. loc. cit. nu. 8. Hinc eſt quod promiſſionem prodigam teneris exequutioni mandare, quia etſi antè promiſſionem prodiga largitio ſit peccatum; tamen poſt promiſſionẽ exequutio eſt actus iuſtitiæ, vel fidei, ſeù fidelitatis, vel religionis, prout tu te intendiſti obligare, neq; retinet ampliùs naturam donationis debiti contracti ex promiſſione Vide Leſſ. loc. cit. nu. 9. & 10.

Hinc eſt, quod promiſſio ficta, & ſine animo ſe obligandi, non tenet; quia vt quid eſſẽtiale promiſſio requirit animum ſe obligandi. Vide Coninck diſp. 21. dub. 2. nu. 7. & diſp. 22. dub. 6. num. 37. Leſſ. de iuſtit. cap. 10. dub. 3.

8 Nota quintò, quod qui cõdunt, ſiuè condere faciunt imagines, ſiuè anulos, vt in eis Dœmonẽ conſtringant, incidunt in excommunicationem, & caſum; non verò qui factas emunt, vel tradunt alteri ad Dœmonem in eo conſtringendum, etiam ſi talem conſtrictionem conſulant, vt diximus in 24. reſolut.

S V M M A R I V M.

Promittens obſequium Dæmoni fictè, & ſine animo ſe obligandi, dummodò non ſit Veneficus, ſiue alius expreſſus in ſequenti caſu, quamuis mortaliter peccet, à quocunque tamen inferiori abſolui poteſt. nu. 1.

Promiſſio eſſentialiter requirit animum ſe obligandi. nu. eod.

Reſeruatio ſemper intelligitur de caſu vero, non ficto. nu. eod.

Vt promiſſio vera ſit, ſufficit intentio promittentis ſe obligandi; vt autem promiſſio obliget ad exequendam rem promiſſam, debet eſſe de re licita. nu. 2.

Rem illicitam promittens cum intentione ſe obligãdi, quamuis verè promittat; ad exequutionem tamen non tenetur, cum non poſſit eadem exequutio promiſſionis eſſe bona ſimul, & mala: peccatum, & virtus. nu. eod.

Ad id quod ſine peccato præſtari non poteſt, obligatio contrahi nequit. nu. eod.

Ficta promiſſio potius deceptio, quam promiſſio dici debet. nu. eod.

Beneficium liberaliter à Dæmone expectare licitum non eſt, ſed peccaminoſum. nu. 3.

Dæmon conferẽdo nobis aliquid ſemper tendit ad obſcurationem diuinæ gloriæ, & vt nos ad æternam damnationem incurramus. nu. eodem.

RESOLVTIO XXVI.

Quidam fictè, & ſine intentione ſe obligandi obſequiũ Dœmoni promiſit; An poſſit abſolui à quocunq; Confeſſario inferiori?

NOn loquimur hìc de Negromantibus, Veneficis, &c. expreſſis in tertio caſu reſeruato; ſed ſupponimus alium inuocaſſe Dœmonem, vel in Energumeno talem Dœmonem eſſe, & deindè iſte talis fictè Dœmoni huic promiſit, & ſine animo ſe obligandi, &c. Hoc poſito.

1 Reſpondeo hunc talẽ non incidiſſe in caſu noſtrum, etſi mortaliter peccaut.

caſſe aſſero. Et ratio eſt; nã de eſſentia promiſſionis eſt animus ſe obligãdi, vt in quarto notabili pced.reſol.ſed in caſu noſtro deficit animus ſe obligãdi; ergo talis promiſſio vera promiſſio nõ eſt,ſed promiſſio ficta. At reſeruatio eſt intelligẽda de caſu vero,nõ ficto; ideò enim diximus reſolut.23:quod qui ratam habet abuſionem Sanctiſſimi Sacramenti, vel ſacramenralium, non incurrit in caſum noſtrum: quia ratihabitio mandatum fictum eſt,& reſeruatio non eſt extendenda ad caſum fictum, Graff.de caſib.reſer.lib.2. cap. 23. nu.5. ergo hic talis non incidit in caſum noſtrum.

Dices, quod de eſſentia promiſſionis etiam eſt, quod ſit de re licita, vt in 4. notabili pręced.reſol.& tamẽ obſequium promiſſũ Dœmoni nũquam poteſt eſſe bonum; ergo ſicut in caſu noſtro ſaluatur promiſſio, ſeù ratio promiſſionis in re mala; ità etiam ſaluari debet, quando eſt ſine intentione ſe obligandi.

2 Sed contra eſt; nam aliud eſt quod vera ſit promiſſio; aliud eſt ꝙ promiſſio obliget ad ſui exequutionem. Ad hoc.n.vt promiſſio vera ſit,eſſentialiter requirit intentionem promittentis ſe obligandi: at ad hoc vt promiſſio obliget ad exequutionem ſui, debet eſſe de re licita. Vndè ſi illicitum promittatur cum intentione ſe obligandi,vera promiſſio eſt; ſed non tenetur promittens ad exequutionem illius, quia talis exequutio eſſet bona, & mala; bona,prout eſſet exequutio promiſſionis:mala,prout eſſet peccaminoſa; & eadem entitas eſſet peccatum, & virtus, & promittens non minùs peccaret omittendo promiſſionem, quàm exequendo illam. Et ideò diximus, quod etſi promiſſio de re illicita ſit vera promiſſio,tamen obligationem non parit; nulla enim obligatio contrahitur ad id, quod ſine peccato præſtari non poteſt, cap.vltimo de pactis. Hinc eſt, quod quando quis promittit rem illicitam cum intentione ſe obligandi, verè promittit,& hæc eſt vera promiſſio, & conſtituta iam in ſuo eſſentiali; etſi non teneatur ad exequutionem promittens, quia materia non eſt licita; ideò enim dicimus quod pecunia promiſſa ob fornicationẽ, aſſaſſinium, &c. tenet poſt patratum delictum, etſi antea erat inualida, & nullius valoris, Leſſ.de iuſt.lib.2.cap.18.dub.3.nu.17. Quando verò promittens non habet animum ſe obligandi, tunc verè non promittit; ſed ficte tantùm promittit, & ſic deſtruit eſſentiam promiſſionis. Vndè etſi rem optimam, & licitam fictè promittit, non tenetur ad exequutionem illius promiſſionis, per ſe, non verò per accidens, ſicut in promiſſione de re illicita. Promiſſio enim ficta eſt potiùs deceptio, quàm promiſſio.

Cùm ergo in ficta promiſſione non ſaluetur eſſentia promiſsionis, & in promiſsione de re illicita ſaluetur; ideò quamuis obſequiũ Dœmoni promittatur, quod nũquam poteſt eſſe licitum; quando verè promittitur, promittens incidit in caſum noſtrum: quando fictè promittitur, cum hæc ſit deceptio, & non promiſſio, talis promittens non incidit in caſum noſtrum.

3 Quod verò peccauit mortaliter,patet; quia hic talis beneficium aliquod liberaliter à Dœmone expectat, quod licitum non eſt; & iam ſocietatem, & pactum cum Dœmone inijt,quod omninò interdictũ eſt:cum ſemper Dœmon tendat (conferendo nobis aliquid) ad obſcurationem diuinæ gloriæ,& ad hoc vt nos ad æternam damnationem incurramus. Ità Sanchez in ſum.lib.2.cap.42.nu.19.

SVMMARIVM.

Exorciſta,qui Dæmonis voluntatem in re licita facere promittit, vt obſeſſum ab ipſo Dæmone liberet,nec peccat, nec incidit in caſum noſtrum reſeruatum.nu.1.

Licitum eſt Dæmonis petitionibus licitis cõſentire,ſiue illas promittere.nu.2.

L *Pactum*

Pactum,quod ſit inter amicos, cum Dæmone inire non licet; Pactum verò, quod ſit inter inimicos ad inimicitiam confirmandã, cum Dæmone factum non eſt illicitum. num.3.

Exorciſta vt obſeſſum à Dæmone liberet poteſt permittere, vt ipſe ſiue in animalia, ſiue in homines intret; multis tamen concurrentibus conditionibus.nu.4.

Quamuis beneficium à Dæmone recipere nõ ſit licitum; tamen promittere ei rem licitam, non ad finem ei complacendi, ſed vt de corpore exeat, illicitum non eſt,cum nõ ſit beneficium quærere, ſed malum euitare.num.5.

Promiſſio rei licitæ Dæmoni facta non eſt pactum ſocietatis,inter nos, & Dæmonem illicitum: ſed expulſionis,inter capitaliſſimos hoſtes fieri ſolitum.nu.6.

Expulſio Dæmonis ab obſeſſo fieri non poteſt deprecando, cum deprecatio ſit inter ſuperiorem,& ſubditum:.ſed tantum paciſcendo, cum etiam inter inimicos fieri ſoleat pactum.nu.7.

Quamuis Exorciſta paciſci poſſit cum Dæmone, vt de corpore exeat, rem licitam promittendo;non tamen id facere tenetur. num.eodem.

RESOLVTIO XXVII.

Quidam Dæmon dixit Exorciſtæ, quod ſi vellet facere voluntatem ipſiuſmet Dæmonis,in re tamen licita, libenter exiret de corpore obſeſſi, quem ipſe exorcizabat; Exorciſta promiſit tali Dæmoni tale honeſtũ obſequium; Quæritur, An peccauit mortaliter, & incidit in caſum prædictum reſeruatum?

1 RESpondeo talem Exorciſtam nullo modo peccaſſe,& conſequenter opus non habere accedendi ad ſuperiorem pro abſolutione. Itã cohærenter ſentit Sanchez in ſumm. lib. 2. cap.42. nu. 36. Tyræus de Dœmoniacis cap.58.à nu.1.

2 Probatur,quia licet ijs petitionibus Dœmonis conſentire: ergo etiam licebit ei promittere talẽ conſenſum. Conſequentia patet; nam ſi opus ipsũ eſt licitum: ergo promiſſio huius operis;promiſſio enim ſequitur naturam, ſeu ſpecificatur ab opere promiſſo, vt dixi alias. Antecedens probatur, quia conſentijt Chriſtus ipſe ijs petitionibus, vt quando Dœmones ipſum rogarunt, ne è regione Gereſenorum, quam quaſi poſſidebant,pellerentur.

Confirmatur, quia conſentire petitioni licitæ, eſt aliquo modo facere ſecundum voluntatem Dœmonis, & tamen hoc licitum eſt: ergo etiam promiſſio de eadem re.

Dices primo,quod non ratione rei, quæ promittitur, ſed ratione pacti eſt hoc interdictum.

3 Reſpondeo, quod pactum,quod dicit amicitiam, non eſt licitum cum Dœmone, cum ſit communis hoſtis &c. at pactum, quod ſtat inter inimicos ad inimicitiam confirmandam, illicitum non eſt: & pactum in caſu noſtro eſt, vt de corpore exeat, & exentetur à nobis.

Dices ſecundo,quod hoc ſit concedere ei aliquid,tanquam amico, & ei placere,quod non eſt dicendum.

Reſpondeo, quod hæc conceſſio non fit ei tanquam amico, vel ad finem ei complacendi; ſed ad hoc vt faciliùs à corpore obſeſſo egredi cogatur; & ſic id,quod per ſe intenditur, eſt exitus ab illo corpore, & vti medium facile ad talem exitũ promittitur hoc, quod licitum eſt; cum non ſit contra Deum, vt ſupponimus,nec contra proximum.

Dices tertio,Chriſtus permiſit Dœmones intrare in porcos:ergo ſi argumentum noſtrum procederet, ſequeretur,quod etiam Exorciſtæ liceret ipſos in animalia cum damno tertij mittere, quia ſic fecit Chriſtus. Adde quod etiam in alios homines, quia

Deus

Deus Iob. 1. Dœmoni rogauti,vt Iob affligeret,permiſit.

4 Reſpondeo concedendo totum; nam licet non ſolùm in porcos, ſed etiam in alios homines permittere, vt Dœmones intrent,concurrentibus quatuor conditionibus. Prima eſt, vt poſſeſſurus à tali Dœmone ex volũtate Exorciſtæ, ſit peſſimus, & dignus eo ſupplicio. Secũda cõditio eſt,vt Exorciſta habeat ius, & imperiũ ad illũ locũ,quem Dœmõ poſſeſſurus eſt,& etiã habeat dominiũ, & ſummũ ius ad ipsũ Dœmonem expellendum ad ſuum libitum. Tertia conditio eſt,vt adſit ſpes maioris boni, nempè ſalus animæ ipſius futuri dœmoniaci, & quod non ſit aliud medium proportionatum ad talem ſalutem obtinendam. Quarta eſt, vt abſit voluntas placendi Dœmoni, ſed hoc fiat ad vtendum Dœmone, tanquam lictore, & carnifice, de quibus omnibus vide Tyræum l.c.à num. 8.& Sanchez l.c.in fin.Hæ tamen conditiones non facilè inueniuntur in omnibus hominibus, ſicut inueniuntur in Chriſto, & in D. Paulo, qui 1. Cor. 5. quendam Corinthiũ Dœmoni tradidit. & 1. Tim. 1.Dœmoni etiam tradidit Alexandrum,& Hyrenæum.

Dices quarto:ergo licet à Dœmone beneficium recipere contra doctrinam communem Soti lib.8.de iuſt.qu.3.ar. 3.Sanchez lib.2.cap.42.num. 22. ideò enim dicimus,quod non licet adiurando inuocare Dœmonem,vt auxilium præſtet contra tempeſtates,& alia frugibus nocentia; D. Thom. 2. 2.qu.90. art.3.in fin. Nec licet Exorciſtæ præcipere Dœmoni ſuperiori,vt inferiorem è corpore pellat.Sotus lib.8. de iuſt.q. 3.art.2.immediatè ante verſ.Huius autem &c.Sanchez l. c. num. 21. Suarez tom.1.de relig.lib.2.de ſuperſt.cap.18 num.8.Leſſ.lib.2.de iuſt. cap. 44. dub. 6.num.46.quicquid in contrarium dicat Sylu.verb.Adiuratio q.5.

5 Sed contra eſt; nam hoc non eſt beneficiũ à Dœmone quærere,ſed potiùs ipsũ aſtringere, vt à tali obſeſſo exeat; & quia cum tali promiſsione facilius aſtringitur ad talem exitum:ideò talis promiſsio fit non ad finem, vt ipſe de hoc ſe complaceat, cum nullam complacentiam habere poſsit, niſi ex re contra Deum,vel proximum;ſed vt de corpore exeat, & ſic non eſt beneficium à Dœmone quærere, ſed malũ euitare;non enim beneficium recipio, ſed malum euito.

Dices quinto, quod hoc ſit facere pactum cum Dœmone,& conſequenter cum eo ſocietatẽ admittere, quod non eſt dicendum.

6 Sed contra eſt;nam hoc non eſt pactum ſocietatis,ſed expulſionis, quod etiam licet fieri inter hoſtes capitaliſſimos, ad finẽ expellẽdi eos à proprijs ciuitatibus; & ſic hoc pactum eſt potiùs inimicitiæ ſignum,quam amicitię, vt patet.

Dices ſextò,quod non liceat deprecando expellere Dœmonem à corpore,& hoc ideò, quia hæc eſt quædam inchoatio pacti,vt optimè Sanchez l.c. cap.42.num.19. ergo à fortiori non licebit pactum ipſum inire cum Dœmone.

7 Reſpondeo, quod deprecatio fit ſuperiori à ſubdito,& ſic eſt ſubiectio quædã, & nõ licet nobis ſubijci Dœmonibus.At pactio benè ſtat etiam cum inferiori, maximè cum Dœmonis damno, quale eſt expulſio à tali corpore. Quando enim deprecamur,incipimus, amicitiam, & ſocietatem per viam ſubiectionis inire; at cum inimus pactum recedendi, tunc verè ſignificamus inimicitiam, quam appetimus cũ ipſo,& ideò licitum.

Nota tamen, quod etſi poſſit Exorciſta hoc facere, tamen non tenetur cõſentire huic licitæ petitioni Dœmonis, etſi ipſe Dœmon faciliùs egrederetur de tali corpore obſeſſo, vt optimè Sanchez,& Tyræus locis citatis.

SVMMARIVM.

Qui ſcietias,ſiue bona,ratione obſequij præſtiti Dæmoni acquiſiuit, poteſt ijs vti;dummodo ſcientiæ ſint naturales, & bona non ſint apparentia, nec certo domino ſublata. num.1.

Scientiæ,ſiue bona naturalia à Dæmone habita,licet ſint illicitè acquiſita, non tamen illicita ſunt ratione vſus; cum à Dæmone in conſeruari non pendeant.num.2.

Translatus à Dæmone de vna ciuitate in aliam, licet peccet in modo accedendi; non tamen peccat bonis illius ciuitatis fruendo.num.eodem.

Dæmon bona data Strigibus, vel obſequiū ei præſtantibus, poteſt ex profundo Maris, vel ex aliquo theſauro ſub nullius dominio auferre.num.3.

Aliud eſt dubitare an res mihi tradita ſit furtiua; aliud vero an qui mihi rem tradidit, furto potius, quam alio iuſto titulo illam acquiſierit.num.4.

Dubitans an bona ſibi tradita à Dæmone ſint furto potius acquiſita, quam alio iuſto titulo; quia dubitat tantum de malitia Dæmonis,non de iure in rem, poſt factam diligentiam,quam facere tenetur,ad nullam tenetur reſtitutionem.num.eodem.

Dubitans an res ſibi tradita à Dæmone ſit furtiua, eo quod fundamentum habet dubitandi,non poteſt rem illam retinere, ſed pro dubij rata reſtituere tenetur.n.eodem.

Dubietas cadens ſupra cauſam efficientem non obligat ad reſtitutionem; dubietas verò cadens ſupra cauſam materialem ad reſtitutionem obligat.num.5.

Emptor rationabiliter dubitans an res empta ſit furtiua; ſi eam emit ſine animo inquirendi, & reſtituendi vero domino,peccat; quam rem, ſi poſt factam diligentiam adhuc dubius remanet, pro dubij rata reſtituere tenetur.num. eod.& 7.

Emptor qui ſcit venditorem poſſe acquirere iuſto,& iniuſto titulo,& facilius iuſto quā iniuſto, ſed dubitans an iniuſto titulo acquiſierit, ad nullam reſtitutionem tenetur.num.eodem.

In dubio nemo præſupponitur malus. num. eodem.

Actio Dæmonis tunc præſupponitur mala, quando eſt inductiua ad nouam culpam; quando verò non inducit ad nouam culpam,ſed indifferentiam in ſe continet,non debet præſupponi mala.num.6.

Si veri domini inuentio ſit moraliter impoſſibilis, tunc emptor rei furtiuæ non tenetur diligentiam facere, ſed ſufficit habere animum reſtituendi,quoties verum dominum inuenerit.num.7.

Emens rem dubiè furtiuam nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, quoties fur ipſe poteſt rem ipſam reſtituere, vel in æquiualenti, vel in pretio.num eodem.

Recipiens à Dæmone rem dubiè furtiuam, antequam certo ſciat rem eſſe vere furtiuam,non tenetur reſtituere: cum id poſſit Dæmon; ſi vero certo ſciat rem eſſe furtiuā, & Dæmonem nolle reſtituere, ipſe reſtituere tenetur. num.8.

Is cui à Dæmone reuelata fuit naturalis virtus alicuius herbæ, licet peccet commerciū habendo cum Dæmone,poteſt tamen abſq; peccato vti virtute illa.num.9.

RESOLVTIO XXVIII.

Quidam ratione obſequij præſtiti Dæmoni acquiſiuit nonnullas ſcientias naturales, & nonnulla bona: An poſſit ijs vti ſine ſcrupulo peccati mortalis?

1 RESpondeo breuiter,ſi ſcientiæ illæ ſint naturales, & bona non ſint apparentia,ſed realia, & non ſint ſublata certo Domino, poteſt talis ijs vti tutâ conſcientia.Ità Sanchez in ſumm. lib.4.cap.41. num.1.& cap.42. num.2. DelRio lib.2.diſquiſ.mag.qu.4. litt. F. verſ. Pactum tacitum, vt ſi quis &c. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſt.cap.15.num.34.in fin. & cap.17. num.1.& 2.

2 Probatur, quia ſcientia illa,vel illa bona etſi fuerint à Dæmone, tamen nunc à Dæmone non pendent: ergo nullam

nullam habent rationem illicitam. Antecedens ſupponitur, conſequentia patet; nam non ſunt illicita ratione entitatis rei, quia hæc naturalis eſt, vt ſupponimus; nõ qa fuerũt à Dœmone, qa Dœmõ nõ cõſeruat has res, & cõſequẽter à rebus iſtis eſt iã omninò remotus: & cũ vtatur re naturali à Dœmone remota, nihil illicitum operatur. Sicuti ſi qs à Dœmone trãsferatur in Ciuitatẽ aliquam, quando tranſlatus in Ciuitate illa gaudet bonis commoditatibus illius Ciuitatis, nullum peccatum cõmittit, quia illicitũ non agit; fuit enim illicitus modus accedendi tantùm; ſic à pari &c.

Dices primò ꝙ Dœmones ſoleãt bona alijs ſurripere, & ſtrigibus dare: ergo talis non poteſt ea tuta cõſcientia poſſidere; quia etſi Deus permittat, vt Dœmon rapiat bona illa non per hoc permittit, vt verus Dominus dominiũ amittat. Sicut quando Deus permittit furtum, non per hoc permittit, vt res non clamet ad Dominum.

3 Reſpondeo cum Sanchez loc. cit. & Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de ſuperſtitione cap. 17. num. 3. quod Dœmon põt ea bona data ſtrigibus, vel ei obſequium præſtantibus auferre ex aliquo theſauro ſub nullius Dominio, vel extrahere de profundo maris: & ideò poteſt talis ea retinere, vſq; dum de furto non conſtiterit.

Dices ſecundo, quod hic cœpit poſſidere mala fide, nam tempore acceptionis dubitauit, an bona illa eſsẽt furtiua, an alio licito medio acquiſita: ergo licitè non poteſt retinere, ſed tenetur reſtituere ad ratam dubij.

4 Reſpondeo primo, quod aliud eſt dubitare, an res illa ſit furto à Dœmone acquiſita, dũ poteſt & furto, & alio medio licito acquirere. Et aliud eſt dubitare, an res mihi tradita ſit aliena. Qñ enim dubito, an à Dœmone ſit res illa furto acquiſita, cum poſſit, & faciliùs licito medio acquirere; tunc nõ dubito de iure in rẽ mihi traditam, ſed tantùm de malitia Dœmonis: & quia malitia dantis nullum ius alteri tribuit, tunc teneor facere diligentiam, & poſt diligentiam ad nullam teneor reſtitutionem; quia tunc tota dubietas refunditur ad malitiam Dœmonis, non vero ad ius in rem traditam. Quando vero dubito an res tradita ſit furtiua, quia habeo aliquale fundamentum dubitandi, tunc non poſſum totam rem illam detinere, ſed teneor ad ratam dubij. Sicut ſi dubito an venditor ſit fur, vel non fur, & emo rem ab illo, quæ faciliùs haberi potuit à tali venditore iuſto titulo, quàm per furtum; tunc non dubito, an res illa ſit aliena, ſed dubito an talis venditor ſit fur nõ de hac re, ſed de alijs rebus: & cum ſciam rem hanc habere potuiſſe faciliùs titulo iuſto, quàm per furtum, hinc non dubito, an hæc res ſit furtiua, ſed dubito de malitia venditoris, vel donatoris &c. & hoc dubium nullum ius tribuit alteri. Quando verò dubito, an res mihi tradita ſit vere furtiua, quia cũ difficultate haberi potuit alio medio licito, tunc dubito an alius habeat ius ad rem hanc, & conſequenter teneor ad ratam dubij. Vel clariùs.

5 Reſpondeo ſecundò, quod dubietas poteſt accidere vel in cauſa efficienti, vel in cauſa materiali, quando enim dubietas cadit ſupra cauſam efficientem, tunc ad nullam tenemur reſtitutionem; quando vero dubietas cadit ſupra cauſam materialem, ſeu materiã ipſam, tunc tenemur ad reſtitutionem ſecundum ratam dubij. v. g. Quis emit rem à fure, & dubitat rationabiliter, an res illa ſit aliena, tunc talis ſi emit, vel dono accipit rem illam ſine animo inquirendi, ſeu reſtituendi vero Domino, peccat; etſi non ſtatim teneatur eã reſtituere, ſed tenetur facere diligentiã, qua ꝑmiſſa, ſi adhuc dubius, remanet tenetur reſtituere ad ratã dubij, .i. partim ſibi retinere ſecũdum propenſionem animi ſui quod ſit ſua, & partim reſtituere illi, de quo dubitat; et ſi Dominus certus non ſit, ſecundum illam ratam tenetur dare pauperibus, vt optimè

optimè Sanchez in ſumm. lib. 2. cap. 23. à num. 176. vſque ad numerum 179. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 14. dub. 4. num. 24. At ſi ſcio venditorem, vel donatorem poſſe acquirere rem venditā, vel donatam iuſto, & iniuſto titulo, & faciliùs iuſto, quā iniuſto titulo; tunc dubium eſt in ordine ad cauſam efficientem, etſi non ſim certus, quod acquiſiuit titulo iniuſto, tunc ſemper debemus præſupponere, quod iuſto, & nō iniuſto titulo acquiſiuit, & ſic ad nullā tunc teneor reſtitutionem, quia in dubio nemo præſupponitur malus. Sic in caſu noſtro, quod dubito, nō eſt an res ſit aliena, ſed dubito an Dœmō acquiſierit rem illam per furtum, cum potuit acquirere extrahendo à theſauris pœnes nullius dominium, vel à profundo maris cum ea facilitate, & commodo: immò faciliùs, cum minùs permittat Deus Dœmoni permittendo quod ex theſauris, vel ex profundo maris abſtrahat, quàm quod rem alienam tollat; conſequenter debemus credere, rem illam eſſe à theſauris, & à profundo maris extractam, non vero furtim ſublatam. Aliter enim hæres, qui habuit opulentam hæreditatem à teſtatore, qui potuit bona illius hæreditatis acquirere iuſto, vel iniuſto titulo, non eſſet tutus in conſcientia, etiam præmiſſa diligentia; & ſic teneretur reſtituere iuxta ratam dubij, quod nemo dixit; in dubio enim nemo præſupponitur malus.

Vnde deduco hanc practicam concluſionem. Hæc bona poſſunt acquiri iuſto, & iniuſto titulo à Dœmone, ſed in dubio debemus ſupponere, quod iuſto, & non iniuſto titulo quis ea acquiſiuit: ergo in dubio bona data à Dœmone, poſſumus retinere.

Nec obſtat, quod Dœmon ſemper præſupponitur malus, & conſequenter quod iniuſto, & non iuſto titulo acquiſiuit.

6 Nam actio dœmonis ſemper præſupponitur mala, quando eſt inductiua ad nouam culpam. At quando actio continet in ſe indifferentiam in ordine ad peccatū, tūc parùm refert Dœmoni, & conſequenter poſſumus accipere ſecūdum ſenſum non malum in ordine ad nos, & indifferentem in ordine ad Dœmonem v.g. Quod intendit Dœmon eſt dare pecuniam mago; at quod hæc pecunia ſit aliena, vel à profundo maris extracta, parùm refert Dœmoni, quia non inducit nouam culpam, ſeu hominem ad nouam culpam, ad quam inducere intendit; & ſic cenſendum eſt in hoc Dœmonem non exercere partē peiorem in noſtra conſideratione, quia quod peior eſt in ordine ad noſtram conſiderationem, eſt indifferens in ordine ad intentum ipſius Dœmonis, & ſic non eſt neceſſariò præſumendus malus Dœmon in tali caſu.

7 Vel dic tertio cum Vaſquez in opuſculo morali de reſtit. cap. 10. dub. 3. n. 10. quod qui emit, vel dono accipit rem dubiè furtiuam cum animo reſtituēdi vero Domino, nō peccat mortaliter: ſi verò recipit ſine tali animo, peccat mortaliter, ſed nō tenetur rem illā ſtatim reſtituere, ſed præmittere diligentiam, & mutare animum. Quod ſi inuentio Domini veri ſit moraliter impoſſibilis; tunc neque tenetur diligentiam præmittere, ſed ſufficit habere animum reſtituendi, quoties inuenerit Dominum. Nec tenetur ad ratam dubij reſtituere, ſi fur eſt potens reſtituere vero Domino rem illam vel in ęquiualenti, vel in pretio: immò nec peccat mortaliter ſic accipiendo cum tali dubio, quia tunc non reddit rem difficilis reſtitutionis, cum poſſit fur ipſe, vt dixi, quando reuera eſſet furtiua, in ęquiualenti reſtituere. Et quia in caſu noſtro dęmon poteſt commodè, & facilè reſtituere proprio domino, accipiendo bona à theſauris abſconditis, & à profundo maris, ideo vſque dum non eſt certus, quod bona illa ſint aliena, ad nullam tenetur reſtitutionem.

Dices tertiò, quod Dœmō, etſi poſſit illa reſtituere, tamen nunquam reſtituet: ergo non ſum certus in conſcientia. Re-

8 Reſpondeo, quod quando ſcio, & mihi cōſtat, quod res ſit aliena, & Dœmon nunquam reſtituet, tunc teneor reſtituere; at ante talem ſcientiam ad nullam teneor reſtitutionem, cum potens ſit Dœmon reſtituere, & hoc mihi ſufficit, vt poſſim ea accipere cum dubio.

9 Et ob eaſdem rationes, ſi quis nouit reuelatam eſſe à Doemone virtutē naturalem alicuius herbæ, poteſt licitè ea vti. Quia maleficium fuit in commercio cum doemone ad notitiam herbarum; at vſus eſt virtutis naturalis illius herbæ, quæ virtus à Deo illis herbis inſita fuit. Ita P. Vincētius Paganus tract. manuſcrip. de caſibus reſeruatis, controuer. 1. verſ. Habes ſecundo &c.

SVMMARIVM.

Conſtruens, & vēdens anulum Mago, qui in eo Dæmonem vult conſtringere, mortaliter non peccat, dummodo ea intentione nō condat, vt in eo Magus dæmonem conſtringat. num. 1.

Cauſa moralis directa alicuius effectus eſt, quæ per ſe effectum illum intendit, vel præcipiendo, vel conſulendo, vel efficiendo; Cauſa verò moralis indirecta eſt, quæ pōt, & tenetur effectū euitare, & nō euitat. n. 2.

Vendens anulum Mago, ſed ſine intentione, vt in eo dæmonem liget, nec eſt cauſa directa, neque indirecta talis ligaturæ. n. 3.

Scandalum tunc tantum obligat, quando quis poteſt per non ſuppeditationem operis indifferentis peccatum proximi euitare. nu. eod.

Actio qua venditur anulus Mago, nullam in ſe malitiam dicit. nu. 4.

Præceptum charitatis non inducendi ſcandalum proximo, obligat quidem ad rem non vendendam; ſed quando rem non vendēdo peccatum alterius euitatur. n. eod.

Malitia actus voluntatis non eſt ſumenda à ratione extrinſeca, quæ eſt in obiecto volito, ſed à ratione intrinſeca. nu. 5.

Quando aliquid eſt indifferens in genere cauſæ materialis, & quis poteſt eo vti ad bonum, & malum finem, poſſumus concurrere ſubminiſtrando materiam; quamuis ille vtatur ad malum finem, cum ſit malū operantis, non operis. nu. 6.

Licitum eſt agnum vendere Infideli ſuo Idolo immolandum; ſiue fucos mulieri ad iuuenes alliciendos ad turpes ſui amores; ſiue domum meretrici locare; etiamſi locans ſciat nonnullas fornicationes ibi ſequuturas: dummodo domus non coadiuuet. num. eod.

Licet famulo equum ſternere hæro, quem ſcit ad fornicandum abire; ſicut etiam Aurigæ, vel famulo meretricem ad domū ducere, in qua ſcit illam mœchaturam. num. eod.

Poteſt Tabernarius vinum vendere illi, qui vſque ad ebrietatem vult bibere; ſicut etiā licet famulo cibos miniſtrare hæris non ieiunantibus. num. eod.

Licitè poteſt deponi pecunia apud vſurariū, vt ſit ſecurior; etiamſi ſciamus fore illi materiam vſuræ exercendæ. nu. eod.

Poteſt Cauponis famulus licitè domini iuſſu aquam vino miſcere, & vinum lymphatū de dolio ad emptorem transferre; cum nullam in hac dominij translatione, & aquæ mixtione malitiam dicat: ſed totam malitiam dicit in vendendo vinum pretio exorbitanti. nu. eod.

Effectus dependens à cauſa ſiue efficienti, ſiue formali, quamuis extrinſeca; quia ab iſtis ſpecificatur ſiue extrinſecè, ſiue intrinſecè, indifferens eſſe non poteſt, ſed vel bonus, vel peccaminoſus. nu. 7.

Pictori non licet Amaſiam depingere Amaſio, cum ſit obiectum mouens Amaſium ad impudicos actus, & concurrens per ſe, & directè ad ipſius laſciuiam. nu. 8.

Non eſt licitum Idolum fabricare Gentili, cū ad idololatriæ actum ſit cauſa formaliter extrinſecè concurrens, ſecus ſi non à venditore ſit fabricatum, ſed ſit antiquum, nā ratione antiquitatis vendi poteſt. nu. eod.

Famulus hæri pedem tenere, vel ſcalam ad adulteræ feneſtram admouere non poteſt, cum phyſicè ad malum influat hæc actio, ſitque iniurioſa proximo; ſicut etiam nec inimicum hæri tenere poteſt, vt ipſum hærus occidat. nu. eod.

Minus damnum proximi poſtponendum eſt ma-

maiori damno proprio.num.eod.

Conſtruens,vel vendens anulum Mago,neq; effectiuè, neque formaliter, ſed tantum materialiter ad Dæmonis ligaturam concurrit.num.9.

Actus externus non addit nouam malitiam actui interno.nu.10.

Vendens anulum Mago nō inducit paratum ad malum,nec occaſionem ei præbet; ſed tantum materiam indifferentem ei miniſtrat,qua fit mala Magi malitia. nu.11.

Famulus conducens concubinam in domum heri;ſi non tam comitatum,ſed internuntium etiam deſert, & fornicationem intēdit,& ſi ipſe nō comitaretur,illa non eſſet itura,peccat conducendo; cum tunc in genere cauſæ effectiuæ videatur concurrere. num.eod.

Licitum eſt exigere iuramentum ab eo, quem timemus falſo iuraturum;dūmodo non petatur,vt falſum iuret: ſicut etiā ab Ethnico, quem ſcimus per falſos deos iuraturū, dummodo adſit iuſta cauſa, & neceſſitas illud exigendi.nu.eod.

Qui poteſt malum prauiſum euitare,tenetur; at qui non poteſt, illud euitare non tenetur.num.12.

RESOLVTIO XXIX.

Quidam anulum conſtruxit, & vendidit Mago, qui in eo Dæmonium conſtringere vult; An talis venditor peccet mortaliter, & incidat in caſum prædictum reſeruatum?

1 RESpondeo talem non incidiſſe in caſum noſtrū; nec peccaſſe mortaliter, dūmodò non condiderit ea intentione, vt ſcilicet Magus ibi dæmonium ligaret. Ità Sanchez in ſum.lib.1. cap.7.nu.16.

Prima pars patet ex probatione ſecundæ partis; nam ſi non peccat mortaliter,conſequenter non incidit in caſum noſtrum reſeruatum.

2 Pro probatione ſecundę partis Suppono, quod Cauſa moralis directa alicuius effectus,tunc dicitur,quādo quis præcipit, vel conſulit, aut per ſuam operationem intendit, aut ipſum effectum efficit. Cauſa vero moralis indirecta,dicitur,quando quis poteſt,& tenetur opus illud euitare,& non euitat; tunc enim dicimus concurrere moraliter indirectè ad effectum illum, ſecūdum omnes DD. teſte Baſilio Pontio de matrim. lib. 10. cap. 3.num.3.circa medium. Hoc poſito.

3 Probatur, quia talis non eſt cauſa moralis directa;quia non præcipit, nec conſulit, nec per talem operationem intēdit talis doemonis ligaturam. Nec eſt cauſa moralis indirecta, quia etiam ſi talem anulum ipſe huic Mago non vendat, poteſt & alius vendere: ergo non poteſt vitare talē doemonis ligaturam, & conſequenter neque tenetur ratione ſcandali talem venditionem euitare; ſcandalum enim acceptum tunc tantum obligat,quando poſſum per talem non ſuppeditationem operis indifferētis peccatum proximi euitare,vt benè Sanchez l.c.n.16.

4 Confirmatur, quia talis actio,nempè venditio talis anuli in ſe nullam habet malitiam, niſi tantùm peccati Magi,qui intendit in eo doemonem ligare:& conſequenter præceptum charitatis non inducendi ſcandalum proximo me inducit ad non vendendum; ſed ſine vēditione huius anuli nō euitatur tale peccatū, quia poteſt Magus ab alio anulum emere, vel in alio vaſe doemonem ligare: ergo talis venditio nullam habet malitiam neque intrinſecam,neque extrinſecam ex parte vēditionis:ergo eſt licita.

5 Probatur ſecundo; nam hæc actio prout eſt à tali artifice non eſt intrinſecè mala, & tota malitia ſua prouenit à praua intentione emptoris:ergo huic conſtructori vendenti licita eſt. Antecedens probatur; nam malitia actus voluntatis eſt ſpectanda à ratione intrinſeca, quæ eſt in obiecto volito per talem actionem; non vero à ratione

ne

ne extrinſeca, quæ eſt in obiecto volito, quia ſecundum illam rationem extrinſecam non eſt volitum obiectum; ſed ratio intrinſeca in obiecto volito in caſu noſtro eſt conſtructio anuli, & ipſius venditio Mago non prout eſt Magus, ſed prout eſt emptor; Nam ſi alius emeret, qui Magus non eſſet, etiã hic venditor æquali pretio venderet, vt ſupponimus; quæ rationes ſunt indifferentes. Et ſi aliqua malitia eſt in tali obiecto, hoc non prouenit à conſtructione anuli, nec à venditione; ſed à praua intentione Magi; nam hæc eadẽ conſtructio, & venditio inuariata, ſine praua intentione Magi, nullam malitiã contineret, & conſequenter hæc, intẽtione Magi communicat malitiam obiecto, intento à tali artifice venditore; & talis praua intentio eſt omninò extrinſeca conſtructioni, & venditioni artificis: ergo obiectum hoc, nempè anuli conſtructio, & venditio, nullam habet malitiã intrinſecam: ergo actio, qua artifex vult tale obiectum, eſt omnino indifferens.

6 Prima conſequentia primi argumẽti probatur; nam quotieſcumque aliquid eſt indifferens in genere cauſæ materialis (non vero in genere cauſæ efficientis, vel formalis; tunc enim vel effectum efficit, vel ſpecificat; & ideò amplius indifferẽs non eſt, ſed malum determinatum, vt dicam infra) & poteſt proximus eo vti ad malum, & bonum; & vult eo vti ad malum, & non ad bonum, tunc licet mihi concurrere ſubminiſtrando materiam illam; dicitur enim tunc malum operantis, & nõ operis. Ideò enim licet vendere Agnũ infideli, ſuo Idolo immolandum. Ideò poſſum vendere fucos mulieri, quos ſcio velle ad iuuenes alliciendos ad

7 turpes amores ſui. Ideò licet mihi domum locare meretrici, vel vſurario, etiamſi præuideam nonnullas fornicationes, & vſuras in eadem domo committẽdas, vt optimè Valentia 2.2. diſp. 5. qu. 20. punct. 5. col. 3. verſ. ex hoc autem, & qu. 22. punct. 4. col. penul. Azorius tom. 2. lib. 12. lib. 12. cap. vltim. quæſt. 3. Vaſquez opuſculo de ſcandalis quæſt. 43. art. 8. dub. 5. num. 48. Leſſ. lib. 2. cap. 24. dub. 7. Diana tom. 5. tract. 7. reſolut. 26. dummodò vſurarius non ſit alienigena, ex prohibitione cap. 1. de vſuris in 6. niſi dicas cum Palao tom. 1. tract. 6. diſp. 6. punct. 12. num. 4. ex Leſſ. lib. 2. cap. 24. dub. 7. in fine, hanc conſtitutionem multis in locis non ſeruari, quia pœnæ ſtabilitæ nõ infliguntur amplius; Et dummodò domus, ratione ſitus non coadiuuet meretricem ad peccata cõmittenda; tunc enim non ſolum eſſet materiam indifferentem ſubminiſtrare, ſed etiam cauſa coadiuuans, vt optimè Sanchez l. c. num. 30. circa fin. Ideò licet famulo equum ſternere hæro, quem ſcit ad fornicandum abire. Angles floribus par. 1. q. 7. de ieiunio, difficultate 5. Vel lectum concubinæ ipſius hæri ſternere, etiãſi præuideat in eo hærum fornicaturũ; Sà verb. Peccatum, num. 9. Petrus de Ledeſma 2. tom. ſumm. tract. 27. cap. 9. in fin. Ideò licet Aurigæ, vel famulo concubinam deferre ad locum, in quo ſcit mæchaturã. Nauarr. lib. 3. de reſtit. cap. 4. dub. 4. in fin. & in noua editione num. 5. Manuel in bulla cruciatæ §. 9. num. 85. Ideò licet tabernario vinum vendere volẽti in ea quantitate bibere vſque ad ebrietatem; Sà verb. Ebrietas num. vnico. Ideò licet famulo cibos miniſtrare, & menſam ſternere hæris non ieiunãtibus Caiet. 2. 2. q. 174. art. 4. in fine. Azorius tom. 1. lib. 7. cap. 31. q. 11. & tom. 2. lib. 12. cap. vlt. qu. 5. Ideò etiam licet mihi deponere pecunias apud vſurarium, vt ſecuriores ſint, etſi ſciam eas fore illi materiam vſuræ exercendæ, Caiet. 2. 2. qu. 78. art. 4. in fin. cum alijs. Ideò licet famulo Tabernarij, ſeu Cauponis miſcere aquam vino in dolio, & vinum lymphatum, & à ſuo Domino venditum, transferre à dolio ad emptorem, etſi præuideat ſuum Dominum cõtra iuſtitiam vinum illud venditurum, quia malitia huius venditionis

Digitized by Google

tionis non conſiſtit in mixtione aquæ cum vino, nec in tranſportatione, & venditione huius vini lymphati emptoris, ſed conſiſtit in vendere hoc vinũ pretio exorbitanti, & ſupra iuſtum: Quia vinum lymphatum vendere iuſto pretio, cui non eſt conſecraturus, nullum eſt peccatum, & tranferre dominium emptori rei venditæ caro pretio,non eſt peccatum contra iuſtitiam, ſed eſt actus iuſtitiæ ſecundum quid: dum tradit rem venditam emptori, vt patet. Si enim Dominus tabernæ,vinũ ità lymphatum iuſto pretio venderet, nullum actum iniuſtitiæ committeret; & ſic malitia huius actus,eſt pretium exorbitans in tali venditione, quod fit per pactum à Domino tabernæ, illud vendendo,& tale pretium exigendo;famulus enim miſcendo aquam vino,debilitat illud,reddit viliori pretio, & culpa domini cariori venditur; Non igitur talis famulus concurrit ad malũ in genere cauſæ efficientis, ſed materialis, nempe ſubminiſtrando materiã debilitatam, quàm deindè dominus culpa ſua carius iuſto vendit:etſi tamẽ mixtio illa vini deſeruit hìc & nunc ad vendendum, non tamen deſeruit ad vendendum iniuſto pretio; venditur tamen iniuſto, malitia domini tabernæ.

7 Dixi in genere cauſæ materialis, nõ vero formalis,vel effectiuæ, quia cauſa formalis etiamſi extrinſeca ſit actui,ipſum actum ſpecificat; actus.n. deſumit ſuã ſpeciẽ à cauſa à qua eſt,& ab obiecto, ad quod eſt; potentia enim intrinſecè ſpecificat actum,obiectum extrinſecè. Sic actus, quo Angelus videt lapidem, differt ſpecie ſecundum ſpecificationem intrinſecam ab actu, quo homo videt eundem lapidem; quia intellectus Angelicus differt ſpecie ab intellectu humano: at ſecundum ſpecificationem extrinſecam, ſpecie non differunt. Sic actus,quo homo cognoſcit lapidem differt ſpecie ab actu,quo idem homo cognoſcit animal:non ſecundum rationem, ſeu ſpecificationẽ, intrinſecam, ſed extrinſecam. Igitur obiectum concurrit ad ſpecificandum actum, & ſic verè influit. Sic influit quoque ad actum cauſa efficiens, vel moraliter,ſi eſt cauſa moralis effectiua: vel phyſicè, ſi phyſicè cauſat, ſeu influit ad ipſum actum. Igitur quando ad malum concurrunt aliqui vel ſpecificando, vel efficiendo, etſi opus ſit indifferens de natura ſua, tamen dum malum ſpecificat, aut efficit, non dicitur ampliùs indifferens,ſed malum determinatum.

8 Ideò non licet Pictori amaſiam depingere amaſio,quia hęc concurrit per ſe,& directè per modum obiecti ad laſciuiam amaſij;eſt enim obiectum,quo ad impudicos actus amaſius mouetur, & ſic ad illos amores impudicos verè concurrit.Ità Azor.tom.2. lib. 12.cap. vlt.qu.9.Bonacina diſp. 2. de peccatis, qu.4.punct. 2. §. vnico, num. 19. Ideò non licet effigiare Idolum ad petitionẽ Gentilis, quia Idolum concurrit formaliter ad malitiam extrinſecam Idololatriæ: determinat enim actum idolatræ vt ſit talis;idem enim actus innouatus circa imaginem Chriſti,aut Sancti,ſpecificaret actum illum,vt non eſſet actus idololatriæ:ergo idolum concurrit ad ſpecificandum ſaltem extrinſecè actum idololatriæ, & conſequenter influit. ConincK in 2. 2.diſput. 18. dub.13.num.213. Secus vero dicendũ erit de vẽdente Idolum iam antiquius fabricatum,quia cum poſſit deſeruire ratione antiquitatis, ad idolatrandum, culpa idolatræ deſeruit malo fini. ConincK de fide,diſp.18.dub.13.concl.1. num. 12. Ideò neque licet famulo pedem hæri ſuſtinere, aut ſcalam admouere ad feneſtram adulteræ &c. quia hæc actio etſi methaphyſicè abſtracta, eſt indifferens; tamen phyſicè,& prout nunc fit,indifferens non eſt;quia hic & nunc ad nihil aliud deſeruit, niſi ad fornicandum, & licet remota ſit,in ordine ad fornicationem, tamen prout hæc eſt actio iniurioſa proximo (aſcẽſus enim ipſe per feneſtram ad domũ alie-

Digitized by Google

alienam,iniuriam infert ſecundum cõmunem extimationem) illa cooperatio famuli,phyſicè influit ad malum, vt patet ; & ſic eſt vera cauſa aſcenſionis iniurioſæ ad domum alienam . Aliter enim poſſet etiam famulus tenere inimicum hæri, vt hærus ipſum occidat: quia tenere vt ſic,eſt actio indifferens, quod dicere eſt impium;Cùm ergo famulus in caſu prædicto phyſicè influat ad malum, concurrit in genere cauſæ efficientis, & ideò non poteſt; Aſcenſio enim illa iniurioſa,cognoſcit pro ſua cauſa adæquata famulum, & hærum; illum vt coadiuuantem, hærũ vt patrantem . Nec noſtræ ſententiæ aduerſatur Sanchez lib. 1.ſumm.cap.7. num.... quia ad hoc vt liceat huic famulo tale miniſterium, requirit maiorem cauſam,nempè damnum notabile &c. ergo recurrimus ad ordinem charitatis, qua debemus damnum minus proximi,poſtponere dãno maiori proprio:& conſequenter ſi damnum huius famuli non eſt maius,vel æquale damno,quod proximo per talem actionem infertur,non poteſt in tuta conſcientia hunc famulatum ſeruus præſtare huic ſuo hæro ; tunc enim fit ad euitandum proprium malum.

9 Sed conſtructor, ſeu venditor huius anuli non concurrit effectiuè,nec formaliter ad ligandum Dœmonem in ipſo, ſed tantùm materialiter per aliquid indifferens: ergo licitè poteſt cõſtruere, & vendere; conſtructio enim hæc licet nunc, dum vẽditor actu anuli , habet nonnullos licitos fines , à quibus diuertitur malitia Magi,non ex conſtructione,& venditione.

10 Confirmatur,quia Magus hic eſt iam determinatus ad ligandum Dœmonẽ in anulo, & iam conſumauit culpam, ſeu peccatum in eſſe culpæ per actum internum , & conſequenter dum hic concurrit per aliquid indifferens,non ad culpam concurrit, ſed ad materiale culpæ,quod nullum eſt peccatũ ; actus enim externus,non addit nouam malitiam actui interno ex D. Thom. 1.2.q. 20. art. 4. ſi poſſibilitas operandi deſit exiſtere voluntate perfecta , vt operaretur ſi poſſet , defectus perfectionis , quæ eſt ex actu exteriori eſt ſimpliciter inuolutarius; inuoluntarium autem ſicut non meretur pœnam,vel præmium in operando bonum,aut malum,ità nõ tollit aliquid de præmio,vel de pœna, ſi homo inuoluntariè ſimpliciter deficiat ad faciendum bonum,vel malum. Hæc D.Thomas.

Nec dicas cum Sanchez in ſumm. lib.1.cap.7.num.15.Suarez tom.3. in 3.p.diſp.18.ſect.1.corol.2. Quod paratos non licet ad malum inducere , aut occaſionem præbere illis exequendæ prauæ voluntatis ; tum quia non ſemper aliquis eſt ità paratus (hæc ſunt verba Sanchez) quin ſi alter non inducat occaſionemue illã nõ præbeat , vitetur in indiuiduo aliquod peccatũ , quamuis enim paratus ſit, non tamen ſemper eſt in ea actuali voluntate, aut actuali peccati vſuitùm etiam quia etſi actus externus nouam interno malitiã non addat, at eſt etiam in ſe malus,vtporè qui internum malum exequitur, & ideò indirectè cooperari non vitando,actum externum, vbi quis abſque detrimento ſuo poteſt, non vacat culpa &c. Alias liceret ad externa fornicationis, periurij, ebrietatis cooperari cum eo qui interiori volũtate hæc peccata admiſerat. Hæc Sanchez ibi.

11 Quia contra eſt;nam cum tali Mago parato, in caſu noſtro non cooperatur hic vẽditor, ſed tantùm materiam præbet indifferentem , quæ fit mala malitia , & praua Magi voluntate iam perfecta ad operandum ; cooperatio enim dicit cauſam efficientem; ideò hic venditor nec ad malum inducit Magum, nec occaſionem præbet . Quia occaſio cur Magus Dœmonem liget , non eſt anulus , ſed vel eſt lucrum vendendi ſcilicet Dœmonem ligatum , vel alius prauus intentus : & ſtante praua hac voluntate, ipſe materiam quærit indifferentem, quam ſua praua intentione deprauat , vt patet . Et ideò dicimus

M 2 quod

quod Magus hic in caſu noſtro, eſt iam paratus etiam ad hoc indiuiduum peccatum; vnde etiamſi hic venditor, anulum non venderet, vel fabricaret, adhuc quæreret alium venditorem, vel anuli factorem. Nec venditor hic exequitur malum Magi internũ, quia exequutio mali non prouenit à fabricatione, & venditione anuli, quæ remotè ſe habet ad ligationem Dœmonis in ipſo: ſed prouenit à characteribus, & pactis initis inter Magum, & Dœmonẽ, & anulus omninò remotè, & indifferẽter ſe habet ad talem ligaturam, & cõcurrit non influendo, ſed recipiendo ligaturam ipſam, & ſic in genere cauſæ materialis. Et ideò dicimus quod concurrere remotè, & in genere cauſæ materialis ad fornicationem, periuriũ, ebrietatem, etiã licet. Sicut ẽt dicimus licere famulo, concubinam ad domum hæri conducere, ſecundum Sanchez l. c. num. 25. Merollam tom. 1. diſp. 2. cap. 4 corol. 3. nu. 280, dummodò nullũ internuntium deferat, ſed tantum comitatum: & dummodò fornicationem non intendat: & dummodo comitatus non ſit talis, vt aliter amaſia non eſſet itura, quia ſi internuntium deferret, vel fornicationem intenderet, & ſi illa aliter non eſſet itura ſine tali comitatu, tunc non eſſet concurrere ſolum in genere cauſæ materialis, ſed effectiuæ vel phyſicæ, vel moralis, vt patet. Sic ẽt dicimus licitũ eſſe exigere ab aliquo iuramẽtũ, etſi timeã talẽ falsò iuraturũ, vel ab Ethnico, quem ſcio iuraturũ per falſos Deos; dummodò non petatur, vt reus iuret falſum, & adſit iuſta cauſa petendi iuramentum, & neceſſitas, aut vtilitas, ad quam habeat ius. Ità Suarez tom. 2. de relig. lib. 3. de iuram. cap. 15. num. 10. Hurtadus de Mẽdozza in 2. 2. diſp. 173. ſect. 15. §. 197. Diana 5. part. tract. 7. reſolut. 9. verſ. Sed merito &c. Sic licet tabernario, vinum vendere parato ſe inebriari; quia venditio vini eſt opus indifferẽs, & remotè ſe habet ad inebriationem, cũ inebriatio conſiſtat nõ in emptione vini, ſed in potatione, ad quam tabernarius non concurrit, vt ſupponimus: & ideò emptio hæc, malitia tantum emptoris ſit mala, dum intendit illud bibere in tanta quantitate, vt ſe inebriet. Sà verb. Ebrietas, num. vnico. Sicut etiam ei licet cibos parare, paratis ieiunium frangere, etſi non poſſit ipſos non paratos inuitare ad fractionem ieiunij; tunc enim concurreret in genere cauſæ efficientis ad fractionem. Ità Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. in fine. Hurtadus de Mendozza in 2. 2. q. 173. ſect. 12. §. 54. Diana p. 5. tract. 7. reſol. 7. verſ. Verum his non obſtantibus &c.

Dices ſecundo, quod hic venditor præuidet effectum malum in hac venditione; & tenetur eum vitare ex lege charitatis: ergo indirectè vult effectum malum; hoc enim eſt indirectè velle, ſecũdum Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 45. num. 33. in reſponſione ad ſeptimũ argum. Merolla tom. 1. cap. 1. nu. 38.

12 Reſpondeo, quod hic venditor præuidet effectum malum, ſed non in venditione tanquam à cauſa, ſed à malitia Magi, & conſequenter extrinſecè ad ſuã vẽditionẽ. Et tenetur euitare, ſi poſſet; at euitare non poteſt, etiam ſi non vendat, cum Magus hic poſſit ab alio emere anulum, vel in alio artificiato Dœmonium ligare &c. vt dixi.

SVMMARIVM.

Venefici dicuntur non tam qui malis pharmacis homines lædunt, ſed & Incantatores, & Venenarij, cunctique Theſſali. n. 1.

Negromantes ſunt diuinatores per vmbras, & cadauera mortuorum; quæ diuinandi ars duplici modo fieri poteſt, vel euocando vmbram, & Dæmonem Magicis carminibus in cadauere, recenti impleto ſanguine calido, qui per os cadaueris futura prædicit, & dicitur Negromantia; vel tantum cadaueris vmbram euocando, à qua futura diſcunt; & dicitur Sciomantia. n. eod.

Sortilegi ſunt non tantum qui ſuperſtitioſo iactu diuinant aliquid, ſed quicunque Strigum nomine nuncupantur. n. eod.

Diui-

Diuinatores ſunt, qui ſiue ſignis, ſeu verbis externis, ſiue actibus internis, & pactis cũ Dæmone factis futura, præſentia, & præterita occulta prædicunt. nu. eod.

Lamiæ ſunt, quæ pueris necem afferunt, ſuntque mulieres quædam, quæ nocte ſolita sũt cum Dæmone graſſari, & Dæmones ipſos obſequentes habent. nu. eod.

Striges ſunt, quæ Baptiſmo, Sacramẽtis, alijſque Eccleſiaſticis rebus abnegatis Dæmoni ſe ſubditas faciunt, illique fidelitatem promittunt. nu. eod.

Verba, Omnes quocunque nomine nuncupentur, comprehendunt tantum profitentes, ſeu exercentes. nu. eod.

Vniuerſale adiectum ſpeciei, non includit aliã ſpeciem: ſed recipit ſuam limitationem à ſpecie antecedenter prolata, neque vltra eam extendi poteſt. nu. eod.

Sortilegi, Negromantes &c. ſunt in duplici differentia, ſcilicet, Profeſſi expreſſi, & taciti. Expreſſi ſunt qui Diabolo fidelitatẽ promittunt, & in manu ſua fidem & cætera quæ ad fidem ſpectant, abnegant; faciuntque profeſſionem vel ſolemniter, vel priuatim. Taciti ſunt, qui profeſſionem faciunt in manu alterius, qui à Dæmone poteſtatem habet illam recipiendi, quam poſtea Dæmon ratam habet. nu. 3.

Profeſſi ſiue taciti, ſiue expreſſi, quod agunt, ſemper cum expreſſa Doemonis inuocatione agunt. Quorum peccatum ſæpe coniungitur cum peccato hæreſis; quando autem hæc adeſt, ſunt excommunicati in bulla cœnæ domini. nu. 4.

Non tam expreſſè, ſed etiam tacitè poteſt Dæmon inuocari. nu. 5.

Venefici, & alij in caſu poſiti, qui artem ligãdi &c. ſciunt, vel ex relatione aliorum, vel quia legerunt libros docentes has artes, ſemper agunt cum expreſſa Dæmonis inuocatione. nu. eod.

Dæmon expreſsè inuocatur, non tam quando quis clarè Dæmonem nominat, vel quando illi cultum ſiue Duliæ, ſiue Hyperduliæ, ſiue Latriæ exhibet; ſed etiam quando aliquid facit, quod ſcit ex virtute Dæmonis operari: & tunc ex intentione ipſum inuocare dicitur. nu. 6.

Tacita inuocatio Dæmonis eſt quando quis talia agit, in quibus poteſt Doemon ſe immiſcere, præter intentionem agentis; & eſt quando vtitur verbis, vel rebus, quibus Veneficus vt primus inſtructor foedus cum Doemone pepigit, vt ad prolationem taliũ verborum, vel ad præſentiam talium rerũ mira facere teneatur. nu. 7.

Vtens verbis, vel rebus, in quibus adeſt foedus Strigum cum Doemone, ſi tale foedus ignorat, dicitur tacitè inuocare Doemonẽ: ſi verò ſcit tale foedus, dicitur inuocare expreſsè. nu. eod.

Illi tantum Negromantes incidunt in caſum noſtrum reſeruatum, qui cum expreſſa Doemonis inuocatione, prætextu captandæ dilectionis, aut odij inferendi cum damno perſonarum, tale officium exercent; non verò qui exercent ad alios fines, vel ob ſupradictos, ſed ſine damno perſonarum. num. 7.

Vtens ligaturis veneficorum ad auertendum adulterum ab illegitimo cohitu, licet peccet mortaliter; à quocunque tamen inferiori abſolui poteſt. nu. eod.

Maſculinum genus non comprahendit fœmininum in ſtatuto non expreſſum. n. 9.

Dictio, Aut, quandoque ſumitur copulatiuè: quandoque aduerſatiuè: quandoq; expoſitiuè; regulariter tamen diſiunctiuè. num. 10.

Profeſſor cum expreſſa Doemonis inuocatione vtens incantationibus, ad odium tantũ inferendum, & non ad amorem captandũ, vel è contra: incidit in caſum noſtrum reſeruatum. num. 11.

RESOLVTIO XXX.

Si reſeruatio fieret in aliqua Diœceſi ſub his verbis: Excõmunicamus omnes Veneficos, Negromantes, Sortilegos, Diuinatores, Lamias, ſiue Strigas vtriuſque ſexus, & omnes quocunque nomine nuncupentur, qui cum expreſſa Dæmonis inuocatione prætextu captandæ dilectionis,

aut

aut odij inferendi, vtuntur incantationibus, ſiue diuinationibus, & maleficijs in damnum perſonarum, ſiue etiam vtuntur ligaturis ad amorem excitandum, vel à naturali & legitimo matrimonij vſu coniuges auertendos. Quomodo eſſent intelligenda hæc verba?

1 PRo intelligẽtia. Nota primo, ꝙ Venefici antea dicebãtur tñ, qui lędebant homines malis pharmacis, & ẽt dicebantur Venenarij, poſtea de incantatoribus hoc nomen vſurpatum fuit, cunctis Theſſalis accommodatum. Ita DelRio lib. 1. cap. 2. verſ. ſic latinis &c. Negromãtes ſunt diuinatores per vmbras, aut cadauera mortuorum, quę ars dupliciter exerceri põt, videlicet vel opplendo recens cadauer, ſanguine calido, & poſtea vmbra, vel potiùs Dœmõ Magicis carminibus euocatus, per os ipſius cadaueris futura prædicit: & hæc ars dicitur Negromantia, vel euocatur tantùm vmbra cadaueris, à qua futura ediſcunt, & dicitur Sciomantia; prouenit enim hoc nomen, Negromãtia, à voce greca, Nicros, quod eſt mortuos, & Mantia, quod eſt diuinatio. D. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 3. in corpore. Sortilegi à veteribus nominabantur, qui quorumlibet Sortium Superſtitioſo iactu, aliquid diuinare nitebantur; ſed Theologi, & iuriſperiti recẽtiores hos cum nefando crimine ſtrigum confuderunt. DelRio l. c. circa fin. Diuinatores ſunt, qui ſignis, & verbis exterioribus, & non ſolis actibus internis, ex pactis cum Dœmone conuentis futura, vel præterita, vel præſentia omninò occulta manifeſtant, vt clarè DelRio lib. 4. cap. 2. qu. 1. & diximus in 1. notabili 1. caſus. Lamiæ dicuntur ex eo quia pueris necem afferunt, & nomen deſumunt vel à famoſa illa, & crudeli Regina Lamia, quæ Zelotypia furens, quod maritus adulter foret, prolem adulterinam ipſa necauit, & quotquot alios potuit adipiſci, DelRio l. c. lib. 3. par. 1. q. 1. verſ. Meminit feſtus &c. de qua Antonius Liberalis, Diodorus & alij; vel à ſuccubis Dœmonibus, de quibus Philoſtratus; vel à ferisLibycis, DelRio lib. 1. cap. 2. Hæbræi has appellant ſub nomine lilith, deducitur à voce Lail, quæ noctem ſignificat eo quód nocte ſolitæ ſunt graſſari cum Dœmone; & tales mulieres ab Hæbræis vocãtur Matres Dœmonum, eo quod Dœmones colunt, fouent, & obſequentes habent. Striges dicuntur ab infauſta, & nocturna aue, quæ creditur infantibus mortem afferre ex Plinio lib. 11. hiſt. natural. cap. 39. ſunt enim Strigæ propriè illæ, quæ abnegatis baptiſmo, ſacramentis, & eccleſiaſticis ſacramentalibus Dœmoni ſe ſubditas faciũt, & perfectã fidelitatem promittunt, vide Grillan. lib. 2. de ſortileg. q. 7. num. 26. Sunt etiam dictæ Veraces, eo quod profitentur ſcientiam diuinandi, vide DelRio l. c. lib. 1. cap. 1. &c.

2 Nota ſecundo, quod verba iſta: Omnes quocunque nomine nuncupentur: non includunt niſi profitentes, ſeu exercentes ſuperſtitiones, dum enim priùs dixerat Negromantes Venefici &c. & hi exercentes intelliguntur, can. ſi quis Epiſcopus 26. qu. 5. Et vniuerſale adiectum vni ſpeciei, non includit aliam ſpeciem, Clem. 1. §. Ad hoc, de præbendis, & dignitatibus, & ibi Zabarella num. 1. ex Gloſ. ibi & Paulo. Et vniuerſalitas ſermonis adiecti vltimo loco, limitationem, & ſpecificationem recipit à ſpecie præcedenti, neque vltra poteſt extendi l. quoties, cod. familiæ erciſcundæ, l. vltim. §. vltim. ff. de vino, tritico, & oleo legat. Oltrandus cõſil. 8. incipiente Quidam Pater, num. 1. Conſequenter in caſu noſtro comprehenduntur tantùm exercentes, ſiue profitentes artem Magicam, ſiue ſuperſtitionem.

3 Nota tertio, quod Striges, Lamiæ, Venefici &c. ſunt in duplici differentia;

tia;nam alij dicuntur taciti profeſſi,alij expreſſi. Sunt expreſſi profeſſi illi, qui Diabolo promittunt obſeruare omnia, quæ mandauerit,& ideò ipſi fidem Catholicam, & omnia ſacramenta Eccleſiæ abnegant,eaq; contẽnunt, & omnibus Sanctis, præſertim Beatæ Mariæ Virgini iniurias allaturi, & ſignũ Crucis,& res omnes conſecratas Eccleſiæ ritibus, auerſuri: totis vero viribus adhærere promittunt cultui, & obedientiæ Diaboli, & vti verum Dominum ipſum adorare,vero cultu adorationis, ſub idolorum forma,vel alia huiuſmodi: & omnia opera per ipſos facienda ſub ipſius Dœmonis nomine, & deuotione perficere. Hæc expreſſa profeſſio aliquando fit ſollemniter, ſeu publicè: aliquando priuatim; fit ſollemniter, quando Dœmon vti Princeps ſedens, tempore vniuerſalis Congregationis omnium cuiuſcunque generis profeſſorum certis locis, temporibus, & horis nocturnis ab ipſo Dœmone deputis, cum ſollemnitatibus extrinſecis Profitendum admittit ad talem profeſſionem,cum ſollemni ſtipulatione de ſeruandis promiſſis: de quibus & cum proſternatione de homagio fidelitatis, iuramentum præſtat; & iſti etiam ſolẽt rebaptizari in nomine Beelzebub. Dœmon vero promittit, quod ipſi deinceps grandia facient, & mirabilia: eruntq;eis nota futura, & omnino occulta &c. Profeſſio priuata eſt,quando hæc omnia promittit Profitendus,ſine his ſollemnitatibus, & ſine multitudine profeſſorum: ſed tantùm coram ipſo Dœmone priuatim comparente. Profeſſi taciti ſunt illi, qui hæc omnia promittunt non Dœmoni, ſed alteri profeſſo,qui à Diabolo habet poteſtatem admittendi ad talem profeſſionẽ, quam poſtea ipſe Dœmon ratam habet, & deindè Dœmon reddit ſe facilem in obſequendo voluntati eorum: & ſic iſti tales incipiunt fabricare omnia ſortilegia, ſicut expreſſi profeſſi &c.vide Grill.l.c.q.3.Homob. p. 2. de caſibus reſeruatis circa ſecundum caſum.

4 Iſti tamen profeſſi ſiue taciti ſiue expreſſi ſemper quæcunque faciunt, faciunt cum expreſſa Dœmonis inuocatione: dum promittunt omnia opera ab ipſis facienda, ſub Dœmonis nomine, & inuocatione perficere,& operari.Hoc tamen peccatum,ſæpè coniunctum eſt cum peccato hæreſis;& ideo ſi in hoc æxiſtimarunt fidem non eſſe veram, & ſacramenta non ſãctificare, Diabolum non eſſe miſerum, & damnatum, ſed habere aliquam diuinitatem,& honore eſſe dignum:tunc ſunt verè hæretici, & excommunicati in bulla Cœnæ, vt optimè Leſſ.de iuſt. lib.2.de ſuperſt.cap.43. nu. 13. dub.5. Fagundez 2.Eccl.præcept.lib. 8.cap.4. nu.52.verſ.Animaduertit.

5 Nota quarto, quod dum in reſeruatione ſint illa verba: Qui cum expreſſa Dœmonis inuocatione &c. Supponimus eſſe homines profeſſores,qui poſſint tacitè,& non expreſsè Dœmonem inuocare; aliter enim ſuperfluum eſſet addere cum expreſſa &c. Nam hi Venefici &c. ſemper agunt cum expreſſa Dœmonis inuocatione; Hi enim ſunt qui verba incantandi, ligandi, vel maleficiandi &c. ſciunt ex relatione profeſſorum,vel quia ſcripta legerunt docentia talia:& iſti etſi profeſſi non ſint, proferunt tamen verba cum expreſſa Dœmonis inuocatione ad fines prædictos;Gypt. de caſ.reſer.cap.6.num. 41. & 46.

6 Eſt ergo inuocatio expreſſa Dœmonis,non ſolum quando quis clatè, & apertè Dœmonem inuocat, & hæc dicitur verbalis: vel quando exhibet ipſi Dœmoni cultum Latriç, ſacrificia offerendo, ſe illi deuouendo, obedientiam promittendo, laudes ipſius Dœmonis decantando,genua flectendo,illum per characteres, ſigna, & ignota nomina obſeruando, certis veſtibus ſe induẽdo, lumina accendendo, thurificando in ipſius Dœmonis honorem: vel quãdo exhibet cultum Duliæ, vel Hyperduliæ,nẽpè immiſcendo nomina Dœmonum inter nomina Sanctorum, & hæc

hæc dicitur opere,ſeu facto. Sed etiam dicitur expreſſa Dœmonis inuocatio, quando quis aliquid facit,quod ſcit ex Diaboli virtute operari, etſi in tali opere Dœmonem expreſsè non inuocat,& hæc dicitur ex intentione; dicitur ergo expreſſa Dœmonis inuocatio ex intentione, verbo, & facto, vt optimè Caiet.in 2.2.qu.95. art. 3. in principio.

7 Tacita vero inuocatio Dœmonis eſt, quando quis talia agit, in quibus Dœmon poteſt ſe immiſcere,quamuis hoc ſit præter intentionem talis agentis. Vide D.Thom.2. 2,qu.95.art.3.in corp. Accidit hæc tacita inuocatio etiã qñ quis vtitur verbis,vel rebus,quibus ſtriga, vel veneficus vt primus inſtructor fœdus cũ Dœmone pepigerũt,vt ad prolationem, vel ad præſentiam illorũ verborum, vel rerum ipſe Dœmon mira facere teneatur. Vnde ſi ille,qui vtitur his verbis, vel rebus ſcit tale fœdus,dicitur inuocare expreſsè Dœmonem rebus, ſeu ex intentione: ſi vero omninò fœdus ignorat, dicitur tacitè inuocare Dœmonem, vt optimè Homobonus de caſib.reſer.par.2.circa ſecundum caſum pag. 267. verſ. Quarta ſuperſtitionis ſpecies &c. Sayrus lib.8, cap.4.nu.1.

8 Nota quinto,quod hi Negromantes &c. incurrunt in caſum noſtrum, qui cum expreſſa Dœmonis inuocatione prætextu captãdæ dilectionis, aut odij inferendi cum damno perſonarum ſuperſtitiones exercent. Alij vero etiam ſi Negromantes &c. ſint, ſi non ad fines prænumeratos Dœmonem inuocant, ſed ad theſauros inueniẽdos &c. vel ſi ad fines ſupradictos tñ ſine damno perſonarum,poſſunt abſolui à quocunque confeſſario inferiori à tali peccato mortali. Sicut neque incurrit qui ligaturas facit non ad excitandum amorem,nec ad auertendum coniuges à naturali,& legitimo vſu matrimonij, ſed ad auertendum adulterum e. g. à naturali, & illegitimo cohitu cũ adultera &c. hi enim etſi peccent, tamen poſſunt abſolui à quocunque confeſſario inferiori,vt bene de Baucio ſuper hunc tertium caſum reſer.petitione 1. verſ.Sequitur ſecundo &c.Maleficium enim hoc ligaminis poteſt fieri, vt qui cum vna nequit,queat cum alijs,& qui cum cæteris poteſt, cum vna non poſſit; item vt non poſſit cum ea ſola, quam maximè amat, de quibus vide DelRio diſp. mag. lib. 3. par.1. quæſt. 4. ſect. 8. circa principium. Incidit ergo in caſum noſtrum, qui his ligaturis vtitur,ad amorem excitandum, vel ad auertendos coniuges ab vſu matrimonij.

9 Nota ſexto, quod niſi in caſu eſſent nomina fœminina,nempè ſtriges,ſiue lamiæ &c. fœminæ non eſſent comprehenſæ in nominibus illis Venefici, Negromantes &c. Quia maſculinum non comprehendit fœmininum in caſibus reſeruatis,cùm ſint ſtricti iuris,vt notat Bartol.in l.1.ff.de verb. ſignif. Bartholomæus à Capua in Conſtitutionibus Regni dilatat. in fin. Graff. de caſib. reſeru. lib. 1.cap.4. num.42.circa med.

10 Nota ſeptimo, quod dictio, Aut,ſumitur multis modis in iure;nam quandoque ſumitur copulatiuè l. penult. & l.ſæpè; cod. de verb. ſignif. Aliquando expoſitiuè pro,Ideſt, & eſt quando ponitur inter genus, & ſpeciem, & conſtat de mente proferentis, Bald. in l. vbi pactum in 1. column. & in 1. oppoſ.C.de tranſact. Aliquando ſumitur Aduerſatiuè, quæ coniunctionem inducit l.Lucius, §. quæ habeat, & ibi Bartol. ff. ad Trebell.In caſu vero noſtro ſumitur diſiunctiuè, & ſic regulariter ſumitur,Clement. 1. verſ. Quæro etiam,ibi Gloſ.& Card.de cõceſſ. præbend.& clement. 1.in princip.de rebus Eccleſiæ non alienand. & l.ille,aut ille in princ.ff.de legatis 3.

11 Hinc eſt, quod ſi quis ex prænominatis profeſſoribus cum expreſſa Dœmonis inuocatione vtatur his incantationibus ad amorem captãdum,nõ vero ad odiũ inferendũ velverſa vice his in-

incantationibus vtatur ad odium inferendum, non vero ad amorem captādum, incidunt in caſum noſtrum.

SVMMARIVM.

Qui vtitur verbis expreſsè Dæmonem inuocantibus cum ignorantia inuincibili tertio modo, ideſt, cum ignorantia innocationis, & voluntate expreſſa inuocandi Dæmonem, non incidit in caſum reſeruatum. num. 1. & ſic poteſt abſolui à confeſſario inferiori. num. 11.

Qui peccat cum ignorantia comitante, ſolo affectu peccare poteſt. nu. eod

Reſeruatio ſemper intelligitur facta de actibus conſummatis, & externis; non verò de actibus internis, & cum affectu tantum. num. 2.

Eccleſia non iudicat de actibus merè internis, ſed illos Deo reſeruat. nu. eod.

Qui poſt factam diligentiam adhuc dubitat, ignorantia inuincibili laborare dicitur; ſicut etiam qui nec notitiam, nec dubitatem, nec ſcrupuloſitatem habet de aliqua re. num. 3.

Ignorantia comitans nec voluntarium directè, nec inuoluntarium facit; ſed facit non voluntarium negatiue. nu. eod.

Ignorantia comitans tribus modis contingere poteſt. Primo ſcilicet cum affectu vt res ignorata eſſet talis, qualis ab operante appetitur, quamuis videat quod re vera talis non ſit. Secundo contingit quādo operans habet affectum vt res ignorata eſſet talis, qualis ab ipſo appetitur, & dū videt, quod res talis non eſt, operatur cum affectu vt eſſet talis. Tertio quando operans dum cognoſcit rem non eſſe talem, qualem ipſe vellet; contra cognitionem quam de illa re habet, ſibi ideat quod ſit talis, & tanquam circa talem operatur. nu. 4.

Ignorantia comitans tertio modo eſt tantum affectiuè, non effectiuè peccaminoſa. n. 5.

Voluntas eſt potentia cæca, & ſemper fertur in præcognitum. nu. eod.

Voluntas fertur circa impoſſibile per actum complacentiæ tantum. nu. eod.

Voluntas non poteſt per actum imperij velle effectum, quem poſſibilē nō cognoſcit. n. 6.

Opus factum cum ignorantia comitante non voluntarium eſt, quia talis ignorantia tollit ſcientiam talis operis. nu. 7.

Voluntarium tollitur per non voluntarium ſecundum Vaſquez, & non voluntarium proximè ſequitur ex negatione ſcientiæ. num. eod.

Voluntarium poteſt eſſe cum inuoluntario, non verò cum non voluntario, ſecundum Vaſquez. nu. eod.

Ignorantia comitans aliquando facit inuolūtarium; licet ſemper faciat non voluntarium. num. eod.

Ratio excuſans à culpa eſt non voluntarium; non verò inuoluntarium. num. eod.

Actus factus cum ignorantia comitāte eſt relictus in ſua natura, ita vt poſſit eſſe voluntarius voluntate ſimplicis complacentiæ; non verò voluntate efficaci. nu. 8.

Ignorantia comitans non deſtruit actum ſimplicis complacentiæ circa obiectum ignoratum; etſi impediat, vt non eliciatur circa idem obiectum ignoratum actus imperij efficax. nu. eod.

Actus efficax voluntatis prærequirit neceſſario ſcientiam ſingularium obiecti. nu. eod.

Cum ignorantia antecedente nec opus malū, nec affectus malus ſtare poteſt; At cū ignorantia comitante, quamuis opus malum ſtare non poſſit, tamen affectus malus circa obiectum ſtare poteſt. nu. 9.

Ignorantia comitans non minuit peccatum quoad affectum, etſi minuat quoad effectū externum; immò ab opere exterius cōſummato excuſat. nu. eod.

Ignorantia comitans nullo modo comparatur cum ſubſtantia actus exterioris, quia nullo modo eſt cauſa illius: comparatur verò cū actu ipſo, quatenus eſt non voluntarius. num. 10.

Ratio voluntarij per ignorantiam inuincibilem aufertur; qua ablata, tollitur omnis ratio peccati. nu. eod.

RESOLVTIO XXXI.

Quidam ex profeſſo vſus eſt verbis ad captādum amorem, per quæ verba expreſſè Dæmon inuoca-

N tur,

tur; tamen talis inuincibiliter ignorabat talem expreſſam Dæmonis inuocationem; Verùm ſi ſciuiſſet, adhuc vſus eſſet verbis illis, immò cum tali ignorãtia inuincibili intendit Dæmonem inuocare, quia dum verbis illis vtitur, exprimit, quod ſi ibi Dæmon inuocatur, Dæmonem inuocat; An poſſit abſolui à quocunque Confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, quod hic talis poteſt abſolui à quocunque Confeſſario inferioti. Ità Vaſquez 1.2.diſp.125. cap. 2. & 3. Verba enim Vaſquez cap. 3.nu.9.verſ.ex dictis &c. hæc ſunt, Ex dictis ſequitur, ignorantiam concomitantem ſemper excuſare operantem ab excommunicatione, irregularitate, & obligatione reſtituendi; etiam ſi adſit prauus affectus circa id, quod ignotur, vt circa homicidium, vel aliquid eiuſmodi; nam hęc tria non incurrimus ob ſolum affectum, ſed propter opus exterius, quod ſit peccatum. Primum quidem de excommunicatione, & irregularitate certum eſt; nam Eccleſia non ligat, nec poteſt ligare propter actus omninò internos; neque propter externos, qui non ſunt peccata, cum autem aliquis peccat ignorantia concomitante, ſolo affectu peccare poteſt, vt ex dictis patet: ergo nec excommunicationem, nec irregularitatem incurrit. Cuius oppoſitum immeritò putauit Couarr. exiſtimans cum reliquis prioris opinionis, ignoranriam comitantem non excuſare à culpa opus externum. Denique obligatio reſtituendi non naſcitur ex ſolo affectu, ſed ex inæqualitate opere ipſo conſtituta, ſiquidem reſtitutio ad hoc tendit, vt inæqualitatem re ipſa factam ad æqualitatem redigat. Hæc Vaſquez. Pro probatione.

2 Suppono primò, reſeruationem caſuum ſemper intelligi de actibus exterioribus conſummatis, id eſt cum effectu, & non de interioribus tantùm. cap. hæc autem verba, de pœnit. diſt. 1. Paludanus apud Syluestrũ in verb. caſus, quæſ. 3. nam Eccleſia non iudicat in foro exteriori de actibus merè internis, qui ſunt in intellectu, vel voluntate, ſed Deo illos reſeruat cap. à nobis 2. de ſent. excomm. & cap. erubeſcant, diſt. 32. & ibi Gloſ. in verb. Senatorum, ita & in caſu occulto peccatorem reſeruatione non punit. D. Antonin. 3. p. cap. 11. tit. 17. Addo quod ſi actus internos reſeruaret, hæc reſeruatio non eſſet bonum animæ, quia intricaret ipſam in nonnullos ſcrupulos, cum perdifficilè ſit cognoſcere, quando voluntas conſentijt, & quando non. Ità Sotus in 4. diſt. 18. q. 2. art. 2. & 4. Graffius de caſib. reſer. lib. 1. cap. 4. regula 3. nu. 7. circa finem. de Baucio de caſib. reſer. fol. 98. quæſ. 2. Ità Floronus de caſib. reſeruat. par. 1. cap. 1. num. 25. qui citat Syluestrum verb. caſus, nu. 5. verſ. Primum &c. Sotum in 4. diſt. 18. qu. 2. art. 5. verſ. vtrum vero &c. ibi nihilominus ſecundo &c. Henriquez de pœnit. lib. 6. cap. 14. num. 6. Naldum verb. caſus, num. 4. Suarez tom. 4. in 3. p. diſp. 29. ſect. 3. num. 3. Graff. in deciſ. caſuum conſcien. p. 1. lib. 1. cap. 13. nu. 71. verſ. Quæ quidem reſeruatio &c. & lib. 4. c. 18. num. 61. & in praxi lib. 1. cap. 4. reg. 3. num. 1. Finell. de caſib. reſer. cap. 5. n. 1. Homobon. de caſib. reſeru. par. 1. cap. 3. verſ. Secunda &c. Bonacin. in tractat. de ſacramentis, qu. 7. punct. 5. §. 1. diſp. 5. à num. 4.

3 Suppono ſecundo, talem laborare ignorantia inuincibili comitante, quia talis, non exiuit de dubio, an verba illa eſſent inuocatio expreſſa Dœmonis; quia qui dubitat poſt factam diligentiam, dicitur laborare ignorantia inuincibili, ſecundum Ioannem Sanchez in ſelectis diſp. 24. num. 3. verſ. ſimiliter. Thomã Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 41. num. 40. verſ. Secundo probabatur; & poſt hanc diligentiã talis nec

nomi-

notitiam, nec dubietatem, nec ſcrupulum habuit de verbis illis, tunc enim dicitur laborare ignorantia inuincibili, ſecundum Suarez tom. 5. in 3. p. diſp. 4. ſect. 8. num. 18. Sanchez in ſumm. lib. 1. cap. 16. num. 21. ConincK de actibus ſupernaturalibus, diſp. 14. dub. 11. nu. 299. Et hæc ignorantia dicitur concomitãs, quia ſi ſciuiſſet, adhuc tale opus feciſſet, ſecundum D. Thom. p. 2. qu. 6. art. 8. in corp. quæ ignorantia nec voluntarium facit directè, quia quod fit, eſt ignoratum, & ignoratum non eſt volitum, vt patet; nec voluntarium indirectè, quia etſi talis poſſit euitare effectum illum, tamen non tenetur, quia inuincibiliter ignorat eſſe malum; & conſequenter ignorat teneri ad impediendum. Nec facit inuoluntarium, quia non facit aliquid cõtra impetum aliquem actualem internum voluntatis; & etiam ſi ſciret verba illa eſſe expreſſam Dœmonis inuocationem, adhuc faceret: & poſt factum, nec dolorẽ ſentit, nec ſe pœnitet; facit tamen non voluntariũ negatiuè, sm̃ D. Tho. l. c. art. 8. & eſt ſentẽtia Ariſtotelis 3. ethic. c. t.

4 Suppono tertio effectum productũ cum ignorantia inuincibili concomitante contingere poſſe tribus modis. Primus eſt, qñ operans cum tali ignorantia vellet effectum illum malum producere, ſed dum operatur, nullo modo aduertit ad talem actualem productionem, v. g. vellet hoſtem occidere, & tempore proiectionis ſagittę actu voluntatem illam non habet, & hæc dicitur intentio habitualis. tantùm; & quia per diſpoſitionem habitualem nõ peccatur formaliter, donec ipſa in actum prodeat, ſecundum Suarez 5. tom. in 3. p. diſp. 4. ſect. 8. num. 9. Zumel 1. 2. qu. 76. art. 3. diſp. 1. in probatione 2. concluſionis, Ideò prorſus excuſat ab omni etiam homicidij interni culpa. Secundus modus eſt, qñ operans vult nunc actu effectum illum malum producere, ſed quia aduertit nunc non eſſe occaſionem ponendi effectum illũ malum, ſed alium bonum, vel indifferentẽ, ideò illa praua voluntas actualis cõcomitatur tm̃ actũ illũ bonũ, vel indifferẽtẽ externũ, v. g. Habet operans voluntatem actualem occidendi hoſtem, ſi ibi, dum ſagittam proijcit, adeſſet; at quia credit inuincibiliter eſſe feram, ſagittam proijcit, ità vt prauus animus, ſeu affectus ille malus ſolum comitetur actum externum malum, quo hoſtem occidit; vnde per accidens cum eo coniungitur, dum nullo modo mouet ad ſagittam iaciendam. Et quia hæc praua voluntas nullo modo in actum externum influit, nec effectus iſte malus habet originem à prauo voluntatis imperio, ſed à ſola voluntate occidẽdi feram, vt ſupponimus, quæ mala non eſt; ideò homicidium externum culpa vacat, etſi homicidium internũ committatur. Vaſquez l. c. cap. 2. num. 5. Suarez l. c. num. 9. Zumel l. c. diſp. 1. poſt 3. concl. verſ. Moueor vlterius &c. Tertius modus eſt, quando operans dũ v. g. ſagittam ad feram mittit, habet voluntatem actualem occidendi quemcunque, etſi hoſtis eſſet; et quia nunc habet actualem voluntatem occidendi, & feram, & hoſtem, quamuis putet id inuincibiliter eſſe feram, cognoſcit expreſsè hoſtis occiſionem, & illam vult, etſi hoſtis homicidium inde ſequuturum ignoret; ideò eſt reus illius homicidij externi. Ità Sanchez in ſumm. lib. 1. cap. 16. num. 14. pag. 70. qui citat Cordubam lib. 2. qu. 19. in fine; Suarez l. c. ſect. 8. n. 10. Azorium tom. 1. inſt. moral. lib. 1. c. 14. q. 4.

5 At meo iudicio hoc tertium non poteſt dici effectiuè peccaminoſum; nec talis erit reus homicidij effectiuè. Tum quia talis operans etſi habeat voluntatem occidendi hoſtem, etiam hic & nunc; tamen quia in tali actu, cum hoſtem non cognoſcat, hæc ſua praua voluntas fertur ad homicidium hoſtis in vniuerſum, ſeu in homicidium à ſe ideatum, ſeu apprehenſum; non vero in homicidium hoſtis realis, quia de facto realiter non cognoſcitur ab ipſo, ſed cognoſcitur fera: ego totum hoc

homicidium hoſtis in ordine ad talem operantem eſt chymœricum, ſeu apprehenſum,& non reale; ſi apprehenſum: ergo totum quantum eſt in ordine ad voluntatem huius operantis eſt affectiuè,& non effectiuè,'& voluntas occidendi hoſtem concomitatur tantùm voluntatem occidendi feram. Tum quia voluntas occidēdi feram eſt voluntas efficax in caſu noſtro,non vero voluntas hoſtem occidendi;nam illa ponit effectum ad extra, & non hæc; quia voluntas cum ſit potentia cœca fertur in præcognitum, & hoſtis non eſt præcognitus in hoc actu,ſed fera; ergo voluntas occidendi feram eſt efficax, & conſequenter cauſa huius homicidij,& non voluntas occidendi hoſtem. Tū quia voluntarium deſumitur ex cognitione ſingulorum ex Ariſtotele 3. ethic.cap.1.ſed hoſtis non fuit cognitus in caſu noſtro; ergo hoſtis homicidium non fuit voluntarium in ordine ad hūc actum; & ſic nec fuit peccatum conſummatum. Tum quia tale homicidium cognoſcit pro ſua cauſa adæquata voluntatem occidendi ferā, non vero occidendi hominem; nam aliud eſt dicere, An circa tale homicidium verſetur voluntas ipſius, veluti per modum complacentiæ? Aliud eſt dicere, an tale homicidium ſit effectū in praua illa voluntate ſine cognitione. Quod idē eſt dicere,An tale homicidium ſit obiectum talis prauæ voluntatis; an vero ſit effectus; concedimus enim, quod ſit obiectum illius prauæ voluntatis,non vero quod ſit effectus; quia cum voluntas ſit potentia cœca, non fertur, nec imperat per actum efficacem,niſi obiectum cognitum vt poſſibile in actu: at quia nunc talis hoſtis non eſt cognitus, cōſequenter occiſio huius apprehenditur vti impoſſibilis nunc; & cum volūtas non feratur circa impoſſibile, niſi per actum ſimplicis complacentiæ,non vero per actum efficacē: hinc fit quod tale homicidium cognoſcit pro ſua efficaci cauſa actum voluntatis occidendi feram, non vero occidendi hominem; etſi actus occidendi hominem verſetur circa ipſummet obiectum per modum ſimplicis complacentiæ: ergo tale homicidium erit tantùm affectiuè non vero effectiuè. Quod magis patet; nam ſi homo ille occiſus eſſet fera, quę erat ſub cognitione cum tali actu voluntatis occidendi etiam inimicum, ſi ibi adeſſet, nullum homicidium conſummatum efficeretur, ſed tantum homicidium affectiuū,vt patet; ſed quod ſit homo, & nō fera,non eſt præcognitum;ergo in ordine ad hunc actum voluntatis ſe habet vti non eſſet homo; voluntas.n.ſemper præſupponit actum intellectus,qui actus non præſupponeretur ad talem actum voluntatis, ſi eſſet homicidium effectiuum; & ſic daretur actus voluntatis ſine actu antecedenti intellectus, quod dici non poteſt: ſi enim reuera inimicus non eſſet, operans non eſſet reus homicidij, etiā cum tali prauo affectu occidendi inimicum; ſed quod ſit,vel non ſit inimicus,impertinenter ſe habet in ordine ad hunc actum voluntatis; cum non ſit cognita fera,vt inimicus, ſed vt fera: ergo hic operans erit reus homicidij affectiui,& non effectiui.Ità ſentit Vaſquez in p. 2.qu.76.art.3.diſp. 126. cap. 2.num. 5. verſ. Secundo licet &c. Merolla diſp. 1. cap. 2. num. 32. qui citat Zumel p.2.qu.76.art. 3. diſp. 1. poſt 3. cōc. verſ. Moueor vlterius &c. Curiel. d. art.3.dub.1.§. 3. verſ. Tandē probatur.Lorcā diſp. 32. de peccat. membro 2.§. Dices. Gregoriū Carafā 1.2.qu.6. art.8.diſp.2.num.19. Leſſ.lib.2.de iuſt. cap.7.dub.6.nu.25.

Nec obſtat Sanchez l. c. quod talis quamuis putet id inuincibiliter eſſe feram, cognoſcit expreſsè hoſtis occiſionem, & illam vult: etſi hoſtis homicidium,indè ſequendum ignoret.

6 Quia talis vult occiſionē hoſtis tm̄ affectiuè,& nō effectiuè, dū eā nunc non cognoſcit vt poſſibilem, cū hoſtis nunc ab ipſo non cognoſcatur:ergo vult per ſimplicem complacentiam, non per actum

actum efficacem, & imperatiuè, cum voluntas non poſſit velle effectum impoſſibilem per actum imperandi, quem poſſibilem non cognoſcit, vt dixi.

Nec obſtat Caiet. dum dicit p. 2. qu. 76. art. 3. ignorantiam ſcilicet comitantem nec excuſare à peccato, nec accuſare; hoc eſt nec excuſare à culpa, nec propter illam non imputari culpam; dicit enim, quod hæc ignorantia duo habet, vnum eſt non efficere voluntarium id, quod cum illa fit; alterum eſt relinquere actum, qui fit in ſua natura, vt poſſit eſſe voluntarius. Addit præterea hanc rationem; nam licet voluntarium tollatur per contrarium, & contradictorium; quia tamen negatio contradictionis nihil eſt, & actus aliquid eſt, impoſſibile eſt, voluntarium tolli per actum, quin tollatur per inuoluntarium; ſicut album per nullũ negatiuum tollitur, niſi per nigrum. Cenſet igitur Caietanus voluntarium, quod eſt in actu exteriori, non tolli niſi per contrariam voluntatem; & quia hæc non eſt cum ignorantia comitante, ideò actum factum cum illa manere voluntarium, tametſi ignorantia comitans non faciat ipſum voluntarium, ſed permittat, & ſciat eſſe voluntarium: Sic refert opinionem Caietani Vaſquez l. c. cap. 1. nu. 3.

7 Quia reſpondet Vaſquez l. c. cap. 2. num. 3. falſum eſſe ignorantiam comitantem talis eſſe naturæ (hæc ſunt verba Vaſquez) vt ſinat opus factum cum illa eſſe voluntarium; nam ſi tollit ſciẽtiam illius, quatenus tale eſt, quomodo poteſt permittere, vt ſit voluntarium? Nec minùs falſum eſt, quod in confirmatione adducebat, nimirum voluntarium non tolli per negationem ſolam, ſcilicet per non voluntarium, ſed per contrarium ſcilicet per inuoluntarium; nam voluntarium per inuoluntarium, quatenus inuoluntariũ eſt, non poteſt tolli, ſed cum illo rectè poteſt manere: propriè aũt tollitur per non volũtariũ; hæc autem negatio proximè ſequitur ex negatione ſcientiæ; nam licet ignorantia aliquando non faciat inuoluntarium, nempè quando eſt comitans, ſemper tamen facit non voluntarium; propria autem ratio excuſans omninò à culpa non eſt inuoluntarium, ſed non voluntarium. Quod ſi aliquod inuolũrium excuſat, quale reperitur in ignorantia antecedente, illud formaliter à peccato excuſat ſolum, quia facit non voluntarium. Hæc Vaſquez ibi.

8 Vel dic, quod ignorantia comitans relinquit actum, qui fit in ſua natura, vt voluntarius eſſe poſſit; non quidem voluntate efficaci, ſed ſimplicis complacentiæ; nam ſi impedit cognoſcere ſingularia in obiecto, conſequenter facit, vt voluntas non poſſit imperare effectionem illius, ſed tantum ſimpliciter ſe complacet circa illud obiectum, & relinquit actum, qui fit in ſua natura: & quia fuit volitum inefficaciter, dum non fuit cognitum, ideò fuit obiectum tantum voluntatis, & non effectus: & conſequenter in hac eadem ſua natura ipſum relinquit ignorantia comitãs. Ad rationem dico, quod voluntarium tollitur per contrarium, & contradictorium, & negatio contradictionis nihil eſt, & actus voluntatis aliquid eſt, & ideo impoſſibile eſt hunc actum tolli per ignorantiam comitantem, quæ facit voluntarium negatiuum, quæ eſt pura contradictio, quæ nihil eſt; hoc enim totum verum eſt; ſed hæc ignorantia comitans, quæ facit voluntarium negatiuum, non deſtruit voluntarium poſitiuum circa tale obiectum, ſed relinquit in ſuo eſſe; & quia eſſe voluntatis in actu noſtro erat inefficax, & ſimplicis complacentiæ, quia erat circa obiectum impoſſibile in actu, dum operans de homicidio nullam habebat cognitionem, immò cognoſcebat oppoſitum, nempè feram; ideò hæc ignorantia comitans non deſtruit hunc actum voluntatis, ſed eum in ſuo eſſe ſimplicis complacentiæ relinquit: impedit tamen, ut nõ eliciatur actus efficax imperij, dum tollit

tollit ſcientiam ſingularium obiecti, quæ ſcientia neceſſariò prærequiritur ad actum efficacem uoluntatis ex Ariſtotele 3.ethic.cap.1. circa finem. Et ſic ignorantia comitans eſt cauſa, ne uoluntas eliciat actum imperij circa tale obiectum, dum abſcondit intellectui ſingularia huius obiecti. Vndè & relinquit uoluntatem,ſeu actum ipſius in ſua ſimplici complacentia, & eum nullo modo deſtruit, cū ſit pura negatio, ut optimè Caiet. Facit ergo talis negatio, ut uoluntas non ſit cauſa efficax huius effectus, nempè homicidij; etſi eliciat actum complacentiæ circa tale homicidium; non enim uoluntas cognoſcebat tunc talem effectum, & ideò per ſe uelle efficaciter non poterat.

Nec obſtat D.Thomas p.2.q.76.ar.3. dum ait, quod ignorantia comitans non excuſat à peccato.

9 Quia reſpondet Vaſquez l. c.cap.3. nu.8. quod Sanctus Doctor non dixit, non excuſare opus exterius factum cū ignorantia comitante à peccato, hoc namque falſum eſt ex ſupradictis; ſed dixit non excuſare à peccato ſimpliciter; intelligit enim non excuſare ipsū operantem omninò à peccato circa idem obiectum; quia talis naturæ eſt comitans ignorantia,vt cum illa poſſit manere peccati affectus circa obiectū ignoratum; qui tamen affectus cum ignorantia antecedente manere nō pōt. Rectè igitur cū dixit Sanctus Thomas, ignorantiam antecedentem excuſare, intelligit ab omni peccato circa obiectum ignoratum; nam neque opus exterius factum ex illa eſt peccatum; nec affectus malus circa tale obiectum cum ea manere poteſt; cum .n. tollat ſcientiam, quæ alias opus illud prohiberet,fit vt nullus malus effectus circa illud obiectū,& ſecundū ſe conſideratum eſſe poſſit.Contra vero ignorantia comitans licet excuſet ab opere externo facto cum illa,vt dixi,non tñ excuſat ab omni malo affectu; quia hæc ignorantia non tollit ſcientiam prohibentem, &ità cum ea manere poteſt prauum propoſitum faciendi opus,quod cum ea ignorantia fit. Qui enim occidit hominem putans eſſe feram,ità vt ſi cognouiſſet, non occidiſſet, nequit habere cum tali ignorantia prauum affectum occidendi; qui vero occidit cum ignorantia comitante, quem alias occideret, ſi cognouiſſet, poteſt actu habere affectum homicidij circa illud, vt manifeſtum eſt. Eodem modo loquitur Sanctus Thomas l.c. art.4.ad ſecundum, cum inquit;ignorantiam comitantem non minuere peccatum;quia illa tantum ignorantia minuit peccatum,quę eſt cauſa operis, hoc eſt antecedens; intelligit autē non minuere peccatum in affectu eodem modo, quo dicitur;non tamen intelligit non minuere peccatum exterius, cum re vera excuſet illud à culpa. Hæc Vaſquez ibi.

Nec obſtat dictum Durandi in 2. diſt.22.num.5. relatum à Vaſquez l.c. cap.1.num.2. Quod ignorantia comitans per accidens comparatur cum opere,quod cum illa fit: ergo non poteſt à culpa ipſum opus excuſare; id enim quod excuſat aliquem actum à malitia, debet comparari cum illo per ſe.

10 Quia reſpondet idem Vaſquez l.c. cap.4.num.11. ignorantiam comitantem nullo quidem modo comparari cū ſubſtantia actus exterioris,vt ſit cauſa illius neque per ſe, neq, per accidens, quia ſolum illam comitatur, & cum illa eſt; rectè tamen comparari cum eodem,quatenus eſt non voluntarius; nā ratio voluntarij, per ſe tollitur, quauis ignorantia inuincibili; ablata vero ratione voluntarij, tollitur omnis ratio peccati.Hæc Vaſquez ibi. His poſitis.

11 Probatur facilè reſponſum; nam reſeruatio fit in caſu noſtro de actu conſummato cum effectu,vt in primo ſuppoſito; ſed in caſu noſtro non dicitur conſummata,& cum effectu inuocatio Dœmonis, dum remanet in prauo deſiderio,& affectu, vt in tertio ſuppoſito:

to: ergo caſus noſter non eſt reſeruatus, & conſequenter poteſt abſolui à quocunque Confeſſario inferiori.

Obiectionibus ſatiſfactum eſt in tertio ſuppoſito.

SVMMARIVM.

Conſulens Negromantẽ, vel conſilium alijs dans vt ipſum conſulant, vel ad ipſum pergens, vel ſuadens alijs vt ad ipſum pergant, à quocunque Inferiori abſolui poteſt; cum non vtatur incantationibus. num. 1. & 2.

Præparans tantū ſe ad vſum maleficiorum, non facit contra ſtatutum reſeruationis. num. 3.

Negromantes & cæteri profeſſores incidunt in caſum reſeruatum; non verò qui ad ipſos pergunt. nu. 4.

Cenſura, lata contra aliquid facientes, non ligat Mandantes, Conſulentes, Auxilium, vel fauorem præſtantes; niſi hi verbis exprimantur nu. 5.

Reſeruatio eſt odioſa, & conſequẽter reſtringenda, & non amplianda. nu. 6.

Paratus ad Dæmonem inuocandum, non dicitur actu inuocare. nu. 7.

Qui ſemel, aut bis vſus eſt incantationibus, & non ex profeſſo, nec Incantator, nec incantationis profeſſor dici poteſt, ac proinde non incidit in caſum reſeruatum. n. eod.

Profeſſor idem eſt ac Doctor, ſiue docens; vnde qui publicè aliquod vitium docet, dicitur Profeſſor illius vitij. nu. 8.

Qui duabus vicibus aliquod atrox delictum committit, dicitur ex conſuetudine illud committere; licet in negotijs ciuilibus duæ tantum vices non ſufficiant ad conſuetudinem inducendam. nu. 9.

RESOLVTIO XXXII.

Quidam Conſulit Negromantem, vel Conſilium dat alijs vt Negromantẽ cõſulãt; vel illū adijt; vel alijs ſuaſit, vt adeant; An poſſit abſolui à quocunque Confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, talem poſſe abſolui à quocunque Cõfeſſario inferiori. Ita Fagundez 2. Eccleſię præcepto lib. 8. cap. 4. num. 9.

2 Probatur, quia talis non vtitur incãtationibus &c. quia tales incantationes &c. non ſunt adhuc factæ; ergo non incidit in caſum noſtrum.

3 Confirmatur primo, quia talis ſe præparat ad vſum maleficiorum tantum; ergo non vtitur, & conſequenter non facit contra caſum reſeruatum.

4 Confirmatur ſecũdo, quia in caſum noſtrum incidunt tantũ Negromantes, Sortilegi &c. Sed qui Negromantem conſulit, vel conſulit vt conſulantur, vel ad illos pergit &c. Non eſt Negromans; neque profeſſor Negromantiæ; ergo non incidit in caſum noſtrum.

5 Probatur ſecundo, quia cenſura lata contra facientem aliquod delictum, non ligat Mandantes, Conſulentes, aut auxilium præſtantes; niſi in canone ferente cenſuram id quoque exprimatur. Ità Sanchez lib. 4. de matr. diſp. 49. num. 1. & 2. Toletus lib. 1. cap. 8. nu. 7. Syluester verb. Excõmunicatio vltim. num. 4. Tabienâ verb. Excommunicatio 5. caſu 4. Nauarr. in ſumm. cap. 27. nu. 51. Medina lib. 1. ſum. cap. 11. §. 2. fol. 36. col. 1. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 17. num. 2. Sed in caſu noſtro eſt lata cenſura, & reſeruatio contra Negromantes vtentes incantationibus, ſiue diuinationibus, & maleficijs &c. in damnum perſonarum; ergo non comprehenduntur Conſulentes, vel qui conſulunt, vt conſulantur; vel ad illos adeuntes, vel ſuadentes vt adeant &c.

6 Confirmatur, quia reſeruatio omnis odioſa eſt, cum reddat vſum ſacramenti pœnitentiæ difficilem; & odia non ſunt amplianda, ſed reſtrigẽda tantùm ad verba reſeruatiua, ità vt ſaluetur tantum intelligentia, & ſenſus illorum; ſed ſi includerẽtur perſonæ in caſu expreſſæ, ampliarentur verba reſeruationis; ergo &c.

Nec

Nec dicas, quod talis eſt iam paratus vti veneficijs &c. & conſequenter Dœmonem inuocare; ergo debet incurrere.

7 Quia contra eſt; Nam paratus ad Dœmonem inuocandum, actu non inuocat, vt patet. Et dato, quod actu inuocaret, non incidit; quia nec Negromans eſt, nec profeſſor Negromantiæ; qui enim ſemel, aut bis vtitur ijs incantationibus, ſed non ex profeſſo, verè nec incantator, nec profeſſor incantationis dici poteſt.

Et hinc manifeſtè patet, quod qui nō eſt Negromans, nec profitetur tale exercitium, etiamſi aliquando inuocet expreſsè Dœmonem, non incidit in caſum noſtrum, vt patet ex 4. notabili reſol. 30.

8 Dicitur profeſſor alicuius vitij, qui docet publicè tale vitium; Profeſſor enim idem eſt, ac Doctor, ſecundum Plinium lib. 3. cap. 53. Et profiteri idem eſt ac docere, ſecundum Ciceronem de Amicit.

9 Dicitur quis ex conſuetudine peccatum facere in atrocioribus delictis, ſi duabus vicibus tantum illud committat. Can. Ità nos 25. qu. 2. l. 3. in. fin. C. de Epiſcopis, & Clericis. Sic etiam vſum habere committẽdi aliquod crimen, vt ex citat. iuribus, & Glos. in cap. Monaſteria, de vita, & honeſ. cler. At in negotijs ciuilibus nec etiam tres vices conſuetudinem inducunt, cap. Cum Eccleſia, de cauſa poſſ. in 6.

SVMMARIVM.

Maleficiatus, qui à Negromante potente naturaliter maleficium ſoluere petijt ſolutionem ſui maleficij, ſi ab illo fuit per aliud maleficium ſolutus, & hoc fuit ab ipſo præuiſum, & à Negromante ei explicatum, nec peccauit mortaliter, nec incidit in caſum reſeruatum. num. 1.

Illi tantum Venefici Negromantes &c. ſunt ſub reſeruatione, qui cum expreſſa Dæmonis inuocatione vtuntur incantationibus ad captandum amorem, ſiue ad odium inferendum cum damno perſonarum. num. eodem.

Maleficiatus, qui à Malefico ſciente tantum via ſuperſtitioſa maleficium ſoluere ſolutionem petijt, quamuis peccet mortaliter; à quocunque tamen inferiori poteſt abſolui. num. 2.

Vti effectu bono præuiſo in cauſa mala malitia operantis, & non ex connexione neceſſaria cum tali effectu, nullum eſt peccatū. num. 3.

Poteſt Index ex affectu iuſtitiæ procurare impij occiſionem ab inimico ipſius impij; quāuis ille impium occidat ex odio. nu. eod.

Poteſt quis ſubleuationem à ſua miſeria procurare, etiam ſi ſciat ab vſurario futurā, recipiendo pecuniam ſub conditione dandi vſuras. nu. eod. & 5.

Poteſt quis licitè fidelitatem, & iuramentum ab Infideli exigere, licet præuideat illum per falſos Deos iuraturum. nu. eod.

Petens tunc dicitur cauſa moralis rei petitæ malæ, quando malitia eſt inſeparabilis à re petita. Quando verò eſt ſeparabilis, & non ſeparatur malitia correſpondentis, tūc operans tantum dicitur cauſa moralis effectus mali, non petens. nu. 4.

Maleficiatus tenetur Magum corrigere vt naturaliter ſoluat, ſi tamen fructum ſperat, & non corrigens facit contra præceptum correctionis fraternæ, ſecus ſi fructū non ſperat. nu. 5.

Non poteſt Maleficiatus cooperare cum Mago ad maleficium ſoluendum via ſuperſtitioſa; nam vteretur medio, nullam vim ex ſe habente, niſi tantum ex Dæmonis pacto. num. 6.

Poteſt Magus via ſuperſtitioſa inconſulto maleficiato ſcire, vbi ſit maleficium ab alio Mago factum, à quo poteſt Maleficiatus ſui maleficij ſolutionem petere, etiamſi ſciat Magum via ſuperſtitioſa id ſciuiſſe. n. 7.

Poteſt ſciens vti ſcientia per ſuperſtitionem acquiſita, dummodo ſit naturalis. n. eod.

Cuicumque licet deſtruere ſignum à Mago poſitum, non ad conſeruandum pactum cū Dæmone initum non nocendi ſublato ſigno; ſed ad deſtruendum primum pactum nocendi, & ad ſanitatem obtinendam. num. 8.

Dia-

Diabolus ut deſinat facere aliquod opus extraordinarium , non eſt opus nouo pacto, ſed ſufficit auferre ſignum, quo ad faciendum illud opus alliciebatur.n.eod.

Maleficiatus petendo à Mago ſolutionem maleficij,non petit opus vagum , ſed determinatum;quamuis modum ſoluendi vagè petat.num.9.

Petens ſolutionem maleficij à malefico ſciente etiam naturaliter maleficium ſoluere, non petit quatenus maleficus eſt ; ſed quatenus licite maleficium auferre poteſt.nu.eod.

Expectare à Dæmone priuatiuum effectum , nempè ut deſinat vexare remoto ſigno,quo ad vexandum ex pacto ligabatur, nullum eſt peccatum.nu.10.

Sanitas reſtituta maleficiato per ſigni deſtructionem,non prouenit ab auxilio, vel à poſitiua actione Dæmonis , ſed tantum à ſolutione pacti prius initi inter Magum, & Dæmonem.nu.eod.

Licet ſigna ponere , quibus poſitis expirat pactum prius initum inter Dæmonem , & Magum ad vexandum aliquem.nu.11.

Facere aliquid , quo poſito deſtruitur pactum prauum cum Dæmone factum , non eſt ſignum noui pacti, ſed impedimentum antiqui.num.eod.

Licet Sagam repercutere, ſi per repercuſſionē impeditur noxa;ſicut etiam dare, vel recipere panem , & ſalem à ſaga, quando per dationem , vel receptionem nocumentum ceſſat.num.eod.

Tenenti ſagam fugam meditantem ad illius interrogationem , Quid habes in manu ? reſpondere licet,es & chalybem.nu.eod.

Poſſumus etiam erga inimicos uti ſignis,quibus poſitis vexatio ceſſet , abſque ulla ſpecie beneuolentiæ.nu.eod.

Dæmon non tam diuina coactus poteſtate ceſſat aliquid facere ; ſed etiam quando aliqua facimus à quibus offenditur, & abhorret.nu.12.

Illicitum eſt expectare effectum priuatiuum à Dæmone,ex vi pacti, & ex fide Dæmoni data ; non tamen eſt illicitum ex vi euerſionis prioris pacti.nu.eod.

RESOLVTIO XXXIII.

Quidam maleficiatus petijt ſolutionem ſui maleficij à Negromante,qui poterat via naturali ſoluere , ſeu deſtruere maleficium; ſed voluit via extraordinaria, & per aliud maleficium ſoluere , quod totum fuit præuiſum à tali maleficiato , & à Negromante explicatum; An peccauit mortaliter talis maleficiatus , & incidit in caſū prædictum reſeruatum ?

1 Reſpondeo nec incidiſſe in caſum noſtrum,nec peccaſſe mortaliter. Primum patet ex verbis reſeruationis, quæ hæc ſunt, Omnes venefici &c.qui cum expreſſa Dœmonis inuocatione prætextu captādæ dilectionis , aut odij inferendi vtuntur incantationibus , & maleficijs in damnum perſonarū &c. ſed hic in caſu noſtro non eſt Negromans, nec vtitur ijs maleficijs in damnum perſonarum: ergo non incidit in caſum noſtrum.

2 Quod verum eſt , etiam ſi Negromans ſoluere, ſeu deſtruere ſciret tantùm uia ſuperſtitioſa,& cum expreſſa Dœmonis inuocatione; tunc enim etſi maleficiatus peccet mortaliter , tamen poteſt abſolui à quocunque Confeſſario inferiori ob rationem prædictam. At ſi Negromans ſciret ſoluere maleficiū uia naturali , & illud ſoluere uult uia ſuperſtitioſa, & cum expreſſa Dœmonis inuocatione;tunc utendo maleficiatus tali ſolutione,nullo modo peccat,etiam ſi ſub tali pacto acceptetur. Ità Sanchez in ſumma lib.2.cap. 41. n. 12.& de matrimonio lib.7.diſp.95.nu. 11. Leſſ. lib. 2.cap. 44.dub.6.num.46. Filluccius tom.2.q.5. punct. 5. num.8. Suarez lib.1.de relig.lib. 2. de ſuperſt. cap.18.num.9.Diana par.5.tract.7. re-

ſol.15.Hurtadus de Mendozza in 2. 2. diſp.173.ſect.16.§.20.

Probatur,quia vti effectu bono præuiſo in cauſa mala malitia alterius operantis, & non ex connexione neceſſaria cum tali cauſa,nullum eſt peccatum;quod patet. Tum quia exterminatio impij à re publica eſt effectus bonus, qui etſi præuideatur à Iudice futurus ab inimico ex affectu odij, adhuc licitum erit hoc facere;quia cum poſſit inimicus impij ipſum occidere ex affectu iuſtitiæ,ſi occidat ex odio,nō prouenit à connexione effectus cum cauſa, ſed à malitia operantis, & ideò talis occiſio poteſt à Iudice procurari, etiamſi proueniat à tali cauſa mala.Sic ſubleuatio ab aliqua neceſſitate poteſt à me procurari, etiamſi præuideam futuram ab vſurario, mutuando mihi ad vſuram;quia cum poſſit vſurarius ſubleuare neceſſitatem meam mutuando gratis,vult ad vſuram mutuare, & ſic talis cauſa eleuans me à mea miſeria, eſt mala malitia operantis,& non operis; & ideò poteſt à me procurari talis ſubleuatio, etſi præuiſa futura à cauſa mala;quia malitia effectus non prouenit à connexione cum tali cauſa mala, ſed ab operante. Sic poſſum optare fidelitatem infidelis, etſi præuideam talem promiſſurum,& iuraturum per falſos Deos; quia talis ſecuritas à iuramento proueniens eſt effectus bonus proueniens à cauſa mala,non ex connexione cum tali cauſa, ſed malitia operantis;poteſt enim infidelis iurare per verum Deum, & ſua malitia iurat per falſos Deos.Et ratio huius eſt,quia talis vtitur re licita in ſe, quæ eſt effectus bonus; quod vero illicitum eſt,in re illa non eſt, ſed remanet vel in operante,vel in cauſa, quæ non eſt ab vtente, ſed ab operante. Nec poſtulatio vtentis eſt cauſa,ſeu occaſio mali,quia poſtulationi pōt vſurarius,infidelis,vel Magus &c. correſpondere cauſa licita parturiente eundē effectum, & malitia ipſius vſurarij, infidelis, vel Magi &c. correſpondetur cauſa illicita &c. Sed ſolutio Maleficij in caſu noſtro, eſt effectus bonus præuiſus in cauſa mala, quę eſt aliud maleficium; quæ ſolutio non eſt neceſſariò connexa cum tali nouo maleficio,cum poſſit ſolui ab eodem Mago via naturali, vt ſupponimus: ergo licitum eſt maleficiato vti hac ſolutione proueniente à nouo maleficio.

Nec dicas primò, q̃ petēs ab aliquo opus aliquod, eſt cauſa moralis illius operis, quamuis alter ſit paratiſſimus; ergo ſolutio per maleficium tribuitur maleficiato petenti, & conſequenter peccat, dum effectus ille ex cauſa praua fit à petente.

4 Quia contra eſt; nam tunc petens dicitur cauſa moralis rei petitæ, quando malitia eſt inſeparabilis à tali re petita; at quando ſeparabilis eſt malitia, & non ſeparatur malitia correſpōdentis,tunc effectus bonus dicitur moraliter productus à poſtulante;at malitia ſeparabilis, & non petita à petente ſolutionem, non eſt à poſtulante, ſed ab operante phyſicè rem illam, vt benè Sanchez de matrim.lib. 7. diſp. 95. num. 7. & in ſumm. lib. 2.cap. 41. nu. 5.in fine.

Nec dicas ſecundo, quod ſi liceret maleficiato vti ſolutione proueniente ex nouo maleficio; ei etiam liceret acceptare ſolutionem maleficij ea conditione, vt nouo maleficio ſoluat,quod videtur eſſe intrinſecè malum.

5 Quia reſpondet Sanchez in ſumm.l. c.num.14.his præciſis verbis:Sicut petens mutuũ ab vſurario nolente dare, niſi ſub vſuris, poteſt acceptare mutuũ acceptata conditione dandi ſub vſuris,iuxta communem ſententiam,quod id non ſit cooperari peccato alterius, vtpotè qui ſola ſua malitia peccat, nã poteſt licitè mutuũ dare; & ideò ſolũ eſt peccato alterius vſus ad propriæ neceſſitati conſulendum. Ità ſi maleficus nollet ſoluere modo licito ſibi cognito maleficium, poteſt acceptari, vt alio maleficio ſoluat. Hæc Sanchez ibi. Tenetur tamen maleficiatus Magũ

corri-

Digitized by Google

corrigere, vt via naturali ſoluat, & non ſuperſtitioſa, ſi fructum ſperat, ſecus ſi non ſperat. Sanchez l.c.num. 16. & ſi non corrigit, facit contra præceptum correctionis fraternæ, & non inductionis Malefici, vt optimè Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 95. num. 12. in fine.

Nec dicas tertio, quod ſic licèret etiam maleficiato cooperari cum Mago ad maleficium ſoluendum; quia quod intendit, eſt tantùm ſolutio, & nõ cooperatio, & ſic vtitur peccato alieno ad proprium commodum.

6 Quia contra eſt; nam ſic eſt vti medio ſuperſtitioſo nullam vim habente, niſi ex Dœmonis pacto; & ſic non poteſt dici, quod vtatur peccato alterius, quia conſentiẽs medium illud ſibi applicari, re vera vtitur eo, ac proindè verè cooperatur medio vano, & ſuperſtitioſo, vt benè Sanchez in ſumm. l.c.num. 15. & de matrim. l. c. diſp. 95. num. 12.

Nec dicas quarto, quod ſic nunquã liceret maleficiato ab alio Mago ſolutionem ſui maleficij petere; ſed neceſſariò eam petere debet ab eodem, qui maleficium fecit, quia hic tantum poteſt via naturali illud ſoluere.

7 Quia contra eſt; nam poteſt alius Magus via ſuperſtitioſa, inconſulto maleficiato ſcire maleficium vbi ſit; ſi enim poſt talem ſcientiam maleficiatus poſtulet ſolutionem à tali Mago, poteſt ea vti, etiamſi ſciat Magum ſciuiſſe via ſuperſtitioſa; ſufficit enim ſi nunc via ordinaria poteſt eum ſoluere; ſcientia enim acquiſita per ſuperſtitionem poteſt ſciens vti, ſi naturalis ſit ſine culpa, vt diximus ſupra reſol. 28. Sanchez in ſum.l.c.n. 20. & de matrim. lib. 7. diſp. 96. nu. 4.

Dices quinto, quod ſic licebit cuiq; deſtruere ſignum à Mago poſitum ex pacto cum Dœmone ad nocendum maleficiato, & conſequenter confirmare pactum initum inter Magum, & Dœmonem non nocendi; nulla enim alia ratione, ablato ſigno Dœmon nocere deſinit, niſi virtute pacti.

8 Reſpondeo cõcedendo totum, ſi ſignũ aufertur non animo vt pactũ factũ cũ priori malefico à Dœmone ſeruetur, ſed animo deſtruẽdi pactũ cum illo initum, & ad obtinendam ſanitatem, vt benè Sanchez in ſumm. l.c.num. 19. & de matrim. l.c. diſp. 96. num. 6. Quando enim Diabolus aliquo ſigno debet allici, vt faciat aliquod extraordinarium, non eſt opus nouo pacto vt deſinat facere, ſed ſatis eſt, vt deſinat allici, quod fit ſublato ſigno; hinc enim ſequitur, vt deſinat operari, eo quod vis prioris pacti, ex quo ad operandum eſt inductus, ſit eliſa, inquit Leſſ. l.c.n. 30.

Nec dicas ſexto, cum Caiet. in ſuis opſc. tom. 2. tract. 22. de malef. qu. vnica in fin. corpor. Quod in caſu noſtro petitur malefici opus vt ſic, quando abſolutè petitur. Sicut dũ aliquid à quolibet alio artifice expoſcitur. Præterea quia peculiare opus eſt neceſſe petere, & non vagè, relinquendo arbitrio hominis diabolici petitionem propriã.

9 Quia reſpõdet Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 95. num. 12. quod non petitur opus vagè à malefico, ſed determinatum, nempè vt maleficium ſoluat; quamuis modus ſoluendi vagè petatur. Quod idem prorſus inuenitur in petitione mutui ab vſurario, & iuramẽti ab infideli. Nec petitur à malefico, vt maleficus eſt, quo pacto peteretur miniſterium artis maleficæ; ſed petitur ab illo, in quantum poteſt licitè maleficium auferre; ſicut petens mutuum à Iudæo publicè vſurarij munus obeunte, non petit ab eo mutuum, quatenus vſurarius eſt, ſed quatenus poteſt licitè mutuare. Hæc Sanchez ibi.

Dices ſeptimo, quod ſic licet à Dœmone ſperare ſalutem, & beneficium; cum negari non poſſit, beneficium eſſe ab incœpta vexatione deſiſtere. Adde quod hæc eſt tacita Dœmonis inuocatio, petendo vt ſtet pactis initis cum Mago.

10 Reſpondet Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 96. num. 6. nullam culpam eſſe, (hæc ſunt verba Sanchez) expectare

O 2 eſſe-

effectum priuatiuum à Dœmone, non quaſi ille beneficium aliquod conferat deſiſtendo, ſed quia remoto ſigno, quo ad vexandum ex pacto ligabatur, ſperetur fore vt deſiſtat &c. Non enim interuenit ibi aliqua Dœmonis inuocatio, nec petitur vt ſtet promiſſis, immò diſſoluitur pactum; nec ſperatur ſalus à poſitiua Dœmonis actione, ſed à priuatione actionis. Hæc Sanchez. Intendit enim tunc non pactum cum Dœmone initum ſeruare, ſed ſolum pactum nocendi reſcindere, vt benè Leſſ. l. c. nu. 37. Dœmon enim in damno inferendo per ſigni appoſitionem cooperatur ad uexandum; at in reſtituenda ſanitate per deſtructionem ſigni, non auxilium, nec actio Dœmonis interuenit, ſed mera priuatio; hoc eſt, vt non agat uexando, & ideò non expectatur ad ſanitatem obtinendam, ut Doemon aliquid faciat, ſed ut deſinat facere. At expectare effectum Doemonis priuatiuum, nullum eſt peccatum. Sicut fas eſt expectare Doemonis fugam ab Energumeno, uel ceſſationem tentationis, & ſimilia; expectatur tamẽ effectus hic, non ex ui alicuius pacti prioris initi inter Doemonem, & Magum; ſed expectatur ex vi ſolutionis pacti priùs initi inter Dœmonem, & Magum, vt optimè Sanchez l. c. nu. 3. & 6. Ablatio enim ſigni ſanat poſito pacto Dœmonis, non quaſi Dœmon cooperetur, vel quaſi pactum cum ipſo initum confirmetur, ſed per pacti diſſolutionem; illud enim poſitiuum ſtat veluti ſignum fœderis inter Magũ, & Dœmonem: quo deſtructo, deſtruitur ſignum, & conſequenter pactum ipſum; deſtructio enim pacti inter Dœmonem, & Magum licita eſt, vt omnibus patet.

11 Ex dictis collige cum Leſſio lib. 2. cap. 45. licitum eſſe ponere alia ſigna, quibus poſitis expirat, vel deſtruitur pactum priùs initum inter Dœmonẽ, Magum ad vexandũ aliquem, & Diabolus deſinit nocere; vel priora ſigna vim ſuam amittunt. Et ratio eſt, quia facere aliquid, quo poſito finitur pactũ prauum, & Diabolus deſinit nocere, licitum eſt; cum hoc nõ ſit ſignum pacti noui, ſed euerſio, ſeu impedimentũ pacti antiqui. Nec refert, vtrum hoc proueniat ex eo, quod Diabolus tali ſigno offendatur, an quod ipſemet ſtatuerit, vt tali re inuenta pactum non ceſſet, ſi non fiat modo deprecatorio, aut affectu aliquo beneuolentiæ. Sic licet repercutere Sagã, ſi per repercuſſionem impeditur noxa, vel quia Diabolus ſtatuit repercutientem non nocere; vel quia per repercuſſionem ſignum nõ eſt tale, quale Dœmon à Saga requirit. Sic licet dare Sagæ panem, & ſalem, vt nocumentum ceſſet, vel inefficax reddatur. Sicut etiam licet ab ab eadem Saga panem accipere ad eundem finem. Hæc omnia Leſſ. l. c. Sic etiam licebit tenenti Sagam, quæ fugã meditatur, dicere ad illius interrogationem; quid habes in manu? æs, & chalybem; ſic enim ceſſat maleficium, & Saga punienda datur iuſtitiæ. Ità P. Vincentius Paganus in manuſcripto de caſib. reſer. controu. 1. verſ. Habes primo &c. Nec obſtat, quod Diabolus hoc ſtatuerit; Quia ſolum ſtatuit his poſitis non nocere, & vt pactum præcedens expiret; ſed licitum eſt aliquid facere, quod per ſe indifferens eſt, vt diſſoluatur, & expiret Diaboli pactum, & nocumentum ceſſet. Nec hoc eſt ſignum amicitiæ, quia etiam erga inimicum poteſt quis talibus ſignis vti abſque ſpecie beneuolentiæ, vt benè Leſſ. loc. cit.

Nec obſtat, quod talis effectus, nẽpè ceſſatio à vexatione, non expectatur à cauſa naturali, neque ab humana voluntate, neque per miraculum à voluntate Dei: ergo expectatur à Diabolo, ac proindè eſt opus ſuperſtitioſum.

12 Quia reſpondet Leſſ. l. c. num. 40. quod effectus, qui expectatur, non eſt aliqua actio poſitiua Dœmonis, ſed ceſſatio, ſeu priuatio actionis; quem effectum licet à Dœmone expectare; multa

multa enim quotidie facimus, vt Diabolus aliquid non faciat, vel ceſſet facere, non ſolum coactus diuina poteſtate, ſed etiam quaſi offenſus, & abhorrens: vt dum geſtamus Agnos Dei, & reliquias, dum vtimur aqua benedicta, dum benedicimus domos, & templa; cur non etiam poſſumus deſtruere ſigna Magica, vt deſinat nocere, tanquam non amplius ad nocendum allectus? Itaque non quouis modo illicitum eſt expectare effectum priuatiuum à Dœmone, ſed expectare illum ex fide data, & accepta, ſeu ex vi alicuius pacti cum Dœmone initi, quod hic non fit; non enim expectatur ex vi pacti, ſed ex euerſione pacti, ſeu inuocationis; eſt enim effectus priuatiuus, qui ſufficienter ex hoc ſequitur, quod non ampliùs per ſignum prouocetur, ſed quod prius pactum deſtruatur. Vndè qui ſic expectat ceſſationem à Diabolo, non perindè facit, ac ſi dicat præſta quod promiſiſti; ſed potiùs perindè facit, ac ſi dicat, pactum tuum cum Mago reſcindo; ſigna tua, quæ inſtituiſti ad nocendum, deſtruo: non eſt ergo, quod noceas ampliùs. Hęc omnia proprijs verbis Leſſ. l. c.

SVMMARIVM.

Facere ex præſumptione eſt operari cum cognitione, dolo, & contemptu. nu. 1.

Dolus dicitur quando ad proximum decipiēdum non manifeſtamus, quod manifeſtare tenemur, & appellatur Calliditas. Dolus etiam dicitur, quod mendacibus verbis profertur, & appellatur Fallacia; ſicut etiā Dolus dicitur quod artificio verborum profertur ad decipiendum proximum, & dicitur Machinatio. nu. eod.

Dolus à fraude differt, quia dolus fit verbis, fraus verò factis. nu. eod.

Doloſus dicitur ille, qui non facit quod facere tenetur. nu. eod.

Qui non facit, quod facere tenetur, ex negligentia, ira, & concupiſcentia, ſiue per modum actus, ſiue per modum habitus, non eſt contemptor propriè dictus. nu. 2.

Conſuetudo peccandi in foro externo arguit contemptum; ſecus verò in foro interno. nu. eod.

Qui cum iuſta cauſa legem humanam poſitiuam tranſgreditur, nullam committit culpam. num. 3.

Dicitur cauſa iuſta tranſgrediendi, propter quam ſi legislator eſſet præſens eum excuſaret. nu. eod.

Sicut iuſta cauſa etiam dicitur, quæ bona fide pro iuſta habetur, etſi in ſe ſit iniuſta. num. eod.

Qui non facit quod facere tenetur ex opinione probabili, non dicitur doloſus contemptor. num. 4.

Contemptus eſt tranſgreſſio præcepti, quia præceptum eſt; quia tranſgreſſor non vult ſubijci legi, & legislatori præcipienti: vnde directè tendit contra ſuperioritatē legis, & legislatoris. nu. 5.

Contemptus duo dicit, & actum peccaminoſum, & cauſam peccandi; & eſt formaliter peccatum inobedientiæ includens formalē præcepti contemptum. nu. eod.

Contemptus eſt duplex, Negatiuus, & Poſitiuus. num. 6.

Contemptus poſitiuus eſt verè, & propriè cōtemptus. num. 7.

Verus contemptor dicitur, qui negat obedire, negando auctoritatem, & poteſtatem legislatoris. Qui de recenti monitus ne faciat prohibitum à ſuperiore, vult contra prohibitionem agere. Cogens aliquem facere aliquid contra ſuperioris præceptum. Faciens contra ſpeciale præceptum. Sicut etiam faciens contra inhibitionem ſuperioris, ne procedat in aliqua cauſa. n. 8

Inobediens ex indignatione, vel quia non vult ſuperiors obedire, ne ipſum ſolatio afficiat, non dicitur formaliter contemptor. nu. 9.

Qui ſuperiorem contemnit vt ſuperior eſt, & quatenus à Deo auctoritatem habet, peccat mortaliter. Secus verò dicendum eſt, ſi ipſum contemnit, quia eſt infimæ ſortis, vel impudens &c. nu. 10.

Qui cum Monialibus loquitur ad breue tempus ratione vrbanitatis, vel bona fide, vel ob incogitantiam, vel obliuionem, non eſt excommunicatus. nu. eod.

Ex-

Excommunicatio duplex eſt, Ferenda .ſ. & eſt illa quæ explicatur, vel per ſimplicem comminationem, vel per verba ſignificantia aliquid de futuro; & eſt duplex, vna indigens monitione, altera verò non. Secunda eſt lata, ſeu latæ ſententiæ, & eſt illa, quæ ſtatim ac delinquens delinquit, ipſum offendit, alia declaratione non expectata. num. 11.

Excommunicatio lata, ſeu latæ ſententiæ monitione præuia non indiget. nu. eod.

Cognoſcitur excommunicatio latæ ſententiæ, ſi feratur per verba in tempore præſenti indicatiui modi. Vel per verba imperatiua. Vel per nomen adiectiuum cũ verbo ſubſtantiuo in aliquo tempore ſignificante factum. Vel ſi ſententia explicetur per verba præterita, & incurſio futura. num. 12.

Locutio cum Monialibus quamuis indifferẽs ſit; tamen ratione circumſtantiæ eſt materia grauis, & ideo tranſgreſſor peccat mortaliter, & conſequenter Epiſcopus poteſt loquentem excommunicare. nu. 3.

Qui ſilentium præceptum à ſuperiore ob bonum communitatis, vel ratione ſcandali, frangit, peccat mortaliter; ſicut qui alias res indifferentes tranſgreditur, ſi ſint prohibitæ ob commune bonum, vel ratione periculi, ſcandali &c. nu. eod.

Res leues, & indifferentes, etiam inſpectis circumſtantijs non poſſunt prohiberi ſub pœna excommunicationis. n. eod.

Locutio cum Monialibus tendit ad deſtructionem communitatis, & decentiæ clauſuræ. num. eod.

Lex, ſeu præceptum aliquando fundatur in præſumptione facti, vel delicti; aliquando in periculo facti, vel delicti. Quando fundatur in præſumptione, ſi præſumptio ceſſat, ceſſat etiam obligatio legis; quando verò fundatur in periculo facti, vel delicti; etiamſi delictum ceſſet, non ceſſat obligatio legis. nu. 14.

Hæres qui inuentarium non fecit, etſi præſumatur, quod commiſerit fraudem; non tamen tenetur ad reſtitutionem vltra vires hæreditatis. num. eod.

Contractus Minoris, vel Pupilli factus ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, non valet, etiam ſi ſine fraude effectus ſit. Sicut obligatio dotis, vel ipſius renunciatio, Donatio vxoris facta marito, Renunciatio legitimæ, Confectio teſtamenti, Electio &c. facta etiam ſine frande, ſed ſine debitis ſolemnitatibus, non valent. nu. eod.

Prohibitio locutionis cum Monialibus fundatur in periculo deſtructionis communitatis, & decentiæ clauſuræ, non verò in præſumptione deſtructionis; & ideo non ceſſat obligatio, etiam ſi talis deſtructio nõ ſequatur. num. eod.

Excuſãtur ab hac excõmunicatione colloquẽtes cum Abbatiſſis, Fratres Monialium in primo gradu, Filij Monialium, Pater, & Mater Monialis, omnes mulieres in diebus non prohibitis, Qui metu graui alloquitur, etiam de rebus obſcœnis; quamuis peccet mortaliter; Qui paruo tempore, vel Idiomate à Moniali non intellecto, Pueri, & Puellæ ante pubertatem, etiam ſi dubitent de complemento pubertatis poſt factã diligentiam, Epiſcopi omnes; & Qui de domo ſua propè Monaſterium loquitur. Secus dicẽdum eſt de loquente à platea Monaſterij, vel ſi opere Dæmonis ad Monaſterium ſit translatus, ipſo volente; ſecus ſi inuitus transferatur. Excuſantur etiam loquentes per interpetrem; loquentes auſcultatricib. & intereſſẽtib. ex officio. n. 15.

Regulares loquendo cum Monialibus Archiepiſcopo ſubiectis non incidunt in excommunicationem, ex ſpeciali priuilegio exemptionis ab Ordinarijs locorum. n. 16.

Regulares excommunicantur ab Ordinarijs locorum, ſi nolunt bona reſtituere Nouitijs reſipiſcentibus. Inobedientes, vel impedientes clauſuram imponendam Monialibus ab ipſiſmet Ordinarijs. Si celebrẽt in Oratorijs priuatis, vel horis non debitis; ſicut etiam excommunicari poſſunt ad ſuperſtitiones oblegandas. n. eod.

Epiſcopus in Regulares habet iuriſdictionem in nonnullis caſibus, vt ad ipſos compellẽdos, vt publicis proceſſionibus interſint; quoad componendas controuerſias de præcedentia inter ipſos exemptos exorta; & ad puniendum publicos delinquentes; Ad explorandam puellæ profeſſuræ voluntatẽ; non tamen poteſt ratione horum, & ſimilium

lium ipſos Regulares excommunicare. nu. eodem.

Regulares non poſſunt accedere ad Monaſteria Monialium ſine licentia Sacræ Congregationis ad loquendum cum Monialibus, ſub pœna ipſo facto incurrenda priuationis officij, & vocis actiua, & paſſiua; & hæc pœna eſt grauis obligans ſub mortali ex declaratione Sacræ Congregationis. num. 17.

Regulares ſecundum aliquos DD. poſſunt loqui pauca verba cum Monialibus cauſa vrbanitatis, vel ad explicandum caſum conſcientiæ. Sicut poſſunt loqui cum puellis cauſa educationis ibi degentibus, & mulieribus; & ad Moniales ipſas litteras tranſmittere. nu. eod.

Poſſunt regulares de licentia Sacræ Congregationis Moniales etiam non conſanguineas alloqui; Conſanguineas verò in primo, & ſecundo gradu poſſunt alloqui per quatuor vices tantum in quolibet anno, in præſentia Confeſſarij Monialium, & aſſiſtentibus Auſcultatricibus tantum, & non alijs; & in diebus non prohibitis. n. 18.

Regulares, loquentes cum Monialibus in monaſterijs exemptis exiſtentibus in Diœceſi, incidunt in excommunicationem contra loquentes cum Monialibus. nu. 19.

Epiſcopi sũt Delegati Apoſtolici in ordine ad poſitionem, conſeruationem, & reſtitutionẽ clauſuræ Monialium, etiam exemptarum. num. eod.

Spectat ad conſeruationem clauſuræ, & ad ipſius decentiam prohibitio loquutionis cũ Monialibus. nu. eod. & 22.

Epiſcopus proferens excommunicationẽ, præſumitur proferre omni meliori via, & modo quo poteſt, & dum eam fert, vtitur tam poteſtate ordinaria, quàm delegata. num. eodem.

Quod poſſint Epiſcopi excommunicare Regulares loquentes cum Monialibus in Monaſterijs exemptis deducitur ex Concil. Trid. ſtante declaratione Sacræ Congregationis. nu. 20.

Milites hieroſolimitani loquentes cum Monialibus ſunt excommunicati excommunicatione ab Ordinario prolata. nn. 21.

Epiſcopus poteſt excommunicare colloquentes cum Monialibus in Monaſterijs exemptis, quia eſt Delegatus Apoſtolicus quoad clauſuram. num. 22.

Epiſcopus non amittit iuriſdictionem in ſuos ſubditos exiſtentes in Monaſterijs exemptis extra clauſtra. n. eod.

Loca Monialium dicuntur exempta ratione perſonarum tantum. n. eod.

Epiſcopus habitans in loco Monaſteriorum exemptorum, verè dicitur reſidere in ſua Diœceſi. n. eod.

Epiſcopus non poteſt in Monaſterijs exemptis tribunal erigere, & iudicare reos, vel alios actus iuriſdictionis exercere; quia Monaſteria hæc habent aliqualem exemptionem, etiam ratione loci. n. 23.

Epiſcopus non poteſt excommunicare Moniales exemptas colloquentes cum ſubditis eiuſdem Epiſcopi. n. eod.

Peregrini colloquentes cum Monialibus Epiſcopo ſubiectis probabiliter non incidunt in præfatam excommunicationem; ſecus dicendum eſt ſi loquantur cum Monialibus in Monaſterijs exẽptis. n. 24. & 27.

Peregrini, ſeu exteri, qui furantur in Diœceſi, in qua furtum eſt prohibitum ſub excommunicationis pœna ipſo facto &c. non incidunt in illam, ſiue excommunicatio ſit lata per modum ſententiæ, ſiue per modum ſtatuti. n. eod.

Sententia ſpirat morte proferentis, ſtatutum verò non. n. eod.

Peregrini non incidunt in excommunicationem loci quo tranſeunt; etiamſi eadem excommunicatio lata ſit in propria patria. nu. 25.

Peregrini, quia non ſunt ſubditi, non tenentur præceptis ſuperioris loci quo tranſeũt. num. eod.

Qui non eſt contumax, & inobediens non poteſt excommunicari. n. eod.

In materia mala, quia prohibita, non poteſt dari ſubiectio ratione delicti. n. 26.

Licentia Epiſcopi de loquendo cum Monialibus ſufficit ſi ſit non ſcripta, etſi quoad forum fori ſæcularis requiratur ad effugiendam pœnam pecuniariam à iudice laico impoſitam. n. 28.

Monaſteria Monialiũ poſſunt recipere puellas cauſa educationis his cõditionibus poſitis.

ſitis. Prima eſt vt Monaſterium habeat conſuetudinem has recipiendi; & ex defectu huius cõditionis, Moniales S.Claræ,& aliæ quæ in principio fundationis clauſuram perpetuam vouerunt, non poſſunt has puellas recipere ſine ſpeciali licẽtia Sedis Apoſtolicæ. Secunda eſt, vt recipiantur de conſẽſu ſuperioris, Abbatiſſæ, Monialiũ capitulariter congregatarum, & de licentia Sacræ Congregationis. Tertia eſt, quòd ſint intra numerum præfixum ab eadem Sacra Congreg. Quarta eſt, vt vtantur veſtitu conuenienti virginali modeſtiæ, & pudicitiæ. Quinta eſt, vt recipiantur ſolæ, ſine ancilla. Sexta eſt, vt habeãt ſeptimum annum completum, etſi Sacra Congreg. diſpẽſet aliquãdo, & non excedant annum 25. Septima eſt, vt Monaſteria hæc habeant locum ſeparatum à dormitorio, & laurerio Monialium. Octaua eſt, quod hæ puellæ teneantur ad obſeruantiam clauſuræ, ſicut aliæ Moniales; & ideo non poſſunt exire cauſa valetudinis, vel ad teſtamentum cõdendum &c. Nona eſt, vt ſoluant anticipatum ſemeſtre, & pro tali anticipata ſolutione præſtare debeant ſecuritatem idoneam.n.29.

Parentes poſſunt cogere puellas ad ingreſſum Monaſterij cauſa educationis ante pubertatem, nec ſunt excommunicati; ſunt tamen excommunicati ſi ipſas cogunt poſt pubertatem, ſecundum aliquos DD. etſi alij negent: ſi verò ipſas cogunt pro monacatione, ſunt excommunicati.n.30.

Nomen, Puella, eſt æquiuocum, & intelligitur etiam de fœmina excedente pubertatem; vnde in caſu noſtro ſignificat omnes fœminas in Monaſteria poſitas cauſa educationis.n.31.

Loquens de rebus obſcœnis ſub prætextu licentiæ cum puellis poſitis in Monaſterio cauſa educationis, non incidit in caſum noſtrum reſeruatum.nu.26.

Loquens cum Monialibus de rebus obſcœnis, ſed non ſub prætextu licentiæ obtentæ, non incidit in caſum noſtrum, ſi loquatur ad breue tempus.nu.33.& 38.

In lege pœnali non fit extenſio de caſu ad caſum ex identitate rationis, in ordine tamẽ ad forum conſcientiæ; nam in ordine ad forum fori, & in ordine ad iudicandũ ſemper fit extenſio.n.34.

Lex pœnalis quamuis ex identitate rationis extendatur de caſu ad caſum quoad obligationem; tamen quoad pœnam ab ipſa lege impoſitam in foro conſcientiæ extendi non poteſt.n.35.

Ratio dicitur mens, & anima legis, ita vt vbicumque eſt eadem ratio, debeat vigere eadem lex; lex tamen pœnalis non omnino à ratione pendet, ſed à legiſlatoris voluntate; vnde non viget vbi eadem eſt ratio, ſed vbi eſt eadem legiſlatoris voluntas. num.eod.

In pœnis argumentum à ſimili non valet. num.eod.

In locutione cum Monialibus, maximè de rebus honeſtis, datur paruitas materiæ. Diſcrepant autem inter ſe DD. de quantitate temporis.nu.36.

In qualibet opinione de huius materiæ paruitate, verba debent eſſe modica breue tẽpus occupantia; nec locutio frequens eſſe debet.nu.37.

Finis huius ſtatuti prohibentis loquutionem cum Monialibus, eſt vt expeditius Moniales Deo ſeruire valeant, ſicut etiam ne ipſæ ſint otioſæ, vel ad clauſuram cõſeruandam.n.eod.

Verba inhoneſta etſi pauca, cum Monialibus habita poſſunt cõſtituere peccatum mortale, & conſequenter comprehendi in caſu noſtro.nu.38.

Illi tantum comprehenduntur ſub Epiſcopi ſtatuto, qui prætextu licentiæ de rebus obſcœnis loquuntur; non verò qui ſine prætextu licentiæ.nu.39.

A verbis legis, per quæ Princeps ſuam volũtatem exprimit, recedendum non eſt ſine neceſſitate.n.eod.

Prætextus eſt velamen, quo quis moueri ſe ſimulat ad aliquid faciendum, cum re vera alia cauſa moueatur.nu.40.

Verba, ſub prætextu licentiæ, non intelliguntur de eo, qui nullam habet licentiam; ſed de eo, qui ſub velamine petendi licentiã in re honeſta, petit cauſa rei inhoneſtæ.n.eod.

Maius peccatum committit qui cum prætextu licentiæ de rebus obſcœnis cum Monialibus loquitur, cum abutatur licentia ſuperio-

perioris,prater peccatum locutionis,quam qui ſine hoc prætextu licentiæ.n.41.

In iure aliquando minora delicta ob ſpecialem rationem in eis concurrentem ſubijciuntur aliquibus pœnis,quibus non ſubijciuntur maiora.nu.24.

Loquens ad longum tempus cum Monialibus de rebus obſcœnis ſine licentia incidit in caſum noſtrum, vt locutor vt ſic, non vt locutor inhoneſtus.n.43.

Loquens cum Monialibus de rebus obſcœnis ſub prætextu licentiæ ad breue tempus incidit in caſum noſtrum reſeruatum.n.44.

Statutum hoc recipit paruitatem materiæ in locutione honeſta tantum,non in locutione inhoneſta.nu.eod.

Habens licentiam loquēdi cum Monialibus, ſi loquatur inhoneſtè non ſub prætextu licentiæ ad breue tempus, cum intentione tamen iterum loquendi de rebus honeſtis, & cum licentia, non incidit in caſum noſtrum.n.45.

Statutum hoc,etſi ſit fauorabile reſpectu Monialium,quatenus eſt latum ob bonū animæ Monialium;tamen reſpectu colloquentis cum ipſis eſt odioſum, cum contineat pœnam; & vt odioſum non poteſt extendi vltra caſum in ſtatuto poſitum.nu.46.

Loquens inhoneſtè cum Monialibus,ſi licentia non indiget,cum non loquatur prætextu licentiæ, non incidit in excommunicationem.n.47.

Nomine Monialium veniunt etiam Conuerſæ,quæ tenentur etiam clauſuram ſeruare,ſicut aliæ Moniales. Item veniunt etiā Monaſteria Sororum.n.48.

Loquens cum Monialibus per nutus, & ſigna, quia verè affectus internos explicat, incidit in caſum noſtrum reſeruatum. Sicut etiam ſi loqueretur loquela ipſi Moniali tantum cognita.n.49.

Explicans ſuos internos affectus Moniali per intermediam perſonam, vel perſcriptum, non incidit in caſum reſeruatum.n.eod.

Prætextus eſt falſa ſimulatio,ſeu velatio,vnde prætendere idem eſt,ac velare,ſiue cauſam fictam,pro vera fingere.n.50.

RESOLVTIO XXXIV.

Si in aliqua Diœceſi reſeruatio facta ſit his verbis: Sint ipſo facto excommunicati Omnes,qui præſumunt accedere ad Monaſteria Monialium, quãtumuis exempta,vt cum ipſis colloquãtur;etiãſi ſint Nouitiæ,aut cum puellis, quæ educationis cauſa ibi commorantur, ſine tamen noſtra, vel noſtri Vicarij licentia. Declarantes, quod qui facultatem obtinuerint colloquendi cum aliqua prædictarum, nō poſſint eadem vti, vt cum alia colloquãtur data opera, aut ex profeſſo. Eos vero,qui ſub prætextu licentiæ obtentæ præſumerēt cum aliqua Moniali, licet Nouitia,de rebus obſcœnis pertractare, vel litteras de rebus obſcœnis, ſiue internuntium tranſmittere, ipſo facto excommunicamus. Et ſimiliter tàm viros,quàm mulieres, tàm intrà,quā extra clauſtra Monaſterij exiſtētes,qui,vel q̄ ſcienter litteras, vel nuntium de rebus prædictis deferrent. Quomodo eſſent intelligenda hæc verba?

1 PRo intelligētia. Nota primo,q̄ facere aliquid ex præſumptione,eſt facere nō ſolum cū cognitione,sm̄ Sāchez de matrim.lib.9.diſp.32.num.30. Sed etiam cum dolo,& cōtemptu,Præſumptio enim Dolum,& Contemptum ſignificat.Vgolinus de cēſuris Pontifici reſeruatis p.3. cap.3. n.3. Floronus de

caſibus reſeruatis 1.p.cap. 5. num. 26. Cardinal.clem. 1. de priuileg. Syluest. verb.excommunicatio 7. caſu 14.dub. 5.num. 34. D. Antoninus par.3.tit.24. cap.54.verſ.Quærit &c.Angelus verb. excommunicatio 5. caſu.12. num. 15. Nauar.cap.27.nu. 155. Sà verb.pœna num. 5. Diana p.4. tract. 4. reſol.187. Idem ſentire videtur Graff. de caſ. reſer.lib.2.cap.5.num.52.in fin.ex cap.finali de exceſſ. prælat. Dolus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum,fallendum,& decipiẽdum alterum adhibita, l.1. ff. de dolo. Calliditas conſiſtit in reticendo quod eſſet detegendum ; Fallacia in mendacibus verbis ; Machinatio in artificio verborum,vt benè Comitolus lib. 1.q. 72.nu. 8. Quod verum eſt ſiue hoc fiat verbis,ſiue factis,vt benè Leſſ. de Iuſt. lib.2.cap.2.dub.6. à num. 23. & Diuus Thomas 2.2.q.55.art.5 dicit,quod dolus in hoc differt à fraude, quia dolus fit factis,& verbis;fraus autem fit factis tantum,quicquid in contrarium dicant Grammatici,teſte Alciato in l.aliud eſt fraus, ff.de verborum ſignificatione, ſcilicet, quod fraus committatur verbis;dolus vero factis. Menoch. de præſump.lib.5.præſump.3.n.4.Vnde in caſu noſtro dicitur doloſus is,qui non facit,quod facere tenetur.l.dolus, ff.mãdati.Pariſius Conſil.74.num. 29. lib.1. Crauetta conſil.75.num.6. Menochius de arbitrar.iud.lib.2.cent. 3. caſu 208. num.35.

2 Et quia poteſt quis non facere quod facere tenetur ex negligentia, ira, vel concupiſcentia; & hoc non ſolum per modum actus, ſed etiam per modum habitus, hic doloſus non eſt contemptor propriè dictus, vt optimè D.Thomas 2.2.q.186.art.9.Caiet.ibidem.Nauar.in ſumma,cap.23. num. 42. qui citat Archidiac.in cap.Quicunque 81.d. & Dominic. in cap. Nullus 55. diſt. Quamuis talis actio contemptum includat; Felin.in cap. Cum quidam de iureiurando col. 3. & 4. Et quamuis hoc faciat quis ex conſuetudine peccandi D.Thom.l.c.qu.186.art.9.& Caiet.ibidem. Conſuetudo.n.peccandi in foro exteriori arguit contemptum, & facit præſumptionem contemptus;non vero in foro interiori,in quo ſola veritas conſideratur, cap. tua de ſponſalibus;cap.humanæ 22.qu. 5. & Gloſſ.in cap.Metropolitanum 2.qu.7.quæ dicit quod tranſgreſſores legis ſine iuſta cauſa videntur eſſe contemptores legis; hoc eſt intelligendum in foro fori, non in foro conſcientiæ, vt benè Nauarr.l.c.num.42.Et Menochius de præſumpt.lib.5.cap.44.num.4. Talis enim tranſgreſſor ſi ſine iuſta cauſa legem tranſgreditur,etſi peccet, tamen non peccat peccato contemptus.

3 Et ſcias ex Nauarr.l.c. nu. 43.quod ſi talis ex iuſta cauſa legem tranſgreditur, nullam committit culpam, ex mente D. Thomæ p.2.q.96. art.6. & 2.2.qu. 147.art.3.& Archidiaconi in cap. vtinam 76.diſt. & Panorm. in Rubrica de obſeru.ieiun. Eſt ergo cauſa iuſta, propter quam Legiſlator ſi eſſet præſens eum excuſaret.Gloſſ.ſingularis,& recepta in l. tale pactum §. qui prouocauit ff.de pactis. Et etiam dicitur iuſta cauſa,quę bona fide pro iuſta habetur, etſi in ſe iuſta non ſit; ſi tamen in tantum legẽ quis tranſgreditur,in quantũ cauſã iuſtã iudicauit, aliter contra legem non feciſſet. Nauarr.l.c. num. 44. ex Padulan. in 4.diſt.15. qu.4. Syluest. in verb.Ieiunium,qu.8.quod ſingulatiter explicat Caiet. 2.2. qu.147. art. 3. verſ.Ad huius tamen &c.

4 Sic etiam nec dicitur doloſus contemptor,qui non facit quod facere tenetur ex opinione probabili, quia opinio probabilis admittit ſecum probabilem oppoſitam. Ita Menochius de præſumpt.lib.5.præſumpt.44. num. 6. ex Gemin.in cap.Nullus num. 4. verſ. in contemptũ autem 55. diſt. Io.Andr. in cap. vltim. de ſentent. excommunicationis lib.6.Felino cap.2. in fin. de maior.& obed.

Sic etiam non dicitur doloſus contemptor,qui caſu,non autem deliberatè

tè aliquem actum prohibitum facit Gloſſ.in cap. Plus accepit. §. alias diſt. 25. & Geminian.l.c. & Felin.in d.cap. 2.col.vltim.verſ. Et nota quod faciens &c.de maior.& obed.Menochius l.c.

5 Eſt contemptus formaliter tranſgreſſio præcepti, quia præceptum eſt; ſeu quia ipſi præcepto, aut ſuperiori præcipienti tranſgreſſor ſubijci non vult. Vndè contemptus formaliter, & directè tendit contra legis,& legiſlatoris ſuperioritatem. Ità Sanchez in ſum. lib. 1.cap.5. num. 8. qui dicit hanc doctrinam eſſe ad mentem D. Thomæ 2. 2.q.186.art.9.ad 3.Caiet.ibidem. & in ſumm.verb.contemptus,verſ.contemptus autem &c.Vndè peccatum ex cõtemptu duo dicit,tranſgreſſionem, ſeu actum peccandi,& cauſam eius. Caiet. l.c.art.9.ad finem. Et eſt peccatum inobediẽtiæ formaliter,vt benè Vaſquez 1.2.q.96.art.4.diſp.158.cap.4.num.37. quod peccatum inobedientiæ conſiſtit in voluntate non obediendi præcepto, vt præceptum eſt; & ideò includit formalem præcepti contemptum; vt tradit D. Thomas ab omnibus receptus 2.2.qu.104.ad primum.

6 Eſt ergo contemptus duplex, nempè negatiuus,& poſitiuus. Cõtemptus negatiuus eſt incuria de præcepto, quando ſcilicet quis de ſeruando præcepto curam non habet, non faciendo iniuriam, vel irreuerentiam ſuperiori, vt ſuperior eſt: vndè qui taliter delinquit,non eſt puniendus ex contemptu, ſed ex alio delicto, cuius cauſa contempſiſſe videtur; vt ſi ira,negligentia, vel concupiſcentia deliquit contra præceptum. Ità Syluester in ſum.verb. Contemptus nu.1. Felin. in cap. 3.col. vltim.de maior.& obed.Menochius de arbitrar.iud.lib.2. cenſur. 4. caſu 416. num.27. & hic dicitur impropriè contemptus.

7 Contemptus vero poſitiuus,qui verè, & propriè dicitur contemptus, eſt q̃n quis iuſſus aliq̃d facere,negat velle parere,negando auctoritatem,& poteſtatem ſuperioris,qui iuſſit.Ità ex mente D. Thom. Adrian. & Syluest.ſcribit Menoch.de præſump.lib.5. præſumpt. 44.nu.8.

8 Colligitur talis verus contemptus poſitiuus Primo,quando quis expreſsè recuſat obedire, negando auctoritatẽ, & poteſtatem legiſlatoris. Maſcardus de probat.concluſ.433.Felin.cap.2.nu. 7.de maior.& obed. Secundo, ſi monitus ne faciat aliquid, quia eſt prohibitum à ſuperiore,& ſtante hac monitione de recenti facta, vult contra præceptum agere. Felin. in d. cap. 2.col.vlt. verſ.Et ille dicitur.Menochius de præſumpt.lib.5.præſumpt.44.nu. 12. Tertio colligitur, quando quis cogit aliquem facere contra præceptum ſuperioris;qui enim cogit,videtur contemnere formaliter præceptum ſuperioris cap.vltim. de exceſſibus prælatorum vbi Hoſtienſ. & Ioannes Andreas, & Felin. l. c. in fin. Quarto,quando quis habet præceptum ſpeciale non faciendi aliquid,& contra hoc ſpeciale mandatum vult agere,quòd eſt prohibitũ. Quinto,ſi quis facit contra inhibitionẽ ſuperioris, vt non procedat in aliqua cauſa, & ipſe procedit. Menochius l.c. num.18. Hi omnes verè dicuntur contemptores præſumptione, ſicut & alij ſimiles,vt benè Menoch.l.c.à num.10. vſque ad 18. At ſi re vera in conſcientia veritas innoteſcit,quod non ad cõtemnendum tranſgreſſi ſunt præceptũ, tunc præſumptio ceſſat, & verè contẽptores non ſunt.

9 Vnde qui Prælato non vult obedire ex indignatione; nempè quando ſuperiori obedire non vult in aliqua re, nõ quia renuit ſuperiori obedire, ſed ne ipſum ſuperiorem in ea re ſolatio afficiat, hic inobediens,non dicitur formaliter contemptor. Ità Sanchez in ſumm.lib.1.cap. 5.num. 12. ex Caietano verb. Contemptus, verſ. Aduerte hic &c. Armilla eodem verb. num. 2. Leſſ.lib. 2. cap. 46. dub. 6.num.45.in fin.

10 Contemptus enim ſuperioris vt ſuperior eſt, & quatenus à Deo auctori-

tatem habet, ſemper eſt mortale. At ſi contemnitur,quia eſt infimæ ſortis,vel imprudens, non eſt mortale, vt benè Sanchez l.c.num. 13. Leſſ. loco citato, num.penult. Hinc eſt,quod qui cauſa vrbanitatis, vel ob incogitantiam, aut oblitionem, vel bona fide,aut ad modicum tempus alloquitur, non incidit in caſum noſtrum,quia non doloſè loquitur,Graff.de caſ.reſer. lib.2. cap. 5. num.31.

11 Nota ſecundo, quod hæc excommunicatio eſt lata,ſeu latæ ſententiæ, & ideò ſtatim incurritur non expectata monitione. Excommunicatio quantùm ad præſētē caſum ſpectat eſt duplex;ferenda ſcilicet,& lata, ſeu latæ ſententiæ. Excommunicatio ferenda eſt illa, quæ explicatur;vel per ſimplicem comminationem, vt quando aliquid prohibetur ſub pœna excommunicationis, ſub interminatione excommunicationis, aut anathematis,ſic Gloſſ. in cap. Salonitanæ,in verb. ſub excōmunicationis interpoſitione, diſt. 63. Felinus in cap. dilectæ, col.2.verſ. ſecundo ſunt,de except.Nauarr.in manuali,cap. 27. num. 12. Vel per verba ſignificantia aliquid de futuro, vt Qui hoc fecerit, erit excommunicatus,aut excommunicabitur, aut excommunicetis, aut communione priuetur, aut excommunicationis vinculo innodetur. Ità Panorm. in cap. quia propter, num.3.& in cap.cum in cunctis §.finali num.6. de elect. Nauarr. in manuali cap;27. nu. 12. Excommunicatio hæc ferenda eſt etiam duplex, vna quæ indiget monitione,altera vero nō, vt fuſius infra reſol.46.in 4. ſuppoſito. Excommunicatio vero lata, ſeu latæ ſententiæ,eſt illa,quæ delinquentem conſtringit ſtatim ac offendit, nulla alia declaratione accedente; dicitur latæ ſententiæ,quia priuſquam delictum ſit commiſſum, lex quæ in poſterum conſulit, ſententiam in delinquentem tulit;nec indiget monitione præuia, quia lex promulgata ſemper loquitur monendo ſubditos, ne ipſi crimē prohibitum committant.arg.cap. à nobis 1.de ſentent.excommunicationis;& cap.reprehenſibilis de appell.Couarr.in cap. Alma mater §.9.num. 5. Vgolinus de cenſ. tabula 1.cap.18.nu.2.

12 Cognoſcitur vero excommunicatio latæ ſententiæ,quando eſt lata per verba in tempore præſenti indicatiui modi,vt ſi dicatur excommunico, excommunicamus; ſententiam excommunicationis promulgamus, ſeu proferimus; excommunicationis ſententia te innodamus.arg.cap.penult.de ſentent. excommunicationis.Hēriquez lib. 13. de excommunic.cap.20.§.2. Vgolinus de cenſuris tab.1.cap.9. §.6. nu.4.5.6. Sic etiam erit dicendum, quando ad comminationem excommunicationis adduntur hæc verba, latæ ſententiæ, vel ipſo iure,ipſo facto, ſtatim, mox,ex nunc,eo ipſo &c.huiuſmodi, vt in cap. quam ſit, & cap. ſi religioſus de elect. in 6.Gl.in cap. quicumq; §.inhibemus in verb.innodetur,de hæreticis in 6.

Cognoſcitur etiā ſi excommunicatio ſit lata per verba imperatiua, vt exeōmunicationi ſubiaceant,vel in excommunicationem incidant, incurrant &c. arg.clement.1.de pœnis, cap.vnico de iniurijs in 6. Henriquez lib. 13. de excomm.cap.20.§.2.Vgolinus tab.1.cap. 9.§.6.nu.14.

Cognoſcitur etiam, quando profertur nomen adiectiuum cū verbo ſubſtantiuo in aliquo tempore ſignificante factum, vt ſi dicatur excōmunicatus ſit; excommunicationis ſententia innodatus ſit; excommunicatus exiſtat &c.arg.clem.1.de decimis;& clement. 1. & 2. de pœnis; & cap. fin. de rebus Eccleſiaſt. non alienandis, & teſtatur Gloſſ. in cap. quicunque §.inhibemus,in verb.innodetur,in fin.de hæreticis in 6.Henriquez lib.13. de excom. cap.20.§.2. Vgolinus tab. 1.cap.9.§.6. num.9.& tab.2.cap.28.nu. 4. Nec obſtat dictum Nauarr. in manuali cap. 27. nu. 12. quod verbum illud,Sit,denotat futurum tempus, & conſequenter cenſuram ferendam; quia ly,Sit,in hoc

hoc loquẽdi modo, nempè excommunicatus ſit, denotat tempus præſens, vt optimè Baldus in l. 1. num. 1. C. de ſecũdis nuptijs, de qua re vide Coriolanum de caſ. reſer. in explicatione Bullę Cœnæ Domini in princip. verſ. Prætera &c. pag. mihi 241.

Cognoſcitur etiam excommunicatio lata, quando profertur verbis, quibus ſententia ponitur præterita, & incurſio futura e. g. excommunicationẽ ſe nouerit incurſurum. Significatur per hoc excommunicatio latæ ſententiæ, quia ſententia non ponitur in futuro, immò potius ſupponitur præterita, ſed incurſio ſententiæ ponitur in futuro, & hic modus frequens eſt in bullis Pontificijs, & colligitur ex cap. non minus, de immun. eccleſiaſt. ex cap. excommunicationi, & ibi Gloſſ. verb. Nouerint, de raptoribus; Coriolan. l. c. Cũ ergo excommunicatio in caſu noſtro ſit per tempus præſens, & adſint illa verba, ipſo facto, &c. ſtatim incurritur à tranſgreſſoribus.

13 Nota tertio, quod acceſſus ad Monaſteria Monialium, & locutio cum ipſis ſunt res indifferentes, tamen in caſu noſtro obligãt ſub peccato mortali, & conſequenter tranſgreſſor eſt èxcõmunicatus; nam materia indifferens ratione circumſtantiæ euadit grauis. Sic ſilentium præceptum à ſuperiore tali tempore, ſi ad bonum communitatis, vel ad non ſcandalizandum proximum tendit, obligat ſub mortali, vt benè Valentia tom. 2. diſp. 7. qu. 5. punct. 6. Sic etiam acceſſus ad hortum conuentus, aut ad talem domum alicuius ſæcularis, aut tranſitus per talem vicũ, vel plateam, aut ne cum tali, vel tali perſona loquatur, hæc enim etſi ſint in ſe parui momenti, tamen ſi comparentur ad honeſtatem, bonum nomen religioſorum, aut ratione periculi ſcandali, vel alterius circumſtantiæ, efficiũtur res magni momenti, & ideò obligant ſub mortali, vt benè Salas de legibus diſp. 10. ſect. 6. num. 32. Baldellus tom. 1. lib. 5. diſp. 20. num. 10. Clauis regia lib. 3. cap. 1. num. 14. Pontius lib. 5. nu. 11. Secus vero dicendum eſt, quando materia eſt leuis, etiã inſpectis circumſtantijs, vt benè Baldellus l. c. nu. 8. Sic in caſu noſtro; quia locutio cum Monialibus tendit ad deſtructionem communitatis, & decentiæ clauſuræ; ſi enim omnes Moniales vellent loqui cum ſæcularibus indifferenter, & clauſura otioſa eſſet, & communitas deſtrueretur, nec poſsẽt Moniales opportunius Deo ſeruire, vt in cap. 1. de ſtatu regul. in 6. Idcò locutio, & acceſſus habent conditiones graues in caſu noſtro, & propterea potuit à noſtro Ordinario prohiberi ſub peccato mortali, & in pœnam addere excommunicationem.

Nec dicas, quod ſic poſſet loqui, qui eſt certus non deſtruere communitatem per ſuam locutionem, quia tunc ceſſat finis.

14 Quia contra eſt; nam lex, ſeu præceptum multoties non fundatur in præſumptione facti, vel delicti, ſed fundatur in periculo facti, vel delicti. Quãdo enim lex, ſeu præceptum fundatur in præſumptione facti, vel delicti, ſi factum, vel delictum ceſſat, ceſſat etiam obligatio legis; vt ſi tu ſti inſtitutus hæres alicuius, non feciſti inuentarium, præſumitur quod bona hæreditatis abſcõdiſti, & propterea es condemnatus vltra vires; ſi re vera bona non abſcõdiſti, non teneris in conſcientia, vt benè Suarez lib. 3. de leg. cap. 23. nu. 9. Bonacina diſp. 1. qu. 1. punct. 7. §. 3. nu. 8. Sayrus lib. 3. cap. 7. num. 8. Syluester verb. lex, qu. 9. & ſic de alijs. At quando lex, ſeu præceptum fundatur in periculo facti, vel delicti, etſi delictum, ſeu factum ceſſet in aliquo caſu ſpeciali, quia non ceſſat generaliter, & abſolutè, ideſt non ceſſat ab entitate præcepta in ſe, ideò non ceſſat lex, neque præceptum. Ideò contractus minoris, vel pupilli ſine auctoritate tutoris, & alijs conditionibus requiſitis nõ valet, etſi ceſſet oĩs fraus; ſic obligatio dotis, renunciatio illius, donatio vxoris

facta

facta marito,renunciatio legitimæ, cõfectio teſtamenti, electio,& alia ſimilia ſi fiant ſine ſolemnitatibus, etiam ſi ſine fraude, non valent, & ſic viget lex,quia non fundatur in facto, ſeu delicto præſumpto, ſed in periculo facti,ſeu delicti; ideſt quòd factum, ſeu delictum in ea re eſſe potuit, etſi actu non ſit. Ità Pontius, Suarez,Salas,Bonac.ll.cc.Hæc omnia Ferdinand. à Caſtro Palao tom.1.tract.3.diſp.1. punct. 14.num.13.Sic in caſu noſtro hoc præceptum,& hæc excommunicatio non fundatur in præſumptione deſtructionis communitatis, & decentiæ clauſuræ;ſed in periculo tantùm illius, quòd periculum ſemper eſſe poteſt, quando quis loquitur ſine licentia, etſi actu nõ ſit, & periculum tãtùm ſufficit ad hoc, vt lex,ſeu præceptum ſubſiſtat.

15 Nota quarto,quod ab hac cenſura non ſolum ſunt exempti illi, qui cum Abbatiſſis loquuntur; ſed etiam fratres in primo gradu, & parentes, ideſt pater, & mater monialis tantùm; ità habetur in Synodo Neapolitana cap.54. de clauſura; Diana par. 2.tract.2.reſol.48.Merolla tom.1. diſp. 1.cap.2.num.*69*. Graff. de caſib. reſer. cap.5.num.15.Idem eſt dicendum de filijs monialium. Gauant. in manuali Epiſcoporum,verb. Monialium collocutio, num. *6*. ex decreto Sacræ Congregationis ſub die 15. Martij *1616*. Qui num.7.affert aliud decretum eiuſdem Sacræ Congregationis ſub die 15.Ianuarij *1616*. quod Patres, & Matres Monialium poſſunt alloqui cum illis ſine licentia Ordinarij; Vide Tãb. de iure Abbatiſſarum diſp.*26*. qu.1.n. 4.Vide Barboſam in collect. doctorum Concil.Trident. ſeſſ.25.cap.5. nu.119. Vide Pellizzarium de Monialibus cap. 5. ſect. 5. num. 209. Sicut ſunt etiam exemptæ mulieres,vt ex conſuetudine Neapolitana patet, quæ eſt optima interpres legum: & hæc videtur mens legiſlatoris in hac diœceſi, vt colligitur ex verbis ipſius caſus, dùm ter nomine maſculino vtitur; Quicunque præſumet &c. Qui facultatem obtinuerit &c. Eos vero qui &c.Graff. l. c. Carolus de Baucio ſuper hunc caſũ petitione 3.pag.21. Quod intellige, vt nõ poſſint in diebus prohibitis alloq., & ità adeſt praxis,teſte Merolla l.c.

Item excuſantur,qui metu graui cadente in virum cõſtantem alloquũtur: quod intellige etiãſi de rebus obſcœnis loquãtur; tũc.n.etſi peccẽt mortaliter, tamen non faciunt contra præceptum eccleſiaſticum,quia non obligat cum tãto pondere,vt optimè Merolla l.c.n.*606*.

Item excuſantur qui paruo tempore loquuntur; quanta vero ſit hæc paruitas temporis,dicam infra.

Item excuſantur qui loquũtur idiomate à Moniali non intellecto, quia hæc loquutio non eſſet in ordine ad alium, vt benè Merolla l.c.num. *608*. Pellizzarius de Monialibus cap.5.ſect. 5. num. *216*. ex Sanchez à pari lib. 2. Monialium cap.10.n.51.

Item excuſantur pueri,& puellæ antè pubertatem, vt expreſsè excipiuntur in dicto Synodali ſtatuto Neap. quod intellige de momento ad momentum l.3.§.minorem ff.de minorib. Vndè ſi puer dubitat an ætas ſit cõpleta poſt factam diligẽtiã, poteſt tuta cõſcientia loqui, quia poſſeſſio non ſtat pro ſtatuto, ſed pro ætate. Merolla l.c. num.*610*. verſ. Ego tamen &c. Pellizzarius l.c.nu.221.

Itẽ excuſãtur Epiſcopi ab hoc ſtatuto,nõ ſolum ex prǽſumpta licentia Ordinarij, ſed etiam quia dum non ligat proferentem, neq; debet ligare æqualem. cap. Cum inferior, de maior. & obed.l. penult.ff. de arbitr. Graff. de caſ.reſer. lib.2.cap.5. Pellizzarius de monialibus cap.5.ſect.5. num.210.qui citat Dianam part.2. tract. 2.reſol.48.

Itẽ excuſantur qui de domo ſua prope monaſterium loquitur cũ monialibus, cum noſtra cenſura ſit lata contra accedentes. Pellizzarius de monialibus cap.5.ſect.5.num.214. Tamburrinus de iure Abbatiſſarum;diſp.25.q.8. dub.1. Henriquez lib.13. cap.26.n.2, Dia-

Diana p.3.de dubijs Regular. reſ. 48. Graff.lib.2 de caſ.reſer.cap.5.num.44. Nam ſtatutum hoc duo requirit,& acceſſum, & locutionẽ; hic talis in caſu noſtro dũ nõ accedit, nõ põt dici adæquatè ſtatuti tranſgreſſor. Nec dicas, q̃ acceſſus eſt acceſſorium, ſed loquutio eſt principaliter prohibita. Quia hoc gratis fingitur, & oppoſitum recolitur ex verbis ſtatuti. Nec dicas, quod deluditur mens ſtatuentis. Quia mens Principis explicatur per verba, & à verbis expreſſis oppoſitum colligitur. Nec dicas, quod qui loquitur à platea Monaſterij, non incideret. Quia hic talis vere acceſſit. Nec dicas, quod qui opera dœmonis accederet, non incurreret. Quia hic talis vere accederet. Et ſi dicas, ſaltem non incidere in caſum noſtrum ſi eo inuito à dœmone transferatur, non modo humano. Reſpõdeo quod leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, & non ad ea quæ de raro, & ferè nunquam; caſus fictus ab aduerſarijs rarò accidit, & ideò lex non ſe extendit ad eum.

Item excuſantur, qui loquuntur per interpretẽ Dian.p.3. tract. 2.reſol.48. Tamburr.l.c.q.4. Pellizzarius de monialibus cap.5.ſect.5.nu.215.

Item excuſantur loquentes auſcultatricibus, vel alijs monialibus ex officio intereſſentibus ad colloquiũ faciendum de licentia ſuperioris cum vna moniali determinata. Pellizzarius l. c. nu.219.ex Bonac.....qu.3. punct.3.nu. 1.Bellochio loco citato nu.176.

16 Nota quinto, quod Regulares colloquentes cum Monialibus Archiepiſcopo hãc cẽſuram ferẽte ſubiectis, & habitantes in eadem diœceſi non incidũt in hãc excoĩcationẽ, & reſeruationẽ. Quia Epiſcopi non poſſũt exẽptos ex ſpeciali priuilegio excoĩcare, ſi tales exẽpti habent ſpeciale priuilegiũ non excoĩcari ab Ordinario loci, quale priuilegium habent Mendicantes, vt conſtat ex eorum priuilegijs vt in compendio verb.Exẽptio n.9.23.& 24.Et Societas Ieſu ex bulla Pauli III. ipſi conceſſa anno 1549. Et conſequẽter omnes alij regulares in ijs priuilegijs communicãtes, vt benè Merolla tom.1.diſp. 1. cap. 2. nu. 613. Habent tamen Epiſcopi facultatem excommunicandi regulares exemptos in aliquibus caſibus, vt ad ipſos cogendum vt reſtituant bona nouitijs reſipiſcentibus Concil. Trid. ſeſſ.25.de regular. cap. 16. Et etiam vt compellant inobedientes, & impedientes clauſuram imponendam Monialibus ab Epiſcopis. Concil. Trid.l.c.cap.5. Et exemptos celebrantes in Oratorijs priuatis, aut horis non debitis, vel ad ſuperſtitiones ablegandas, poſſunt Epiſcopi per cenſuras illos compellere, vt in Trident.ſeſſ.22.decreto de vitandis,& obſeruandis in celebratione miſſæ. In his enim tantũ caſibus poteſt Epiſcopus exemptos cenſuris conſtringere. In alijs uero caſibus, etſi Epiſcopus in ipſos iuriſdictionem habet, vt ad cõpellendos eos vt publicis proceſſionibus interſint, & quoad componendas controuerſias de pręcedẽtia locorũ inter ipſos exẽptos ortas, vt inCõc.Trid. ſeſſ.25.de regul.c. 13. Et ad puniẽdos religioſos publice delinquẽtes in certo caſu Trid.l.c.cap.14. Et ad explorãdam puellæ profeſſuræ voluntatem Trid.l.c.cap. 17. Tamen in his caſibus non poteſt Epiſcopus excomunicatione ipſos ligare, ſed alijs pœnis, vt benè Sanchez de matrim.lib.7.diſp. 33. n.23.qui nonnullos citat.

17 Non poſſunt tamẽ regulares accedere ad Monaſteria Monialiũ ad colloquendum cum ipſis, ex decreto Sacræ Congregationis iuſſu Sixti Quinti edito ſub die 7. Maij 1590. relato à Tamburr. de iure Abbatiſſarum diſp. 25.qu.4. Merolla tom.1.diſp.1.ca.2.n. 613.Barboſa de poteſtat. Epiſcop.p.3. alleg.102.nu.73. Quaranta in ſumm. bullar. verb.Monaſteria Monialium, ſub pena ipſo facto incurrenda priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ; quæ pœna cum grauis ſit obligat ſub mortali, ſecundum Duard. in

bulla

bulla Cœnæ lib.3.§.8.q.2.nu.45.Salas de legibus par.2.diſp.15. ſect. 1. col.2. num.16.Tamburrinus l.c.qu.5.num.1. ex declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis ſub die 1. Iulij *1606.* Itá etiam ſentit Coriolan.de caſ.reſer.p.2. caſu 3. num. 43. verſ. Circa quam &c. Qui auctores vnanimiter fatētur,quod ſi pauca verba vrbanitatis cauſa, dummodò limites non tranſcendantur, vel ſi explicent caſum cōſcientiæ,vel ſi per interpoſitā perſonam loquantur hi regulares, nullo modo peccant mortaliter.Vide Coriol.l.c.Hoc tamen decretum eſt verum quoad regulares colloquentes cum Monialibus, non tamen quoad regulares colloquentes cum mulieribus,vel puellis etiam educationis cauſa ibi degentibus, vel quoad regulares ad ipſas Moniales litteras mittentes. Vide Barboſam in collect. Doctorum in Concil.Trid.ſeſſ.25.cap. 5.num.114. qui refert itá deciſum per Sacram Epiſcop.Cong.ſub die 25.Auguſti,& 7.Settembris *1605.*

18 Poſſunt tamen loqui regulares cum Monialibus cum licentia Sacræ Congregationis, ſi non ſunt conſanguinei. At regulares conſanguinei in primo,& ſecundo gradu poſſunt loqui per quatuor vices tantùm in quolibet anno de licentia Ordinarij, ex decreto Vrbani VIII. 12. Kalendas Decembris *1623.* in præſentia tamen Confeſſarij ipſarū Monialium,& aſſiſtentibus auſcultatricibus tantùm,& non alijs;exceptis diebus feſtiuis,Aduentus,Quadrageſimæ, feria 6. Sabbato, & Vigilijs. Vide Merollam l.c.n.*615.*

19 Dixi, quod Regulares colloquentes cum Monialibus Archiepiſcopo ſubiectis ſine debita licentia, non incidant in hanc cenſuram ; quia ſi loquuntur cum Monialibus exemptis intra tamen Diœceſim Neapolitanā,incidūt in hāc excommunicationem. Itá ſentit Duardus in comment. ad Bullam cœnæ lib. 1.cap.1.qu. 3. num. 119. Fagundez 1. Eccleſiæ præcepto lib. 1.cap.7.nu. 10. Ordinarij enim quoad hoc vocantur delegati à Pio V. in ſua bulla centeſima fol. 1070. in bullario ; & à Nauarr. cap.ſtatuimus num.55.qu.3.ſic Fagundez l.c.loquitur.Et Rodriquez 99.reg. qu.45.artic.2.verſ Eſt etiam aduertendum,hæc habet:Eſt etiam aduertendū: quod regulares adeuntes Monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia, incidunt in pœnam excommunicationis,quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit,niſi regulares iſti haberent ex priuilegio non poſſe ab Epiſcopis excommunicari, quia deberent puniri à ſuis ſuperioribus alia pœna ; qui regulares ſic excommunicati non poſſunt abſolui à ſuis ſuperioribus,ſed ab Epiſcopo, qui ſibi hanc abſolutionem reſeruauit; ita Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Conciliū reſpondiſſe inuenitur die nona Aprilis anno Domini 1587. prout refert Collector Cappuccinus in Cōpendio Mēdicantium.Hæc Rodriquez. Hoc idem videtur ſentire Graff. lib. 4.deciſ.part. 1.cap.6.num. 3. Quod verum eſt,tum ex Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.5. de regularibus incip. Bonifacij Octaui &c. In quo Concilio, renouatur Conſtitutio Bonifacij Octaui, quæ habetur in cap. periculoſo §.vltimo de ſtatu regul. in 6.Nam ibi Epiſcopi deputantur vti delegati à Sede Apoſtolica in ordine ad Monaſteria Monialium exempta ab eorum iuriſdictione, intra tamen ſuā diœceſim quoad reſtitutionē clauſuræ, ſi violata fuerit ; & vbi clauſura inuiolata eſt,in ordine ad eius conſeruationem,&c.ſed ad conſeruationem clauſuræ Monialium ſpectat acceſſus ad loquendum cum ipſis Monialibus;aliter enim clauſura nulla eſſet, vt benè Barboſa de poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 102.num.11.pag.mihi 341. Sanchez in ſumm.lib.6.cap.16.num.105. circa fin, Bariola in affor.litt.E, verb. Epiſcopus §. vltimo, relatus à Diana p. 5.tract.9. reſol.71.& ſaltem ad decētiam,& modum clauſuræ ſpectat locutio ; Ergo prohibitio acceſſus ad Monaſteria exempta Monialium ad colloquēdum cum

cum ipſis obligat etiam regulares in noſtra Diœceſi. Epiſcopus enim, qui excommunicationem fert, præſumitur voluiſſe eam ferre omni meliori via, & modo quo poſſet, & in ferendo eam, velle vti tàm poteſtate ordinaria, quã à Sede Apoſtolica delegata, iuxta doctrinam traditam à Vant. de nullitate, cùm agit de nullitate ex defectu iuriſdictionis num. 171. & ſequenti, qui nõnullos citat. Hoc idẽ ſentit Nouarius in ſumma bull. titul. de clauſura à n. 13.

Nec obſtat dictum Merollæ tom. 1. diſp. 1. cap. 2. num. 618. verſ. Sed hæc ſententia &c. quod Trid. dat limitatã poteſtatem Epiſcopis ſuper Monaſteria exempta Monialium, ſcilicet quoad clauſuram inducendam, vel conſeruãdam tantùm, & violantes, vel impediẽtes tñ hanc clauſuram poſſunt excõmunicare, vti delegati à Sede Apoſtolica. At quod poſſint regulares colloquentes excommunicare, non colligitur ex verbis Concilij.

20 Quia benè colligitur à verbis Concilij, quod poſſint excommunicare regulares colloquentes cum Monialibus exẽptis. Nã ꝓhibitio locutionis ſpectat ad cõſeruationẽ clauſuræ; clauſura .n. cũ libertate loquẽdi, non eſſet clauſura Monialium, ſed carcer, & eſſet omninò fruſtratoria, & vana, vt benè Barboſa l.c. de poteſtate Epiſcopi; ſi ergo ſunt Epiſcopi delegati ad finem, qui eſt clauſura, erunt etiam delegati ad finem, qui eſt locutio &c.

Patet etiam veritas huius notabilis ex declaratione Sacræ Congregationis approbata ab Vrbano Octauo, excuſſa Romæ anno 1624. ſubſcripta manu Card. Torres, & Secretarij Sacræ Congregationis, relata à Merolla l. c. nu. 629. verſ. Dixi ſtando &c. verba enim declarationis hæc ſunt; Poſita conſtitutione fœlicis recordationis Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs &c. An regularis abſque legitima licentia accedens ad Monaſterium Monialium regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquens, à Diœceſano Epiſcopo tãquã Apoſtolicæ Sedis delegato coerceri, & puniri poſſit. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum cenſuit poſſe. Quam Congregationis ſententiam S. D. N. Vrbanus Octauus ad ſe relatam approbauit &c.

Nec dicas cum Merolla l.c. nu. 610. quod Sacra Congregatio in hoc decreto determinat tantùm, quod conſtitutio Gregorij XV. comprehendit tantùm regulares delinquentes cum Monialibus contra conſtitutionẽ Xyſti V. & ſic Ordinarius Epiſcopus poteſt punire tanquam delegatus Papæ religioſos, qui contra dictam conſtitutionem Xyſti V. deliquerunt.

Quia contra eſt; nam ibi conſtitutio non ſolùm dat facultatem Epiſcopis ad puniendum delinquentes regulares, ſed etiam ad coercendos ipſos per delegationem papalem ipſis Epiſcopis tributam; ſed coercere, eſt prohibere, ſeu reſtringere, quæ reſtrictio, & cohibitio fit etiã per excommunicationem; & cùm Epiſcopus agat in hoc tanquã delegatus Apoſtolicus, poterit ipſos regulares per excommunicationem reſtringere, & cohibere in ordine ad ipſos reſtringendos, ne accedant ad colloquendum ad Monaſteria Monialium cum Monialibus, quantumuis exemptis.

Nec dicas ſecundo cum eodem Merolla l. c. quod ſequeretur Epiſcopos tanquam delegatos Apoſtolicos poſſe (hæc ſunt verba Merollę) id prohibere regularibus, etiam reſpectu Monaſteriorum Monialium ipſis Epiſcopis ſubiectarum; Quia conſtitutio Gregorij XV. indiſtinctè loquitur de Monaſterijs Monialium, vt clarè patet. Hæc Merolla ibi.

Quia contra eſt; nam conſtitutio loquitur tantùm de Monaſterijs exemptis, dùm dicit, An regularis abſque legitima licentia accedens ad Monaſteria Monialium regularibus ſubiectarum &c. Monaſteria enim ſubiecta regularibus ſunt à iuriſdictione Epi-

Digitized by Google

ſcopi exempta: ergo conſtitutio Gregorij XV. non loquitur indiſtinctè, ſed determinatè de Monaſterijs exemptis tantùm, & non de alijs Epiſcopo ſubiectis. Remanet igitur noſtrum notabile firmum; quod ſcilicet regulares accedentes ad Monaſteria exempta ad colloquendum cum Monialibus incidunt in hanc excommunicationem; regulares vero accedentes ad Monaſteria nō exempta, ſed ſubiecta ditioni ordinariæ Epiſcopi non incidunt in hanc noſtram excommunicationem. Adeſt & alia declaratio Cardinalium ſupra Tridentinum p. 4. fol. 422. relata à Fagundez 1. Eccleſiæ præcepto lib. 1. cap. 7. n. 10. in fine his verbis. Regulares adeuntes Monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi incidunt in pœnam excōmunicationis, quam Epiſcopus ſub edicto propoſuit; ſic Congregatio Cardinaliū ſuper Trid. cēſuit 9. Aprilis 1587.

21 Omnia quę diximus de regularibus, dicimus etiam de militibus S. Ioannis Hieroſolymitani: adeſt declaratio directa ad Archiepiſcopū Neap. teſte Nouario in ſumm. bullar. de clauſ. & acceſſ. regular. ad monial. nu. 7.

22 Nota ſexto, quod poteſt Epiſcopus excommunicare colloquentes cum Monialibus in Monaſterio exempto exiſtentibus. Tum quia Epiſcopus eſt delegatus Apoſtolicus ad conſeruandam clauſurā, vt dixi ex Cōcil. Trid. & ad clauſuræ cōſeruationē ſpectat prohibitio collocutionis cum Monialibus, vt dixi cū Barboſa, Sanchez, & Bariola: ergo vt delegatus pōt excoīcare colloquentes cum Monialibus exemptis, vt benè Vgolinus de poteſtate Epiſcopi cap. 21. §. 4. nu. 4. Tum quia Epiſcopus non amittit iuriſdictionem in ſuos ſubditos ex eo, quia ſunt in Monaſterijs exemptis Monialium; nā loca Monialium dicūtur exempta ratione perſonarum tantum; vndè Monaſteria hæc Monialium non dicuntur eſſe extra Diœceſim, ſed in Diœceſi arg. tex. in cap. cum Epiſcopus de officio Ordinarij, vbi hoc notant DD. & Gloſſ. in clem. 1. de foro competenti verb. Aut earū parte Cagnol. alijs relatis in l. vlt. num. 13. ff. de iuriſdictione omn. iud. de quo vide Merollam tom. 2. diſp. 4. cap. 3. num. 489. Et hoc patet euidenter; nam ſi Moniales illæ exeant ab illo loco, & in alio Monaſterio, vel loco inhabitent, locus ab ipſis habitatus efficitur exemptus, & locus derelictus, & qui in ipſo habitant, remanent ſubiecti iuriſdictioni Epiſcopi, intra cuius iuriſdictionē inuenitur. Inſuper Epiſcopus exiſtens, ſeu habitans in his Monaſterijs exemptis, verè dicitur reſidere in ſua diœceſi, & ideò alternatiua gaudet. Gomez in reg. 8. cancellariæ gloſſ. 43. qu. 7. num. 108. & ſequ. Gratianus tom. 5. diſcept. forenſ. cap. 918. nū. 14. Adde, quod ſi Epiſcopus non poſſet punire inibi delinquentes, neque ſuperiores Monialium ſubiectarum regularibus e. g. ergo delicta ibi patrata remanerent ſimpliciter impunita, quod non eſt dicendum. Sic ſentit Suarez to. 5. in 3. p. diſp. 5. ſect. 4. num. 6. ConincK diſp. 13. dub. 7. num. 63. Salas de legib. diſp. 14. ſect. 6. num. 85. Filluccius tract. 11. cap. 5. qu. 9. nu. 149. Palaus tom. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 5. nu. 30.

Nec dicas, quod non poteſt Epiſcopus erigere tribunal, & iudicare reos, & alios actus iuriſdictionis contentioſæ exercere, nec publicare ſtatuta, vel edicta intra huiuſmodi Monaſteria cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6. & cap. 1. & cap. ſi Papa de priuileg. in 6. & clement. vltim. de priuileg.

23 Quia benè reſpondet Merolla diſp. 4. cap. 3. n. 490. verſ. Reſpondetur &c. quod hæc Monaſteria habent aliqualem exemptionem etiam ratione loci, quæ exemptio non ſe debet extendere ad caſus in iure non expreſſos, quia exemptio hæc odioſa eſt, cum deroget iuriſdictioni Ordinarij. At quia nullō iure prohibitum eſt, quod Ordinarius obliget ſuos ſubditos commorantes in huiuſmodi Monaſterijs; ergo poterit ipſos ſubditos excommunicare, & conſequenter prohibere ne accedant

ad

ad colloquendum cum ipſis Monialibus exemptis &c. Vide Salas de legib. diſp. 14. ſect. 6. num. 85. Non poteſt tamen Epiſcopus Moniales exemptas colloquentes cum ſuis ſubditis punire, vt teſtatur Sell. in ſelect. Canon. cap. 30. num. 18. quod ſit deciſum ſub die 8. Aug. 1621. Vide Barboſam in collect. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. num. 121.

24 Nota ſeptimo, quod Peregrini probabiliter non tenētur ad hanc excommunicationem, vndè ſi cum Monialibus ſubditis iuriſdictioni Archiepiſcopi noſtri e.g. peregrini, & exteri loquūtur, non incidunt in noſtram excommunicationem. Ita ſentit Gloſſ. in can. illa, verb. venerit, diſt. 12. & can. quæ contra, verb. Aut peregrini diſt. 8. Toletus lib. 6. ſumm. cap. 5. num. vltim. Azorius tom. 1. lib. 7. cap. 30. qu. vltim. Clauis regia lib. 3. cap. 4. num. 15. Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 18. num. 6. Bonacin. de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 6. num. 36. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 12. & alij apud iſtos Auctores. ConincK diſp. 13. dub. 7. num. 58. in fin. Hæc opinio eſt expreſſa in cap. à nobis il 1. de ſent. excommunicationis: vbi habetur, exteros furātes in diœceſi, in quo furtum eſt prohibitum ſub pœna excommunicationis ipſo facto &c. in hanc excommunicationem non incidere, cū non ſint de iuriſdictione Epiſcopi excōmunicantis. Nec valet dicere quod hoc verum eſt, quando excommunicatio eſt lata per modum ſententię; ſecus vero quando eſt per modum ſtatuti. Quia vt benè aduertit Coninck l. c. hoc omninò gratis dicitur, cùm ſententia generalis quoad obligationem ſit eadem cum ſtatuto; etſi quoad durationē ab ipſo differat, cū hęc ſit perpetua, & non ſpiret morte excōmunicantis, & excommunicatio per ſententiam ſpirat morte excommunicantis. Nec valet dicere, quod excommunicatio per ſententiam afficiat immediatè ſubditos, & per ſtatutum afficiat territoriū, Quia vt benè Coninck q. 74. at. 4. dub. 3. num. 113. ſtatuta obligant immediatè incolas illius loci; non tamen abſolutè, ſed quatenus exiſtunt in tali loco præcipienti ſubiecto, & conſequenter ſi quis in loco eſt, ſi incola non eſt, non tenetur ad ſtatuta. Ita enim dicimus ſtatuta obligare territorium, ideſt incolas, quatenus ſunt in territorio.

25 Quod verum puto, etiamſi hæc eadem excommunicatio ſit in Patria Peregrini; quia Bonifacius VIII. in cap 2. de cōſtit. in 6. dixit, quod fur, qui furatur extra diœceſim excommunicatoris pro furto, non incidat in illam. Et Clemens III. declarauit in præcit. cap. à nobis, quod exteri furantes in diœceſi non incidant in illam; ergo ſic à pari colloquentes cum Monialibus; ſi ſit e.g. Capuanus nō incidit in excommunicationem Capuæ impoſitam; nec incidit in excommunicationem Neapoli impoſitam. Et ratio hoc mihi perſuadet, quia loqui cum Monialibus nō eſt de natura ſua malum; ergo neceſſariò debet præcedere præceptum ſub pœna excommunicationis, vt quis non loquatur cum illis; ſed pręceptum non poteſt fieri niſi ſubditis; ergo prius Peregrinus debuit fieri ſubditus, & deindè teneri ad præceptum, ſed Peregrinus hic non eſt huic Epiſcopo ſubditus; ergo non tenetur ad hoc præceptum; ſi non tenetur ad præceptum; ergo ſi non obedit huic præcepto, non dicitur contumax, ſeu inobediens huic Epiſcopo; ſed qui contumax, & inobediens non eſt, non poteſt excommunicari, quia excommunicatio contemptum, & inobedientiam præſuppo. nit can. Nemo Epiſcoporum 11. qu. 3. ergo talis Capuanus e.g. qui hic Neapoli dicitur peregrinus, etiamſi Capuæ ſit incola, & ibi vigeat ſtatutum, quo excommunicantur colloquentes cum Monialibus, non incidit in hanc noſtrā excommunicationem.

Nec dicas, quod hic talis ſit ſubditus ratione delicti.

26 Quia vt benè aduertit Salas de legib. diſp. 14. ſect. 4. num. 44. contra Gloſſ.

Q 2

Gloſſ.in præcit.cap.à nobis,in hac doctrina inuoluitur repugnantia;nam antè delictum debet eſſe ſubiectio,ratione cuius poſſit Epiſcopus prohibere illi delictum &c.aliter enim non eſt Epiſcopo inobediens; & cum loquutio ſit indifferens, neque peccabit contra ius naturæ,quia Epiſcopi præceptum ipsũ Peregrinũ non afficit, & conſequenter nullo modo peccat; etſi latum ſit præceptum reſpectu mali notabilis extrinſeci contenti in ipſa locutione ad clauſuram Monialium, tale tamen præceptum afficit tantùm ſubditos,vt dixi.

27 Quod totum procedit circa Monaſteria non exempta. Quid vero dicendum ſit de exemptis, de quibus in ordine ad clauſuram,& conſequenter ad locutionem eſt delegatus Epiſcopus, mihi videtur reſpondendum, ſicut diximus de regularibus. reliqua vide in reſol. 10.huius tractatus.

28 Nota octauo, quod licentia ad loquendum requiſita non debet eſſe in ſcriptis ad euitandum peccatum,& excommunicationem in foro conſcientiæ,ſed ſufficit ſi quis oretenus eam habeat; quia inter caſus 34.per Gl.in c.1. §. poſtquam de cenſibus in 6. relatos, in quibus neceſſariò ſcriptura requiritur, non connumeratur caſus locutionis cum Monialibus.

Dices,quod eſt expreſſum in Synodo Neapolitana cap.54. de clauſura,vt nemo accedat ad colloquendum cum Monialibus ſine licentia in ſcriptis.

Reſpondeo,quod hoc verum eſt tãtùm quoad forum fori, non vero quoad forum conſcientiæ;& ad euitandam pœnam ſexcentorum ducatorum impoſitam per pragmaticam in titulo de Monialibus contra accedentes ad Monaſteria ſine licẽtia Ordinarij in ſcriptis,vt optimè Graff. conſil. 22. de ſent. excommunicationis num.38.vol. 1. & lib.2.de caſ.reſer.cap.5.num.24. & ità adeſt conſuetudo in noſtra Diœceſi teſt Merolla,diſp.1.cap.2.num. 628. in fine.

29 Nota nono, Puellas cauſa educationis ingredi, & recipi poſſe à Monaſterijs regularium, ex decreto Sacræ Cõgregationis Cardinalium relato à Tãburr.de iure Abbatis.diſp.1.qu.1.à nu. 2. Quaranta verb. Monaſteria Monialium; ità ſentit Azorius tom. 1. lib. 3. cap.8. Sanchez in præceptis decal.lib. 6.cap.16.num.61. Rodriquez qq. reg. tom.1.qu.46.nu. 6. Barboſa de poteſt. Epiſc.par.3.alleg.102. num. 62. & de iur.eccleſ.lib.1.cap.44.num.53.Bonac. de clauſ.qu.4.punct.4.nu.15.

Prærequirũtur tñ nõnullæ conditiones ad hoc, vt hæ puellæ cauſa educationis admittantur.Prima eſt,vt Monaſteria habeant conſuetudinem recipiẽdi has puellas educandas,& decretum in contrarium non habeant. Barboſa l. c. num. 63. & Rodriquez l.proxime citato. Et ob hanc conditionem Moniales Sanctæ Claræ non poſſunt has educandas recipere, DD. præcitatis nec aliæ Moniales, quæ à principio ſuæ fundationis clauſuram perpetuã vouerunt, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, ita ex Miranda Tamburr. l.c.qu.2.num.3. Aduerte tamen, quod in Monaſterijs Conuertitarum non poſſunt recipi hæ puellæ cauſa educationis, cum habeant ſpecialem prohibitionem à Sacra Congregatione Cardinalium habita ſub die 12. Martij 1619. teſte Gauanto in manuali Epiſcop.verb. Monialium educatio actiua num.4.

Secunda cõditio eſt,quod hæ puellæ recipiantur de conſenſu Superioris, Abbatiſſæ, Monialium capitulariter congregatarũ,& de licentia Sacræ Cõgregationis Card.Bonac. l.c. num. 19. Barboſa de iur.eccleſ.lib.1.cap.44. nu. 54. qui deciſum hoc refert ab eadem Sacra Congregatione in vna Amilien. die 4.Ianuarij 1608.

Tertia cõditio eſt,vt Puellæ recipiẽdæ ſint infra numerum eidem Monaſterio præfixum per eandem Sacram Congregationem Sanchez l. c. nu. 62. Bonac.l.c.nu.19.Nec refert ſi ſint duæ, vel plures ſorores,Barboſ.l.c.n.51.

Quarta

Digitized by Google

Quarta conditio eſt, quod hæ puellæ vtantur veſtitu conuenienti virginali modeſtiæ, & pudicitiæ.

Quinta conditio eſt, quod hæ puellę recipiantur ſolæ, & ſine ſocia, ſeu ancilla. Ità Sacra Congregatio Cardinalium in vna Neap. 12. Martij 1619. Barboſ. l. c. nu. 55.

Sexta conditio eſt, quod puella recipienda ſeptimum expleuerit annum, & ſit minor vigintiquinque annis, hodie tamen videmus Sacram Congregationem diſpenſare antè ſeptimum annum. Si vero ingrediatur antè vigeſimum quintum annum, & compleat deinde hanc ætatem, & non egreditur à Monaſterio; nec Abbatiſſa, nec Prioriſſa incidunt in aliquam cenſuram. Debet tamen Ordinarius loci terminũ præfigere puellæ, vt vel habitum Monaſterij ſuſcipiat, vel vt egrediatur à Monaſterio. Barb. de poteſt. Epiſcopi l. c. nu. 65

Septima conditio eſt, ꝗ Monaſteria, quæ has educandas recipiunt, habeant locum ſeparatum à dormitorio Monialium, & à loco, in quo Moniales operibus manuum vacare ſolent; quod ſi talia loca ſeparata non habent, non poſſunt has puellas educandas recipere ex decreto Sacræ Congregationis in vna Seuerinen. 16. Ianuarij 1615. teſte Barboſ. de iure Eccleſ. l. c. num. 53. & in collect. DD. ſuper Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. nu. 108.

Octaua conditio eſt, quod puellæ ſic ingreſſæ teneãtur ad clauſuram; ſicut & ceteræ Moniales, & ſi violauerint illam, incidunt in excommunicationem, etiam ſi egrediantur animo non amplius remanſuræ, vt ex Gregorio Pollacco p. 2. epidim. cap. 2. num. 5. Tamburr. l. c. num. 14. Nec poſſunt exire ad balnea ſuſcipienda cauſa valetudinis ſine licentia Sacræ Cõgregationis Tãburr. l. c. Quicquid falsò alij putent; ſic enim vſus viget. Et ideò ſi infirmentur in Monaſterio, & volunt teſtamentum condere, danda eſt ab Ordinario licentia ingrediendi clauſuram Notario, & teſtibus ex decreto Sacræ Congregationis relato à Naldo in ſumm. verb. Moniales nu. 14.

Nona conditio eſt, quod quolibet ſemeſtri alimẽta à prędictis puellis anticipate ſoluãtur, immò pro tali anticipata ſolutione debet idonea ſecuritas conſtitui. Sanchez l. c. num. 62. Barboſa l. c. num. 54.

30 Aduertè tamen, quod poſſunt puellæ à parentibus cogi ante pubertatem ad Monaſterium ingrediendum educationis cauſa, vt benè probat Sanchez in ſumm. tom. 1. lib. 4. cap. 19. nu. 8. & 9. Non verò poſt pubertatem, ideſt poſt duodecimum annum. Suarez de relig. tom. 3. lib. 5. cap. 9. dub. 4. mordicus defendit Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 18. locutum fuiſſe non de omni ingreſſu Monaſterij, ſed de ingreſſu per ſe ordinato à parẽtibus ad ſuſceptionẽ habitus; & facto ſub hac conditione, ſeu pactione, & conſequenter quando à parentibus cogitur ad finem, vt ibi educentur tant' m, locum non habere prædictam Concilij conſtitutionem. Nauarr. verò conſil. 56. de ſentent. excommunicationis in 1. edit. & conſil. 6. de regul. in 2. edit. Filluc. tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 89. & alij mordicus defendunt tales puellas cogi non poſſe ad talẽ ingreſſum, etiam cauſa educationis. Vtraque opinio eſt probabilis. Poſſunt tamen timore reuerentiali parentes mouere prædictas puellas ad talem ingreſſum ſine ſcrupulo huius excommunicationis. Ità Riccius in praxi tom. 1. reſol. 599. num. 4. Portellius verb. Moniales, in additione num. 11. Vel etiam importunis precibus ſuadere puellis, vt ingrediantur Monaſteriũ; etiam ad finem vt in ipſo habitum ſuſcipiant, vel profeſſionem emittant. Ità Villalobos in ſumm. 1. p. tract. 17. dub. 31. num. 11.

31 Nota decimo, quod hoc nomen, Puella, eſt æquiuocum, quia intelligitur etiam de ea, quæ exceſſerit pubertatem, l. cum quædam puella, ff. de iuriſd. omn. iud. can. honorantur 32. qu. 2.

&

& in caſu noſtro hoc nomen eſt appoſitum gratia demonſtrationis, ideo cōprehendit omnes feminas appoſitas in Monaſterio educationis cauſa; ſimile videbis in cap. ſi pater de teſtām. in 6. & l.mela in princip.ff.de alim. leg. Vide Manticam de coniect.vlt.vol. lib. 5. titulo 7.num.14.

32 Nota vndecimo, quod habens licētiam loquendi cum his puellis, quæ educationis cauſa ſunt in Monaſterio, ſi ſub tali prætextu licentiæ alloquitur de rebus obſcęnis,non incidit in caſum noſtrum, cum ſtatutum expliset tantū Moniales,vel Nouitias &c.vt benè obſeruat Merolla l.c.nu.596. circa finem.

33 At quia in littera ſunt illa verba ſub prætextu &c. qui ſine prætextu licentiæ loquitur cū Monialibus de rebus obſcœnis ad breue tēpus,nō incidit in caſum noſtrum cum cenſura. Ità ſentit Sanchez in ſumm.lib.6.cap.26. à num. 78.Suarez tom.5. in 3.p. diſp. 22. ſect. 6.num.11.Sayrus de cenſur. lib.3.cap. 31.num.10.Barboſa de poteſt. Epiſc.p. 3.alleg.102. num. 37. Bonac.de clauſ. qu.4.puncto 5.num.4.& 10. verſ. verū vero,& puncto 6.num.16.verſ. Dixi in mea &c.Rodriq.qq.reg.to.1.qu.47.art. 1.verſ.obſerua,& qu.48.art.2.Layman lib.4.tract.5.cap.12.nu.4. & alij quamplurimi Doctores apud præcitatos Auctores. Ità etiam ſentit Diana tom. 2. tract.16.& 2.miſcell.reſol. 32. Portellius in dub.reg.verb.Abbatiſſa num.7. & infra de Abbatiſſa admittente ſæculares &c.à num. 1. Pro probatione huius notabilis.

34 Suppono primo, probabiliter ex identitate rationis in lege pœnali non fieri extenſionem de caſu ad caſum. Layman lib. 1. tract. 4.cap. 19. num.9. verſ. Cæterum &c. Salas de leg. tract. 14.diſp.21.ſect.13.num.29. verſ. extra hos &c. qui communem appellat. Et ratio eſt, tum quia ratio per ſe non conſtituit legem, ſed voluntas Principis expreſſa per verba: ergo etſi ratio extenderetur ad alium caſum, quia voluntas Principis non extenditur, vel ſaltem nobis non innoteſcit circa aliū caſum, lex non obligat; cum lex ſufficienter lata non ſit circa alium caſum. Tum quia poteſt quis ſtante eadem ratione velle vnum, & non aliud, & hoc non ſolum pro animi libertate,aut libidine, ſed etiam rationábiliter, cùm multoties non expediat multa prohibere,aut præcipere, neq; omnia omittere. Tum quia determinatio ipſa verborū expreſſa ad vnum caſum,& ſilentium alterius indicat legislatorem voluiſſe vnum præcipere, aut prohibere, & non aliud ex illa coniectura cap.2. de translat. Epiſcop. quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet;& ſic argumentando à ſpeciali,dum hoc in ſpecie prohibetur, & alia tacentur, ſignum eſt alia non prohiberi. Tum quia lex non eſt extendēda à propria forma verborum ſine neceſſitate,aut ratione cogente. At in tali extenſione nulla eſt ratio, ſed ſola coniectura infirma ex ſimilitudine rationis deducta: quam eſſe omnimodam, non facilè probari poteſt, dum legiſlator non tenetur,imò nō oportet vt exprimat omnē rationē ipſū mouentem: ergo ex idētitate rōnis lex pœnalis nō eſt extendēda de caſu ad caſū.Hoc tamen dicimus in ordine ad forum conſcientiæ; at quoad forum fori, & in ordine ad iudicandum ſemper fit extenſio ex idētitate rationis. Ità habetur expreſsè in l.nō poſſūt 12.ff. de legib. his verbis.Non poſſunt omnes articuli ſigillatim,aut legibus,aut Senatus Cōſultis comprehendi; ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere,& ità ius dicere debet.Hæc ibi.

35 Et hanc opinionem in ordine ad forum conſcientiæ euidentem puto ſaltem in ordine ad pœnam tantùm. Vndè etſi fiat extenſio ex identitate rationis de caſu ad caſum in ordine ad obligationem legis pœnalis; quoad pœnā à lege impoſitam extendi non poteſt, & ratio pulchra, & euidens redditur à Caſtro lib.1.de l.pœnali cap.7.docum. 3.relato à Sanchez lib. 10. de matrim.

diſp.

diſp.4. nu. 3. circa medium his verbis. Quia aliæ leges adeò pendent ex ratione, vt ratio legis dicatur eius mens, & anima; & hinc euenire neceſſe eſt, vt vbicumque illa eadem inuenitur ratio, locum habeat eadem lex. At lex pœnalis quoad pœnam non omninò pendet à ratione, ſed etiam ex legiſlatoris talem pœnam indicentis voluntate. Quamuis enim recta ratio crimina punire dictet, non tamen cogit ad hanc, vel illam pœnam ſtatuendam; ſed hoc ex ſola legiſlatoris voluntate pendet; quæ etſi aliquam petat congruentem rationem, non tamen ea neceſſariò cogit ad potiùs illam, quàm aliam pœnam ſtatuendam. Ex quo fit, in pœnis argumentum à ſimili non valere. Hæc Sanchez ibi. Idem ſentit Ferdinãdus à Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. diſp. 5. punct. 3. §. 4. num. 3. & dicit eſſe omnium Doctorum, qui citat gloſſ. in cap. pœnis, 49. de reg. iur. in 6. Caſtro l. c. Molinam tract. 2. de iuſt. diſp. 176. §. 4. Sanchez l. c. Suarez tom. 3. de Euchar. qu. 67. art. 8. in comment. §. Maius vero dubium eſt &c. & lib. 6. de legibus cap. 3. num. 5. Salas diſp. 21. ſect. 5. ſub num. 11. Nauarr. in can. pœnæ de pœnitentia diſt. 1. à nu. 1.

36 Suppono ſecũdo, in collocutione cũ Monialibus maximè de rebus honeſtis dari paruitatem materiæ. Hæc veritas à nemine dubitatur; ſed Doctores dubitant de quantitate temporis allocutionis. Diana par. 2. tract. 2. de dubijs reg. reſol. 48. verſ. Nota ſexto &c. putat loqui cũ Monialibus per ſpatiũ vnius Miſerere, & aliquid amplius ratione paruitatis materiæ, non ſufficere ad incurrendam hanc excommunicationẽ, non explicando quid importet illud aliquid amplius. Idem ſentit Tamburr. de iure Abbatiſſ. diſp. 25. qu. 8. ad ſeptimum &c. Merolla verò diſp. 1. cap. 2. n. 607. hæc habet. Quicquid alij ſentiant, exiſtimo in hoc non poſſe generalem regulam ſtatui, ſed conſiderandam eſſe qualitatem verborum, & etiam cauſam collocutionis &c. Vndè concludit; Si locutio ſit de rebus honeſtis, vel indifferentibus non cenſerem excommunicatum, qui decem verba diceret, & maximè ſi non ex propoſito, ſed inuocatus loqueretur vrbanitatis cauſa &c. Hæc ibi. Alij vero viri docti huius temporis tenuerunt oretenus, quod loqui per ſpatium quadrantis horæ non ſit materia grauis, infra tamen, non vltra.

At ſi hæc opinio eſſet vera, fruſtaretur finis huius prohibitionis, quia vnuſquiſq; poſſet loqui cũ qualibet Moniali per ſpatium quadrantis horæ eodem die à mane vſq; ad veſperum in quolibet Monaſterio ſine ſcrupulo.

37 Ideo in re tam ambigua non audeo meam proferre ſententiam. Dico tamẽ quod in qualibet opinione verba debent eſſe modica, & compendioſa; ità quòd occupent breue tempus, arg. tex. in can. diffinimus 18. q. 2. Inſuper talis locutio non debet eſſe frequens, nec ſine neceſſitate, ex tex. in cap. periculoſè de ſtatu regular. in 6. Concludo igitur, quod datur hæc paruitas materiæ, maximè quando verba conducunt, & non aduerſantur fini ſtatuti; & finis in caſu noſtro huius ſtatuti eſt, vel ad hoc vt Moniales poſſint expeditius Deo ſeruire cap. vnico de ſtatu reg. in 6. & ideò etiam perſonis honeſtis prohibita eſt cum Monialibus collocutio gl. in præcitato cap. vnico verb. Honeſtæ. Vel ne Moniales ſint otioſæ gloſ. in can. ad reatum diſt. 81. ex can. nunquam de manu, de conſecrat. diſt. 5. Vel ad clauſuram veram Monialium conſeruandam, vt ſupra diximus cum Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 102. num. 11. Sanchez in ſumm. lib. 6. cap. 16. n. 105. circa fin. & hoc ſtatutum non fundatur in facto, vel delicto, ſed in periculo facti, vel delicti, ideſt non in impedimento actuali diuini ſeruitij, vel in otioſitate actuali, vel ne diſturbetur actualiter clauſura; ſed in periculo ne hæc accidant, vt dixi in 3. notabili, huius reſol.

38 Si vero verba cum Monialibus ſint inhoneſta, tunc dico quod vnum verbum tãtùm poteſt eſſe peccatum mortale,

tale,& conſequenter comprehendi in caſu noſtro, vt benè Merolla l.c.num. 607. Quod igitur in præſenti diſputamus, eſt, An qui peccatum mortale commiſit in locutione cum Monialibus de rebus inhoneſtis infra tamen ſpatium parui temporis,ita quod non incidat in caſum reſeruatum, vti ſimplex collocutor; incidat tamen vt inhoneſtus collocutor,ſi ſine licentia loquatur de his rebus inhoneſtis. Et dicimus quod non incidat.Quod

39 Patet,tum quia Epiſcopus in tali reſeruatione locutus eſt cum illis tantũ, qui prætextu licentiæ obtentæ loquuntur de rebus obſcœnis, vt patet legẽti. Mens enim, & voluntas Principis eſt anima legis, per verba tanquam ſenſibilem materiam indicata, à quibus recedendum non eſt ſine neceſſitate iuxta l.non aliter ff.de leg.3.& l.1.§.is qui ff. de exercitoria actione, ibi in re dubia melius eſt verbis edicti ſeruire. Tũ q̃a ſtatutũ hoc eſt pœnale,vt ſępius dixi, & in pœnalibus non eſt facienda extenſio de caſu ad caſum; quod verũm eſt ſaltem quoad extenſionem pœnæ, vt in primo ſuppoſito; & conſequenter talis etſi peccet mortaliter, nullam incurrit cenſuram. Tum quia ſi ſtatutum, ſeu Epiſcopus ſtatuens vellet tales ſine licentia loquẽtes de rebus obſcœnis excommunicare, non dixiſſet eos qui prætextu licentiæ,ſed ſimpliciter eos excommunicaſſet; ſi enim ſtatutũ voluiſſet hoc, ſe clariùs explicaſſet,iuxta text.in cap. 2.de tranſlat.Epiſc.

Dices ex doctrina Manriquez par.2. qu.41.nu. 4. quod prætextus ſignificat ne dum rem veram,& certam,ſed fictitiam,& ſuppoſitam, & quæ non eſt; ſic explicant verbum poſitum in Bulla, ſub prætextu violentiæ,Salgad.de reg. protect.prælati 5. à nu. 232. Suarez de cenſuris diſp.21. num. 75. Ceuall. de cogn. per viam violentiæ in prologo à num.168.& num.176. Azorius tom. 1. iuſt.moral. lib. 5. cap. 12. §. verum eſt &c.ergo ly ſub prętextu in caſu noſtro ſignificat tàm qui habet veram licentiam, quàm qui nullam licentiam habet: & conſequenter tam hi, quàm illi ſunt excommunicati.

40 At fallitur Manriquez, quia non ſic loquuntur præcitati DD. & afferam verba Azorij loco à Manriquez cit.col. mihi 410. verſ. verum eſt &c. Verum quod Magiſtratus, & iudices ſæculares in hac re nonnunquam obijciunt. Nos inquiunt,clericorum cauſas aliquando ad noſtra tribunalia reuocamus, cum certa,& euidens eſt conſuetudo, vt reuocentur;non cum incerta, & dubia eſt,ficta,aut ſimulata. Item id facimus, inquiunt,vt violentiam manifeſtam, & certam tollamus,non fictam,& ſimulatam,& violentiæ tantum imaginem, & ſpeciem habẽtem;& canones, & Summorum Pontificum litteræ &c.Prætextus vero velamen eſt, quo moueri ſe aliquis ſimulat ad aliquid faciendum, cum tamen alia cauſa moueatur. Sic enim hac voce vtitur Suetonius in vita Cæſaris,& in vita Tiberij.Sic illi. Sanè hoc nomine, ſub prætextu, canones & leges ſignificant etiam veram cauſam, non ſimulatam, & fictam,aut quæ tantùm cauſæ figuram, & ſpeciem offert l. ſub prætextu C.de trãſact.habetur,Sub p̃texto inſtrumẽti poſt reperti,tranſactionẽ finitã reſcindi,iura nõ patiuntur, quæ lex confirmatur in cap. inter Monaſterium de ſentent. & re iudic. Vbi dicitur,Sub nouorum inſtrumentorum prætextu lites non deberi inſtaurari;& in cap.ſuborta eodem tit. dicitur,Prætextu priuilegij de nouo reperti, non debet ſententia retractari; profectò his in locis non ſolum inſtrumentum, aut priuilegium fictum, & ſimulatum, ſed etiam verum, & certum, quod poſt repertum eſt, nomine, ſub prætextu, ſignificantur &c.Hæc ibi Azorius. Cum igitur in caſu noſtro licentia vera haberi nõ poſſit ad colloquẽdũ de rebus obſcœnis, debet intelligi de licentia loquendi de rebus honeſtis, & ſub hoc velamine quis ſimulat ſe moueri ad veniam petendã colloquendi; cum tamen

Digitized by Google

men cauſa loquendi de rebus obſcœnis veniã quæſierit &c. Igitur nihil tale, quod putat Manriquez, poteſt depromi à verbo prætextu. Imò oppoſitũ, & ex hoc verbo magis probatur noſtra reſponſio.

Dices ſecũdo, ꝙ maius delictũ eſt loqui ſine vlla licentia, quàm loqui cum prætextu licentiæ; ſed qui loquitur cũ prætextu licentiæ eſt excommunicatus: ergo à fortiori qui loquitur ſine tali prætextu.

41 Reſpondeo primo, quod eſt maius delictum loqui ſine prætextu licentiæ, quàm cum prætextu, quia qui loquitur cum prætextu licentiæ, decipit ſuperiorem, & abutitur licentia ipſius ſuperioris præter peccatum locutionis de rebus obſcœnis: & cum contineat deceptionem, & abuſionem licentiæ, continet maius peccatum; & ideò non eſt mirum ſi iſti excommunicantur, & non illi.

42 Reſpondeo ſecundo ex doctrina Sãchez l.c. non eſſe nouum minora delicta aliquibus pœnis in iure ſubijci ob aliquam ſpecialem rationem in eis cõcurrentem, vt contingit in caſu noſtro; Nam qui loquitur ex prætextu licentiæ, loquitur ſecurius, & liberius, & cũ maiori audacia, quàm qui ſine vlla prorſus licentia.

Dices tertio, ergo q. loquitur ad lõgũ tempus de rebus obſcœnis ſine licentia, non incurrit in hunc caſum noſtrũ; quia non loquitur de rebus obſcœnis ſub prætextu licentiæ.

43 Reſpondeo, quod etſi non incurrat ex hoc capite, incurrit tamen vti locutor vt ſic; nã priùs excõicãtur loquẽtes vt ſic, & deindè loquentes ſub prætextu licentiæ de rebus obſcœnis. Qui .n. loquitur de rebus obſcœnis, verè loquitur; & ſi ad notabile tempus loquitur, ſtatutum de loquentibus cum Monialibus ſine licentia tranſgreditur.

Dices quarto: ergo ſaltẽ qui loquitur ex prætextu licẽtiæ, debet loqui ad lõgum tempus; nam ſi ad breue tempus loquatur, non eſt talis loquens tranſgreſſor ſtatuti; quia tempus locutionis fuit breue, & conſequenter ſi non eſſet inhoneſta, fieri poſſet ſine licentia.

44 Reſpondeo negando conſequentiã; nam ſi loquitur ſub prætextu licentiæ ad breue tempus, peccat mortaliter loquendo, & conſequenter incidit in cenſuram; ſtatutum enim noſtrum recipit paruitatem materiæ in locutione honeſta tantum, non vero in locutione inhoneſta, vt dixi in ſecundo ſuppoſito.

Dices quito: ergo ſaltẽ q. habet licẽtiã loquẽdi, & loquitur nõ ſub prætextu licentiæ ad breue tempus de rebus obſcœnis, cum intentione tamen iterũ loquendi ex licentia de rebus honeſtis, in nullam incidit cenſuram.

45 Reſpondeo ex doctrina Sanchez l. c. nu. 80. concedendo totum.

Dices ſexto, ꝙ ſtatutũ hoc eſt fauorabile: ergo eſt ampliandum etiam ad loquentes ſine vlla prorſus licentia.

46 Reſpõdeo ex doctrina Merollæ diſp. 1. cap. 2. diff. 4. nu. 605. quod ſtatutum hoc eſt latum ob bonum animæ Monialis, non vero alloquentis; & ſic dicitur fauorabile in ordine ad Monialem, non vero in ordine ad colloquentem: ergo in ordine ad colloquentem extendendum non eſt, ſed reſtringendum. Addo quod, cum pœnam contineat, quæ eſt excommunicatio, in ordine ad hanc extẽdi non debet, vt optimè dixerunt Suarez, Sanchez, Merolla, & alij in primo ſuppoſito.

Dices ſeptimo: ergo q. loquitur inhoneſtè, ſi licentia non indigeat, non incidit in caſum noſtrum.

47 Reſpondeo concedendo totum; nam qui licentia non indiget, nõ poteſt ſub prætextu licentiæ obtentæ inhoneſtè loqui.

48 Nota duodecimo, quod nomine Monialium veniunt etiam Conuerſæ inſeruientes Monialibus can. vt lex 27. qu. 1. cap. non dubium de ſentent. excommunicationis; tenentur enim iſtæ obſeruare clauſuram ſicut, & ceteræ Moniales choriſtę &c. vt rectè obſeruat

R Graff.

Graff.lib.2.de caſ.reſer.cap.5.num.40. Sicut nomine Monialium veniunt etiã Monaſteria Sororum, vt ex conſuetudine optima legum interprete habetur. Vide Graff.l.c.numero 39.

49 Nota decimotertio, quod qui loquitur cũ Monialibus per nutus, & ſigna incidit in caſum noſtrum. Nam verè explicat ſuos internos affectus, ad quos explicandos eſt inſtituta loquela. Quod vero hæc explicatio fiat per verba, vel per alia ſigna hoc idem ſignificantia, parum refert. Sicut ſi Monialis haberet linguam turcicam, & loquens polleret eadem lingua, ſi loquela turcica colloqueretur, verè incideret in caſum noſtrum. Sic quando loquuntur per ſigna, quibus ipſi ſoli ſe intelligũt, verè loquuntur, cùm verè explicẽt affectus internos. Sic ſentit Graff. de caſib.reſeru.lib.2.cap.5.num.33.Merolla diſp.1.cap. 2.nu.593. Diana 3. p.tract. 2.reſol.48.verſ.Nota ſecundo &c.

Secùs vero dicendum eſt, ſi quis loquatur per intermediam perſonam; nã tunc etſi verè explicaret ſuos internos affectus, explicaret alteri, & ex hoc Moniali, quod non eſt prohibitum; ſicut ſi per ſcriptũ quis ſuos affectus internos explicaret, non incideret in caſum noſtrum, vt benè Diana l.c.in fin. verſ.Nota ſecundo &c.

50 Nota deciquarto, quod prætextus eſt cauſę falſæ ſimulatio, ſeu velatio alicuius: hinc prætẽdere idẽ eſt atq; velare, ſeu aliquam cauſam fictam, & non veram pro vera fingere, qua aliquid veletur, & obtegatur. Vnde Suetonius de Cæſare, Et prætextu quidem ille ciuilium armorum hoc fecit; cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Et idem Seutonius in Tiber. Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad hos deferẽtur &c. deducitur ex l. 1.C. depoſiti l. non eſt ignotum C. de adminiſtr. tutor. Ità Fagundez 2. eccl. præcep. lib. 4. cap. 3.num. 72. Scobar.de confeſſ.ſollic. 1. p.qu.4.§.1.num.47. Vnde prætextu licentiæ obtentæ in caſu noſtro, idem eſt ac fingere, ſeu tegere locutionem cum Monialibus de rebus obſcœnis cum licentia ſuperioris de ſimpliciter loquendo.

SVMMARIVM.

Monialis ſi confiteatur Confeſſario iuriſdictionem habenti tantum circa ſæculares, ſed habenti licentiam colloquendi cum ipſa, licitè poteſt abſolui à venialibus.n.1. & 10. Imò à mortalibus etiam poſſet abſolui, cum obligatione iterum illa deferendi ſacerdoti iuriſdictionem habenti, niſi eſſet contra vſum Eccleſiæ.nu.1.& 13.

Simplex ſacerdos, ſecundum Vaſquez, poteſt abſoluere à venialibus per poteſtatem ei traditam à iure diuino.n.2.& 9.

Reſeruatio venialium nunquam legitur facta in Eccleſia Dei.n.eod.

Excommunicatus, quamuis illicitè à venialibus abſoluat, vel panem conſecret, validè tamen abſoluit, ſiue conſecrat; cum non careat iuriſdictione ei conceſſa in ipſa ordinatione.nu.3.

Poteſt dici quod excommunicatus non habeat poteſtatem abſoluendi à venialibus ex iure diuino, non ex reſtrictione Eccleſiæ. nu. eodem.

Qui Spiritum Sanctum, ſiue vnitatem cum Eccleſia, quæ per gratiam, & Spiritum Sãctum habetur, non habet, peccata remittere, ſiue tenere non poteſt.n.eod.

Quamuis electio Pontificis proueniat à Collegio Cardinalium; poteſtas tamen ei à iure diuino tribuitur.n.eod.

Propoſitiones fidei, quãuis ab Eccleſia proponantur; non tamen creduntur, quia proponuntur ab illa, ſed ob diuinam veracitatem.nu eod.

Eccleſia tolerans excommunicatum, ſuſpendit excommunicationem quoad abſoluendi actum.n.eod.

Simplex ſacerdos, ſecundum Suarez, & Coninck, habet poteſtatem abſoluendi à venialibus ex poteſtate delegata ab ipſa Eccleſia.nu.4.

Eccleſia, ſecundum communiorem ſentẽtiam, priuat ſacerdotem excommunicatum vitãdum iuriſdictione, etiam ad abſoluendum peccata venialia; vnde ſi illa abſolueret,

inua-

inualidè abſolueret.num.eodem.

Particula, Non, præcedens verbum, Poſſe, abnegat omnem poteſtatem, inducitque nullitatem actus ipſo iure.nu.eod.

Pœnitentiæ ſacramentum exercetur per modum iudicij; idcircò requirit in exercente poteſtatē, ſiue ordinariā, ſiue delegatā.n.eo.

Paſtores tātū, & Prælati habēt ordinariā poteſtatem, non ſimplices ſacerdotes.n.eod.

Epiſcopus in ſua Diœceſi non poteſt reſeruare peccata venialia, etiam ſi eorum abſolutio pendeat ab Eccleſiæ delegatione; cum non poſſit poteſtatem alicui tributam à Summo Pontifice, impedire.n.5.

Sicut nec poteſt, ne ſui ſubditi confiteantur peccata extra Diœceſim, ſtante conſuetudine ab Eugenio IV. approbata, vt poſſit ſubditus vnius Epiſcopi abſolui ab alio Epiſcopo.n.eod.

Epiſcopus nec etiam impedire poteſt directè ne ſimplex ſacerdos peccata mortalia, alias confeſſa abſoluat; quamuis indirectè poſſit.n.6.

Poteſt ſimplex ſacerdos, ſecundum Coninck, & Suarez, cum aliqua cauſa abſoluere pœnitentem à venialibus directè, & à mortalibus indirectè.n.7.

Qui habet iuriſdictionem ad peccata venialia, habet poteſtatem directè, & per ſe conficiendi ſacramentum pœnitentiæ; & ſic directè, & per ſe remittit peccata in quæ poteſtatem habet, indirectè vero, & per accidens peccata, in quæ poteſtatem non habet. num.8.

Contra ius diuinum nulla datur conſuetudo, nec vſus.num.9.

Potentia, vel impotentia quæ in ſacramento pœnitentiæ reperitur, non prouenit ab vſu Eccleſiæ, ſed à Chriſto Domino ſacramentorum auctore.nu.eod.

Confeſſarius approbatus circa ſæculares tantum habet præceptum non abſoluendi Moniales directè tātū à mortalibus, ſicut poteſtatē habet directè abſoluendi ipſos ſæculares à mortalibus.n.11.& 14.

Simplex ſacerdos etiam poteſt Moniales à venialibus abſoluere.n.12.

Abſoluere directè à venialibus, & indirectè à mortalibus, ſecundum Suarez, cum onere iterum deferendi mortalia legitimo miniſtro, nec lædit, nec turbat iuriſdictionem, imò maximam vtilitatem pœnitenti affert. num.14.

Poteſt Monialis abſque vlla cauſa abſolui à confeſſario approbato circa ſæculares tantum; nam cauſa non facit, vt ſacramentum ſit validum, vel non, ſecluſo alio capite illud inualidandi.n.15.

Cauſa legitima, ſecūdū Hēriquez, cur Monialis iſta poſſit abſolui eſt, ſi nimis erubeſcit cōfiteri proprio Cōfeſſario, vel ſi credēs peccatū aliquod non eſſe mortale, confeſſa fuit peccatū illud, tunc ne triſtis diſcedat, poteſt abſolui ſecundum Layman.nu.eod.

RESOLVTIO XXXV.

Quidam Confeſſarius approbatus ab Ordinario ad audiendas cōfeſſiones ſæcularium, non tamen Monialium, obtinuit licentiam loquendi cum quadam Moniali, hæc vult ſua peccata confiteri huic confeſſario. An poſſit hic Confeſſarius hanc confeſſionem excipere, & abſolutionem ei impendere?

1 RESpondeo, quod ſi Monialis hæc confiteatur tantùm peccata venialia in tali confeſſione, probabiliter poteſt ei abſolutionem impendere. Si vero confiteatur peccata mortalia ſimul, & venialia, poſſet etiam (niſi eſſet contra vſum Eccleſiæ) ei abſolutionem impendere: dummodò obligaret illam ad iterum confitendum peccata mortalia ſacerdoti iuriſdictionem habenti. Pro probatione.

2 Suppono primo, abſolutionem à venialibus poſſe fieri à ſimplici ſacerdote per poteſtatem ei traditam, vel à iure diuino, vt probat Vaſquez tom. 4. in 3. p.qu.93.dub.6.à num.4. Soto in 4.diſt. 18. qu. 4. art.2. in ſolutione tertij arg. Ruard. Fapper. art. 3. contra Cal.pag.

 100.cir-

100.circa finem. Caiet.in ſumm.verb. Abſolutio c.2.& tom.1. opuſ. tract.7. qu.1. Cano,Ledeſma, Paludanus,Capreolus, & alij apud ipſum Vaſquez. Et ratio eſt,tùm quia à principio inſtitutionis huius Sacramenti nunquam legimus, nec ex traditione habemus, quod poteſtas ſuper venialia fuit pœnes Eccleſiam,& ab hac communicata ſimplicibus Sacerdotibus, ſed ſemper ſimplices Sacerdotes abſoluerunt pœnitentes ab illis;ergò ſignum eſt,quod ità fuit inſtitutum hoc Sacramentum ab ipſo Chriſto, & conſequenter hanc poteſtatem Sacerdotes ſimplices habent ab ipſo Chriſto huius Sacramēti inſtitutore;non verò ab Eccleſia. Tùm quia reſeruatio peccatorum venialiū nunquam legitur facta in Eccleſia Dei; ergò ſignum eſt, quod fieri non poteſt.

Nec dicas, quod excommunicatus Sacerdos non poteſt abſoluere à venialibus; ergò aliquando abſolutio ab iſtis eſt interdicta.

3 Quia contra eſt; nam excommunicatus etſi illic tè, tamen validè abſoluit à venialibus, ſecundum Vaſquez l.c.num.8. habet enim prohibitionem non adminiſtrandi Sacramenta. Adde, quod tunc Sacerdos eſt inhabilitatus ad Sacramenta miniſtranda, & vti inhabilis peccat, cùm faciat contra prohibitionem; ſicut ſi conſecraret in ipſa excommunicatione, verè efficeretur Sacramentum; ſic in caſu noſtro etſi careat omni iuriſdictione ab Eccleſia tributa,non caret iuriſdictione ei conceſſa in ipſa ordinatione,qualis eſt ſupra corpus verum,& myſticumChriſti ſecūdum peccata venialia,vt dixi. Vel dic,quod excommunicatus non poteſt abſoluere à venialibus de iure diuino, non ex reſtrictione Eccleſię can.Audiuimus 24.qu.1.his verbis. Audiuimus &c.ligandi namque, vel ſoluendi poteſtas veris, non falſis Sacerdotibus à Domino tradita eſt.Apoſtolis enim dicturus; Quorum remiſeritis peccata &c. pramiſit, Accipite Spiritum Sanctum,vt euidenter cunctis oſtenderet, eum, qui Spiritum Sanctum nō habet, non poſſe tenere,vel remittere. Porrò Spiritū Sāctum nemo, niſi intra Eccleſiam accipit, quia & ipſam vnitatem per gratiam facit &c.vide tex. Sed qui eſt excommunicatus non habet vnitatem,& communicationem cum Eccleſia; ergò de iure diuino non poteſt ità miniſtrare.Itaque excommunicare aliquem ſpectar ad Eccleſiam; at quod excommunicatus ſit priuatus omni iuriſdictione circa Sacramenta,eſt de iure diuino. Sicut dicimus de Pontifice, qui quoad electionem prouenit à Collegio Cardinalium; at ſtante tali electione, deindè Pontifex recipit poteſtatem à iure diuino. Sic dicimus de propoſitionibus fidei, quæ proponuntur ab Eccleſia; at ſtante tali propoſitione,non credūtur,quia proponuntur, ſed credūtur ob diuinam veracitatem; ergò &c. Nec valet dicere, quod ſic neque excommunicatus toleratus poſſet abſoluere. Quia facilè reſpondetur,quod pia mater Eccleſia ſuſpendit excommunicationem quoad illum actum iuriſdictionis, dùm ipſum tolerat.

4 Vel poteſt Sacerdos ſimplex abſoluere à venialibus ex poteſtate delegata ab ipſa Eccleſia, vt optimè Suarez de pœnit. diſp.26.ſect.5.Coninck de pœnit.diſp.8.dub.2. num.17. Et ratio eſt;tùm quia ſecūdum communiorem ſententiam Eccleſia priuat Sacerdotem excommunicatum vitandum iuriſdictione,etiam ad abſoluendum à venialibus;& ſi abſoluit à venialibus, non ſolum illicitè, ſed etiam inualidè abſoluit.Nam hæc priuatio iuriſdictionis habetur in can.Audiuimus 24.q.1. Vbi habes particulam,Non, antè verbum, Potuit. Verum quia (hæc ſunt verba textus) excommunicatus te excommunicare non potuit &c. & infra; Nec poteſt deijcere quemquam, iam proſtratus &c.Et particula, Non, præcedēs verbum, Poſſe,abnegat omnem potentiam,& inducit nullitatem actus

ipſo

ipſo iure. Gloſſ. in reg. Beneficium de reg.iuris in 6. quam dicit receptam Couarr. in c. Quamuis pactum de pactis in 6.2.p.§.4. num.4. Fœlicianus de Solis,de cenſibus lib.1. cap. 8. num. 7. verſ.Alterũ probo &c. circa mediũ:ergo excommunicatus non ſolum illicitè,ſed etiam inualidè abſoluit. Niſi velis dicere, quod inualidè abſoluit ratione iuris diuini, & non ob prohibitionem Eccleſiæ. Tum quia hoc ſacramentum ſemper exercetur per modũ iudicij,tàm circa venialia, quàm circa mortalia;& ideò ſemper requirit iuriſdictionem in miniſtro, vel ordinariam, vel delegatam,vt in Concil. Trid. ſeſſ. 14.cap.7.ſed ſimplex ſacerdos non habet poteſtatem ordinariam, cùm non ſit Paſtor, nec Prælatus; aliter omnes eſſent ſibi inuicem Paſtores, & ſubditi, quod perturbaret ordinem Eccleſiæ. Addo, quod qui habet iuriſdictionem ordinariam in hoc ſacramento, habet aliundè aliqualem ſuperioritatem, & gubernationem ex hoc ſacramento; ſic Pontifici,Epiſcopis, Parrochis, & Prælatis incumbit ex officio gubernare, & paſcere ſubditos,in quos habent iuriſdictionẽ ordinariam in ſacramẽto pœnitẽtiæ.At talẽ gubernationẽ,& paſturã non habet ſimplex ſacerdos, maximè circa Epiſcopos,Cardinales &c.ergo dicendum erit,quod habeat iuriſdictionem delegatam à Summo Ordinario,dùm videmus eam diffuſam per totum orbem, & à principio naſcentis Eccleſiæ. Niſi velis dicere,quod nullũ ſit inconueniens, quod idem ſecũdum diuerſa ſit Paſtor, & ouis; ſicut de facto Summus Pontifex quãdo cõfitetur peccata ſua, & abſoluitur, eſt ouis, & Summus Paſtor.

5 Hinc manifeſtè deduco, quod non poſſit vnus Epiſcopus reſeruare in ſua Diœceſi peccata venialia, etiamſi abſolutio eorum pendeat à delegatione Eccleſiæ; quia ſimplex ſacerdos hanc delegationem habet à Summo Pontifice, quam delegationem non poteſt impedire Epiſcopus. Sicut dicimus de conſuetudine introducta, quod vnus Epiſcopus abſoluat ſubditos alterius Epiſcopi; non enim poteſt vnus Epiſcopus impedire ſuos ſubditos, vt non confiteantur ſua peccata extra Diœceſim,ſtante conſuetudine introducta legitimè,& approbata ab Eugenio IV. vt dixi alibi.

6 Sic etiam diſcurrendum eſt de peccatis mortalibus iterum confeſſis; hæc enim poteſtas ſacerdoti ſimplici deriuat,vel à iure diuino, vel eccleſiaſtico ex longa, & immemorabili conſuetudine præſcripta. Vnde nec Epiſcopi, nec alij Prælati inferiores poſſunt impedire directè hanc poteſtatem; cum procedat,vel à ſupremo Paſtore,qui eſt Summus Pontifex, vel à iure diuino; poteſt tamen Prælatus inferior impedire indirectè, nempè excommunicando ſimplicem ſacerdotem, tunc enim amittit hanc iuriſdictionem etiam circa venialia, vt dixi. Vide de Lugo de pœnit.diſp.18.ſect.3.num.46.verſ.Cæterum &c.circa finem.

7 Suppono ſecundo,poſſe aliquem cũ aliqua cauſa confiteri peccata mortalia,& venialia ſimul ſimplici ſacerdoti, & ab hoc recipere abſolutionem directam à venialibus,& indirectam à mortalibus.Ità ſentit probabiliter Coninck diſp.8.dub.14.num.107.his verbis.Dices ex dictis ſequi,habentem caſus reſeruatos,aut ſaltem alia mortalia in ſimili neceſſitate licitè confiteri etiam ei, qui ſolum habet poteſtatem abſoluendi à peccatis venialibus, modò ſimul confiteatur aliqua venialia.Reſpõdeo cum P.Suarez diſp.31.ſect.3.num.10.Sequelam videri ſatis probabilem; ſed quia hic deeſt Doctorum auctoritas,& vſus Eccleſiæ, quæ in hac re maximi facienda ſunt; conſequens non eſſe facilè admittendum; niſi fortè in grauiſſima neceſſitate &c. Hæc Coninck. Vndè ſi admittitur hæc opinio in grauiſſima neceſſitate,cur etiam non ſit admittenda ſine illa,ignoro? cùm vſus Eccleſiæ tàm ſit in grauiſſima,quã ſine. Idem ſentit, & probat Suarez de pœnit.

pœnit.diſp.31.ſect.4.num.9.his verbis. Secunda difficultas eſt, quia ſequitur, ſi quis habet peccata venialia, & mortalia, & occurrat eadem neceſſitas confitendi, poſſe confiteri ſacerdoti ſimplici, ſi alius non inueniatur. Patet ſequela, quia ille habet iuriſdictionem circa venialia; poterit ergo ab illis abſoluere, & perficere ſacramentum, & ita indirectè tollere mortalia; quamuis illa poſtea confitenda ſint proprio ſacerdoti. Ac denique rationes ſupra factæ hic proportionaliter applicari poſſunt. De hac difficultate nihil inuenio dictũ à citatis auctoribus; & ideò circa illam non omninò definiam eam ſentẽtiam, in quam propenſus ſum. Videtur mihi illa conſecutio adeò apparens propter magnam ſimilitudinem, vel paritatem rationis (loquor de caſibus reſeruatis abſolutis ab inferiore cum non reſeruatis) nec video vrgentem rationem, aut incommodum alicuius momenti, propter quod timendum ſit illud conſequens admittere. Quid enim refert, quod in eo caſu neceſſitatis aliquis cõfiteatur ſimplici ſacerdoti, eo modo, quo poteſt, & ab illo etiam abſoluatur, quantum ille poteſt: ſi poſtmodum ità manet obligatus ad confitenda omnia ſua peccata mortalia proprio ſacerdoti, ac ſi omninò confeſſus non fuiſſet? Hoc enim vtile eſſe poteſt tali peccatori, vt fructum aliquem ex illa abſolutione obtineat, & vt ſi fortaſsè nõ erat ſufficienter contritus, per illam perficiatur, & ità ſaltem indirectè iuſtificetur ab omnibus peccatis. Paſtores autẽ animarum per hoc nullo iure ſuo priuantur, nec in aliquo peruertitur debitus ordo, & iuriſdictionum diſtinctio. Quid ergo periculi eſt in illo conſequente admittendo? Hæc omnia Suarez ibi. Idem ſentit Reginald. in prax. tom.1.lib.8.num.81.Diana p.9.tract.9. reſ.29.qui citat Mazucchellum de caſ. reſer. diſp. 1. q. 3. difficul.14.num.43. & 44.

Nec dicas primo, quod ad hoc vt ſacerdos poſſit abſoluere aliquem habẽtem conſcientiam peccati mortalis, neceſſe eſt vt habeat iuriſdictionem, ſaltẽ in peccata mortalia vt ſic, vt poſſit per ſe reconciliare hominẽ, qui à Deo erat auerſus. At qui habet iuriſdictionem ad peccata venialia, habet iuriſdictionem ſecundum quid, & ideò non ſufficit ad abſoluendum eum, qui habet cõſcientiam peccati mortalis, etiam indirectè.

8 Quia contra eſt; nam qui habet iuriſdictionem ad peccata venialia, habet poteſtatem per ſe, & directè conficiendi ſacramentum pœnitentiæ, quod ſacramentum per ſe remittit peccata, cùm ſit ſacramentum mortuorum. Sufficit ergo vt habeat poteſtatem conficiendi ſacramentum, ad hoc vt habeat poteſtatem per ſe, & directè remittendi peccata, in quæ iuriſdictionem habet, & per accidens illa, circa quę non habet iuriſdictionem. Aliter enim ſi quis bona fide confiteatur peccata venialia ſine conſcientia peccati mortalis occulti, & incogniti, non reciperet gratiam ſacramentalem, nec conficeretur ſacramentum pœnitentiæ; etſi eſſet benè diſpoſitus pœnitens, quod eſt falſum, & improbabile, inquit Suarez l.c. num.10.

Nec dicas ſecũdo, quod poteſtatem abſoluẽdi à venialibus recipit ſimplex Sacerdos ab vſu, & conceſſione Eccleſiæ; at conſuetudo, & vſus Eccleſiæ eſt introductus, vt ſimplices Sacerdotes tunc tm̃ abſoluant, qñ pœnitens non habet conſcientiam peccati mortalis; ergo cùm illam habeat pœnitens, non poteſt abſolui.

9 Quia contra eſt; nam probabiliter diximus in primo ſuppoſito, ſimplicem Sacerdotem habere hanc poteſtatem abſoluendi à venialibus de iure diuino, non vero ab vſu, & conſuetudine Eccleſiæ. Et contra ius diuinum nulla datur conſuetudo, nec vſus, vt patet ſecundum omnes.

Addo quod, vel vſus Eccleſiæ vult vt abſoluantur peccata mortalia indirectè per tale ſacramentum, vel non vult

vult; ſi vult,habemus intentum;ſi non vult, quomodò poteſt abſoluere à peccatis mortalibus oblitis, & bona fide non prolatis in confeſſione, etiam ſecundum Suarez? Quod verò ſint nota,vel non,impertinenter ſe habet reſpectu abſolutionis,vt patet. Inſuper vſus Eccleſiæ non poteſt facere potẽs, vel impotens Sacramentum pœnitentiæ;ſed potentia,vel impotentia tota, quanta eſt in Sacramento, eſt à Chriſto Domino auctore Sacramentorum &c.His poſitis.

10 Prima pars noſtræ reſponſionis probatur; nàm hic Sacerdos habet licentiam loquendi cum tali moniali, vt ſupponimus; & habet iuriſdictionem etiam abſoluendi à venialibus, vel à iure diuino, vel à conſuetudine Eccleſiæ,vt in primo ſuppoſito;ergò ſimpliciter poteſt eam abſoluere.

Dices primo, ꝙ Sacerdos ẽt approbatus ad confeſſiones audiẽdas, habet ſpecialem prohibitionem non accedendi ad audiendas confeſſiones monialium.Ità enim eſt expreſſum in bulla approbationis his verbis; *Dilecto nobis in Chriſto &c. Tibi quem præuio examine &c.idoneum reperimus, vt Chriſti fidelium vtriuſq; ſexus confeſſiones audire(non tamen monialiũ, & degentium in Conſeruatorijs)eoſq; à peccatis abſoluere poſſis, & valeas &c.*ergò ſaltem illicitè,ſi non inualidè Confeſſarius approbatus Neapolitanus e. g. abſoluet moniales à venialibus; etſi ſæculares in ipſis monaſterijs degentes poſſit licitè,& validè abſoluere, ſi habet licentiam cum illis colloquendi.

11 Reſpondeo,quod Cõfeſſarius Neapolitanus per illa verba non eſt approbatus in ordine ad moniales &c. ſecũdum id,ſecundum quod eſt approbatus in ordine ad ſæculares: ſed in ordine ad ſæculares eſt approbatus, vt abſoluat à mortalibus, nàm à venialibus iam poterat antè talem approbationem; ergò in ordine ad moniales nõ eſt approbatus, vt abſoluat à mortalibus;quod intellige directè, & per ſe,& ſine onere ſe præſentandi legitimo ſuo Paſtori ex infra dicendis.

12 Dices ſecundo;ergò oĩs ſimplex Sacerdos poterit ẽt moniales à venialibus abſoluere,ſicut poteſt ſæculares.

Reſpondeo concedendo totum, cùm ſit vtrobiq; par ratio.

Secunda pars, quod ſcilicet poſſit Sacerdos,qui habet licẽtiã loquendi, abſoluere monialem à venialibus directè,& indirectè à mortalibus.

13 Probatur,nàm ſtante probabilitate opinionis relatę in ſecundo ſuppoſito, quod ſcilicet poſſit ſimplex Sacerdos cum aliqua cauſa hoc facere circa ſæculares;ergò etiam circa moniales.

Nec dicas primo, ꝙ circa moniales habet Confeſſarius ſpeciale præceptũ.

14 Quia præceptum illud eſt circa abſolutionem directam,& ſine onere ſe præſentandi legitimo ſuo Superiori. Ità enim poteſt ſæculares abſoluere, & conſequentèr ità non poteſt moniales; at abſoluere indirectè à mortalibus,& directè à venialibus cum onere iterum confitendi peccata illa legitimo miniſtro,nullum eſt inconueniens, vt dixit Suarez in ſecundo ſuppoſito, & maximam affert vtilitatem pęnitenti,nec turbatur per hoc iuriſdictio,nec lęditur,vt patet.

Nec dicas ſecundo, quod hoc fieri poteſt,ſecundum Suarez,& Coninck, cum aliqua cauſa.At monialis nullam habet cauſam.

15 Quia contra eſt; nàm cauſa non facit, quod Sacramentum ſit validum, vel non, poſito quod ex alio capite nullum adſit præceptum inualidandi illud.Et pręceptum non habemus non abſoluendi directè à venialibus, & indirectè à mortalibus cum onere, vt pœnitens ſe præſentet legitimo ſuo Superiori.Addo,quod cauſa legitima faciendi hoc,eſt quando monialis nimis erubeſcit confiteri proprio ſuo Confeſſario,ſecundum Henriquez in ſumm. lib. 6. cap. 13. num. 9. ad aliud propoſitum. Vel ſi non credebat monia-

nialis, peccatum illud eſſe mortale, & ideò confeſſa eſt confeſſario tali; tunc enim ne Monialis triſtis diſcedat à cõfeſſario, poteſt abſolui cum tali onere, ſecundum Layman ad aliud propoſitum lib.5. tract.6.cap.12.nu.11.

SVMMARIVM.

Habens cauſam neceſſariam loquendi cum Monialibus, ſi licentiam loquendi non petit, in caſum reſeruatum non incidit; dummodo id ex contemptu non faciat. num. 1. & 3.

Ille dicitur præſumere, qui cum dolo, & contemptu ſuperioris aliquid facit. n.2.

Qui licentiam loquendi cum Monialibus nõ petit, eo quod cauſam neceſſariam habet loquendi, nec tranſgreſſor, nec legis contemptor dici poteſt; cum abſit dolus. nu.4.

Nolens ſuperiori obedire, vel ex negligentia, vel ne ſuperiorem ſolatio afficiat, non eſt verè contemptor; quamuis ſit inobediens. num.5.

Qui ſtatutum non ſeruat ex aliqua rationabili cauſa, nullam committit culpam. n.6.

Præſumentes accedere, non verò accedentes ſine præſumptione ad loquẽdum cum Monialibus ſine licentia Ordinarij, comprehenduntur in ſtatuto reſeruationis. n.7.

Cauſa iuſta tranſgrediendi legem dicitur, propter quam ſi legislator eſſet præſens tranſgreſſorem excuſaret. num.8.

Voluntas Principis ſemper præſupponitur iuxta intentionem iuris, ſeu ſecundum rectam rationem. n.9.

In Iure communi clerici frequentantes Monialium Monaſteria ſine manifeſta cauſa deponuntur; laici verò excommunicantur. nu.eod.

Qui præceptum non habet petendi licentiam accedendi ad loquendum cum Monialibus, nec præſumit, ſi accedit ad alloquendum; nec eſt formaliter inobediens. n.10.

Peccatum inobedientiæ quod poſſet committere is, qui licentiam non petit ob cauſam neceſſariam loquendi, quam habet, non eſt ſub reſeruatione comprehenſum. n.11.

Nolle obedire ex indignatione non dicit circumſtantiam mortalem ſuperadditã trãſgreſſioni præcepti, niſi indignatio ipſa ſit mortalis; at nolle obedire ex contemptu ſẽper dicit peccatum mortale inobedientiæ. num.12.

Inobedientia in re prohibita quia mala ſẽper dicit contemptum; inobedientia verò in re mala quia prohibita non ſemper contemptum dicit. n.13.

Actus, quo quis tranſgreditur præceptum de re prohibita quia mala, ſi ſine intentione tranſgrediendi præceptum fiat, non dicit in ſe malitiam inobedientiæ, ſed tantum illius vitij, circa quod peccatur. n.eod.

Qui cauſam in ſe non iuſtam pro iuſta tenet, ſi ſine licentia cum Monialibus loquitur, non incidit in caſum reſeruatum, dummodo eam intentionem habeat, quod ſi cauſa neceſſaria non eſſet, nec etiam loqueretur. num.14.

Ignoranter agens nõ dicitur agere cum præſumptione. n.eod.

Cauſa rationabilis, quia poteſt laſciuiendi cauſam dare, ideo non ſufficit ad loquendũ cum Monialibus, ſed præter ipſam requiritur licentia; at cauſa neceſſaria non poteſt laſciuiendi cauſam dare, ideo ſufficit ut quis ſine licentia poſſit cum illis loqui; tranſacta vero neceſſitate, licentiam petere debet, etiamſi ſit rationabilis cauſa. num.15.

Omnis cauſa neceſſaria eſt rationabilis, & non è contra. n.eod.

RESOLVTIO XXXVI.

Quidam habet cauſam loquendi cum Monialibus euidenter neceſſariam. Si ſine licentia Ordinarij loquatur, An incidat in caſum noſtrum?

NON loquor hic de cauſa rationabili, ſeu manifeſta, ſed de cauſa neceſſaria.

1 Reſpondeo, quod talis non incidit in caſum noſtrum, quia poteſt loqui ſine licentia Ordinarij: dummodò non ex contẽptu ſuperioris id faciat. Pro probatione igitur. Sup-

2 Suppono; quod caſus prædictus reſeruatur his verbis Sint ipſo facto excõmunicati omnes, qui præſumũt accedere ad Monaſteria Monialium, quamtumuis exempta, vt cum ipſis colloquantur etiam ſi ſint Nouitiæ &c. Et ille dicitur præſumere, qui cum dolo, & contemptu ſuperioris loquitur, vt diximus in primo notabili reſolutionis 34. Hoc poſito.

3 Probatur reſponſio, nam hic talis nõ ex contemptu loquitur; nam ſupponimus talem licentiam nõ petere ex negligentia, vel ira, vel ex nimia ſollicitudine &c. huiuſmodi: ergo non incidit in excommunicationem; conſequentia patet, nam hi tantùm incidunt in hanc excommunicationem, qui præſumunt, vt in pagella reſeruationis; & illi præſumunt, qui contemnunt, vt in primo notabili reſol. 34. At talis loquitur ſine licentia, non ex contemptu: ergo &c.

Dices, quod qui non facit quod facere tenetur, verè committit dolum l. dolus ff. mandati. Pariſius conſil. 74. n. 29. lib. 1. ſed hic talis in caſu noſtro tenetur petere licentiam, & non petijt, & loquitur: ergo verè dolum committit.

4 Reſpondeo, quod hic talis etſi dolũ committat, quod non teneo; tamen nõ eſt verè contemptor; & conſequenter non præſumit. Quod non ſit verè contemptor, patet; nam hic non tranſgreditur legem, quia eſt præcepta à legiſlatore, nec quia nõ vult ſubijci præcepto ſuperioris, vt ſupponimus; ſed contemptor eſt ille, qui tranſgreditur legẽ ex eo quia eſt præcepta, vel quia tráſgreſſor non vult ſe ſubijcere legiſlatori, vt diximus in primo notabili reſol. 34. cum Sanchez in ſumm. lib. 1. cap. 20. ex mente D. Thomæ 2. 2. qu. 186. ar. 9. ad 3. & Caietani ibidem; & in ſumm. verb. Contemptus, verſ. Contemptus autem &c. ergo hic etſi doloſus, tamen non eſt contemptor; ſed præſumptio dicit dolum, & contemptum: ergo hic non præſumit, & conſequenter non incidit in caſum noſtrum.

5 Confirmatur, quia qui non vult obedire ſuperiori non ſolum ex mera negligentia, ſed etiam ne ipſum ſuperiorem conſolatione afficiat, hic talis etſi dici poſſit inobediens, non tamen eſt verè contemptor, vt optimè Sanchez in ſumm. lib. 1. cap. 5. num. 12. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 46. num. penult. in fin. Sed hic in caſu noſtro nõ vult petere licentiam ex mera negligentia, & quia habet iuſtam cauſam loquendi: ergo non eſt formaliter contemptor; ſed qui non contemnit, non præſumit, vt diximus; & qui non præſumit, non incidit in caſum noſtrum: ergo qui habet cauſam euidenter neceſſariam, ſi ſine licẽtia loquitur, non incidit in caſum noſtrum.

6 Probatur ſecundo, quia qui ſtatutũ non ſeruat ex aliqua rationabili cauſa, nullam committit culpam. Ità D. Thomas 2. 2. qu. 147. art. 3. ad ſecundum his verbis. Si ex aliqua rationabili cauſa quis ſtatutum non ſeruaret, præcipuè in caſu, in quo etiam ſi legiſlator adeſſet, non decerneret eſſe ſeruandũ, talis tranſgreſſor non conſtituit peccatum mortale &c. Ità ſentit Nauarr. cap. 23. num. 43. ex l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis. Salas de legibus diſp. 11. ſect. 4. num. 36. Sed in caſu noſtro hic habet cauſam euidenter neceſſariam loquendi; ita quod ſi ſuperior eſſet præſens, decerneret tale ſtatutum non eſſe ſeruandum in tali caſu: ergo non peccat hic loquens ſine licẽtia, & conſequenter non incidit in hãc excommunicationem reſeruatam.

Dices, quod aliud eſt loqui cum Monialibus, aliud eſt ſine licentia loqui; ſtatutum enim noſtrum non prohibet locutionem vt ſic cum Monialibus, ſed locutionem ſine licentia; cauſa enim euidenter neceſſaria facit quod legiſlator teneatur dare licentiam, ſed non facit quod talis loqui poſſit ſine illa. Vndè hic talis habet iuſtam cauſam loquendi, non vero iuſtam cauſam non petendi licentiam à ſuperiore.

7 Sed contra eſt; nam ſtatutum noſtrũ

S pro-

prohibet, ne quis præſumat accedere ad Monaſteria Monialium &c. ad colloquendum cum Monialibus ſine licẽtia Ordinarij: ergo qui accedit ſine pręſumptione, & ſine licentia, non eſt trãſgreſſor ſtatuti; ſed qui habet iuſtam cauſã accedendi, nõ pręſumit, cũ temerè nõ accedat, ſed accedit ex iuſta cauſa: ergo hic talis ſi loquitur, non eſt ſtatuti tranſgreſſor; & conſequenter non incidit in caſum noſtrum. Statutũ enim noſtrum non prohibet locutionem vt ſic, nec locutionem ſine licentia vt ſic; ſed prohibet locutionem ſine licentia, quæ locutio præſupponat acceſſum temerarium: & temerarius acceſſus dici non poteſt, qui fit ex euidenti cauſa neceſſaria, vt patet. Vndè hic talis cùm habeat iuſtam cauſam accedendi, habet etiam iuſtam cauſam loquendi, at acceſſus iuſtus, & locutio rationabilis non eſt interdicta à noſtro ſtatuto, cùm dicat, Pœnam excommunicationis ipſo facto incidat quicumque præſumet accedere ad Monaſteria Monialium &c. vt cum Monialibus colloquatur.

8 Confirmatur primo, quia iuſta, & rationabilis cauſa, quæ excuſat tranſgreſſorem legis à peccato tranſgreſſionis eſt, quando quis tranſgreditur præceptum ex tali cauſa, per quam ſi legiſlator eſſet præſens, eum excuſaret. Ità D. Thom. l. c. & adeſt gloſ. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis. Idem ſentit Nauarr. in ſumm. cap. 23. nu. 43. ſed ſi cauſa in caſu noſtro eſt euidenter iuſta, & ſi ſuperior adeſſet, tranſgreſſorẽ excuſaret: ergo hæc tranſgreſſio nullũ eſt peccatum, & conſequenter nulla adeſt reſeruatio.

9 Confirmatur ſecundo, quia hoc noſtrum ſtatutum videtur deſumptum à cap. Monaſteria de vita, & honeſtate clericorum; & voluntas Principis ſemper præſumitur talis, qualis eſt intentio iuris l. ex facto in principio, & ibi Baldus ff. de vulgari, & pupillari &c. Decius conſil. 33. num. 5. vol. 1. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 21. num. 12. ſed in tex. deponuntur clerici, & excommunicantur laici, qui Monaſteria Monialium frequentare præſumunt ſine manifeſta, & rationabili cauſa; verba enim tex. hæc ſunt. Monaſteria Sanctimonialium ſi quiſquam clericus ſine manifeſta, & rationabili cauſa frequẽtare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur; & ſi non deſtiterit, ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis. Si laici excommunicationi ſubdantur, & à cætu fidelium fiant pœnitus alieni &c. ergo etiam ex ſtatuto noſtro erunt excommunicati accedentes ad colloquẽdum cum Monialibus ſine manifeſta, & rõnabili cauſa; ſed in caſu ꝓpoſito adeſt manifeſta, & rationabilis cauſa: ergo nullo modo hic talis eſt excommunicatus, nec in caſum reſeruatum incidit.

Nec valet dicere, quod ſtatutum hoc ſit deſumptum à cap. vnico de ſtatu reg. in 6. Tũ quia Bonifac. VIII. in præf. cap. vnic. nõ loquitur de pręſumentibus accedere. Tũ quia ſtatutũ tm̃ loquitur de cenſura contra accedentes, ſeu frequentantes, non vero in cap. vnico &c.

Dices primo, ꝙ ſi hic, qui loquitur cũ Monialibus ſine licẽtia ex cauſa euidenter neceſſaria, licentiam non vult petere ex indignatione; non quia renuit ſuperiori obedire, ſed ne ipſum ſuperiorem ea licentiæ petitione ſolatio afficiat e. g. etſi non ſit formaliter contemptor; ſecundum Sanchez Leſſ. Caietan. & Armillam; tamen eſt formaliter inobediens: ergo peccat, & conſequenter peccatum hoc erit reſeruatum.

10 Sed contra eſt primo, nam hic talis in caſu noſtro nõ eſt formaliter inobediens, cum non habeat præceptum petendi licentiam, quando non præſumit accedere; & cum habeat euidentem cauſam accedendi, non præſumit, quia non contemnit.

11 Contra eſt ſecundo, nam etſi eſſet formaliter inobediẽs, & peccaret peccato inobedientiæ non petendo licentiam; tamen peccatum hoc non erit reſerua-

ſeruatum, cum ſit reſeruatum peccatū loquendi cum Monialibus ex contēptu,vt diximus; non vero peccatum loquendi cum Monialibus ex inobedientia.

Dices ſecundo, quod peccatum cōtemptus inuoluit eſſentialiter peccatū inobedientiæ,vt benè Vaſquez 1.2.qu. 96.art.4.diſp.158.cap.4.num. 37. conſiſtit enim in voluntate non obediendi præcepto, eo quod præceptum eſt; & ideò includit contemptum formalem præcepti, vt tradit D. Thom. 2. 2.qu. 104. art. 2. ad primum:ergo ſi peccat hic talis peccato inobedientiæ, peccat etiam peccato contemptus; & conſequenter incidit in caſum noſtrum reſeruatum.

12 Reſpondet Sanchez in ſumm. lib. 1. cap.5.num.12.his verbis.Aliud eſt nolle obedire ex indignatione;& aliud ex contemptu. Quod ex indignatione fit, quando quis nō vult in aliqua re obedire, non eo quod ſuperiori ſubdi renuat, ſed ne ipsū ea re ſolatio afficiat. At ex contemptu eſt, quando renuit, eique ſubijci non vult. Sic Caietanus in ſumm. verb. Contemptus, verſ.Aduertè hic &c.& ibi Armilla nu.2. Corduba &c. Valentia &c. Leonardus &c. Quare nolle obedire ex indignatione non habet circumſtantiam mortalem additam tranſgreſſioni præcepti,qualē habet nolle ex contemptu &c. Quod intellige quando indignatio non eſt mortalis &c. Quare contemptus dicit, non ſolum inobedientiam præcepti, ſed addit cauſam talis inobedientiæ; nempe ex eo quia ſubijci non vult legi, & legiſlatori, vt optimè obſeruat Caiet.2.2.quæſt.186.art.9. ad fin.& 2. 2.quæſt.147.art.3. verſ. Ad huius euidentiam &c.his verbis. Ex parte ſiquidem inobedientiæ non eſt peccatum mortale trāſgredi ſimplicia ſtatuta iuris poſitiui, niſi propter contemptum; quoniam ſolus contemptus eſt inobedientia peccati mortalis, vt patet ex dictis in materia de obedientia. Hæc Caietanus ibi.

13 Nec doctrina Sancti Thomæ eſt cōtra noſtram reſponſionem, quia inobedientia formalis poteſt conſiderari in duplici materia. Primo in materia mala,quia prohibita.Secundo in materia prohibita,quia mala. Inobedientia in materia prohibita, quia mala nō poteſt haberi ſine contemptu; nam cum quis tranſgreditur præceptum malum in ſe, niſi etiam intendat malum illud patrare ex eo,quia ſuperior ipſi de hoc præceptum impoſuit, nullo modo habet malitiam inobedientiæ, ſed malitiam illius vitij,quod committit:vnde ſi vult in illo inuoluere peccatum inobedientiæ,neceſſariò inuoluit peccatum contemptus.Inobedictia vero in materia mala, quia prohibita benè poteſt ſaluari ſine contemptu, quia tranſgreſſio illa nullum aliud vitium in ſe habet præter inobediētiam,vt patet conſideranti; & exercitè nil aliud facit peccator, quàm committere culpam contra præceptū tantùm, & ſic videtur exercitè nolleob edire legi, vel legiſlatori; ſed non quia à tali ſuperiore præceptū eſt, vndè poteſt non committere peccatum contemptus,& ſi inobediens ſit. Legatur locus D. Thom.& hæc omnia à nobis dicta facilè colligētur. At quia locutio cùm Monialibus ſine licentia eſt mala quia prohibita; ideò circa tale peccatum poteſt dari tranſgreſſio ſine contemptu: ſi ergo contemptus abeſt, abeſt etiam culpa mortalis, ſecundum Caiet.l.c.

Et ſi quæres, quid dicendum, ſi talis putabat ſuam cauſam eſſe iuſtam, & euidenter neceſſariam, & cùm hac bona fide locutus eſt ſine licentia cùm Monialibus; An incidat in caſum noſtrum?

14 Reſpondeo, quod etſi cauſa iuſta in ſe non ſit;ſi tamen bona fide pro iuſta à tranſgreſſore habeatur, nullo modo incidit in caſum noſtrum:ſi firmiter tenebat,quod ſi cauſa illa iuſta,& euidēter neceſſaria non eſſet,nullo modo locutus eſſet. Ità Nauarr. in ſumm. cap. 23. num. 44. qui citat Paludanum in

4.diſt.15.quæſt.4. Sylueſtrum in verb. Ieiunium qu.8.Salas de legib. diſp.11. ſect.4.num.36.& ſingulariter explicat Caiet.2.2.qu.147.art.3.verſ. Ad huius tamen &c.& ratio eſt manifeſta,quia cum ignoranter agat hic talis, nullo modo præſumit &c.

Dicas, quod Bonifacius VIII. in cap. Periculoſo de ſtatu regular. in 6. præter cauſam euidentem, requirit etiam licentiam Superioris, ad hoc vt quis ingrediatur, vel acceſſus pateat ad Monaſteria monialium; ergò euidens cauſa neque ſufficiet ad hoc, vt loquatur; verba enim tex. hæc ſunt. Nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ,nec etiam honeſtæ (niſi rationabilis,& manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius,ad quem pertinuerit ſpeciali licentia ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem;vt ſic à publicis,& mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitate ſublata) eidem corda ſua,& corpora, in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire &c. Hæc ibi.

15 Reſpondeo,quod ibi tex. loquitur de cauſa manifeſta, & rationabili ad finem ſummouendi opportunitatem laſciuiendi. At ſi cauſa neceſſaria ſit, hæc locutio nō poteſt laſciuiendi cauſam dare; cùm tranſacta neceſſitate, etiam ſi rationabilis locutio eſſet, vti eſſet loqui cum conſanguineis proprijs,can.diſtinximus 18. quæſt.2. non poſſet ſine licentia loqui,vt in præfato cap.Periculoſo &c.Multa enim rationabilia ſunt, ſed non neceſſaria; etſi omnis cauſa neceſſaria ſit rationabilis.Inſuper in caſu noſtro non ſunt excommunicati colloquentes ex vi huius tex. ſed ob ſpecialem prohibitionem, quæ præſumptionem in colloquente requirit, vt patet ex littera reſeruationis &c.

S V M M A R I V M.

Credens opinionem DD. dicentium, Epiſcopum non poſſe prohibere locutionem cum Monialibus exemptis,eſſe falſam; ſed ob eorum auctoritatem illam ſequens, ſi ſine licentia cum illis loquatur: nec peccat;nec incidit in caſum reſeruatum. n.1.

Sententia eorum,qui dicunt Epiſcopum non poſſe prohibere locutionem cum Monialibus exemptis, quamuis ſecundum rationem intrinſecam non ſit omninò vera, ſaltem per principia extrinſeca vera eſſe debet.n.2.

Cuicunque licet ſequi opinionem probabilem per principia extrinſeca; quamuis falſa videatur per principia intrinſeca: dummodo hæ non ſint ita euidentia, vt DD.auctoritati ſe opponant: imò relicta probabiliori licet ſequi probabilem. n.3. & 5.

Ratio probans Epiſcopum poſſe prohibere locutionem cum Monialibus exemptis non eſt omninò euidens;nec acceſſum ad Monaſteria exempta ad clauſuram pertinere, eſt omninò certum.n.4.

Operans ſecundum DD. opinionem non operatur cum dubio practico contra propriam conſcientiam.n.6.

RESOLVTIO XXXVII.

Quidam credens opinionem Doctorum dicentium, Epiſcopum non poſſe prohibere locutionem cum monialibus in Monaſterijs exemptis eſſe falſam, ipſam ſequitur ratione Doctorum aſſerentium eſſe veram, & ideò loquitur ſine licentia cum illis. An incidat in caſum noſtrum reſeruatum?

1 Reſpondeo talem nullo modo peccare,& conſequēter nec incidere in caſum noſtrum reſeruatū. Pro probatione.

Sup-

2 Suppono primo, adeſſe nonnullos Doctores mordicus defendentes, non poſſe Epiſcopum excommunicare ſuos ſubditos colloquentes cum Monialibus in Monaſterio exempto intra ſuam Diœceſim.Ità ſentit Henriquez de excommunicatione lib. 13. cap. 26. §. 1. Sayrus lib. 1. cap.6. nu. 39. qui loquuntur in terminis noſtræ reſeruationis, quæ prohibet acceſſum. Ità ſentit Auila 2.p.cap.3.dub.5.ſi Epiſcopus nō dicat,ne quis eat ad colloquendum in tali Monaſterio, quia itio fit per viam, quæ eſt iuriſdictionis ipſius;hoc tamen non placet Fagundez prim. eccl.præcept.lib.1.cap.7. num. 9. Nec Henriq. nec Sayro, quia via non eſt locus peccati,nec ſuſpicionis,propter quod peccatum,& ſuſpicionem illius, tanquam propter terminum feratur excommunicatio.Itaque ſaltem per principia extrinſeca vera eſt hæc ſententia, quod non poſſit Epiſcopus excommunicare proprios ſubditos colloquentes cum Monialibus in Monaſterijs exemptis. Idem ſentit Alphonſus de Leone de cenſuris recoll.2.n.385.

3 Suppono ſecundo, cuique licere ſequi opinionem probabilem per principia extrinſeca;etſi ei videatur falſa per principia intrinſeca: dummodò ratio non ſit ità euidens, & conueniens,vt auctoritati Doctorum ſine vllo effugio opponatur. Ità Ioannes Sanchez in ſelect.diſp.14.num. 8. & expreſſius diſp. 41. num. 7. Addo quod licitum eſt ſequi opinionem probabilē relicta probabiliori, etiam in ſacramentorum adminiſtratione, vt rectè Vaſquez par.2. qu.19.art.6. diſp. 63. toto cap. 2. & 3. Sanchez in ſumm.lib.1.cap.9. à nu.33.

4 Suppono tertio, rationem, qua probatur Epiſcopum vti delegatum Apoſtolicum poſſe excommunicare ſuos ſubditos in Monaſterio exempto colloquentes, non habere omnimodam euidentiam; ita quod omninò improbabilis remaneat opinio oppoſita.Fundatur enim in delegatione Apoſtolica communicata Ordinarijs in ordine ad clauſuram;& acceſſus ad loquendum cum Monialibus ad clauſuram ſpectat,ſecundum Barboſam &c. At quod acceſſus ad colloquendum ſpectet ad clauſuram,adhuc euidens non eſt; ſed eſt ſub opinione probabili,q̄ opinio ſecū admittit oppoſitā etiam probabilē: ergo ratio non eſt omninò euidens; Nec ratio dicens, quod ſit prohibitus acceſſus eſt ſimpliciter vera, vt dixi in primo ſuppoſito.His poſitis.

5 Probatur dictum; nam cuique licitū eſt ſequi opinionem probabilem;etiam ſi illam exiſtimet falſam quoad principia intrinſeca, vt in primo ſuppoſito; ſed opinio,quod non poſſit Ordinarius excōmunicare proprios ſubditos colloquentes cum Monialibus exemptis, eſt probabilis non ſolum per principia extrinſeca,vt in primo ſuppoſito,ſed ēt ꝑ principia intrinſeca, vt in tertio ſuppoſito; ergo talis nōn peccat, nec incidit in caſum reſeruatum.

Dices, quod hic talis operatur cum dubio practico contra propriam conſcientiam:ergo ſimpliciter peccat.

6 Reſpondeo, quod hic talis non operatur cum dubio practico contra propriam conſcientiam, cum illud deponat per auctoritatem Doctorum: ſic enim dubium deponitur; licitum eſt cuique contra propriam opinionem ſequi opinionem aliorum Doctorum, etiamſi per principia intrinſeca ei falſa videatur: dummodò non habeat tàm euidentes rationes,& conuingentes,vt opponatur auctoritati Doctorum ſine vllo effugio; ſed ita eſt in caſu noſtro: ergo cuique licitum eſt ſequi talem opinionem.

SVMMARIVM.

Licentia indefinite conceſſa loquendi cum Monialibus non expirat, niſi reuocetur; vnde qui talem licentiam obtinuit, toties, quoties voluerit, cum illis loqui poteſt. num.1.

Sermo indefinitus æquiualet vniuerſali, etiā in diſpenſationibus.nu.2.& 5.

Licen-

Licentia loquendi cum Monialibus non eſt legis diſpenſatio, ſed ipſius legis obſeruatio; cum ſtatutū licentiam requirat ad loquendum.n.3.

Licentia indefinitè conceſſa eſt quid fauorabile;ac proinde ampliāda ad plures vices, quouſque non reuocetur.n.4.

Licentia loquendi cum Monialibus continet fauorem, tam ex parte Monialium, quam ex parte alloquentium.n.5.

Habens licentiam loquendi cum Monialibus, ſi ea die, qua Prælatus generalem licentiā loquendi omnibus concedit, ea vtatur, & adhuc non ſit vſus ſua ſpeciali,poteſt iterū alloqui, ſua ſpeciali licentia vtendo;etiam ſi ſit ei conceſſa pro eadem die,qua generalis licentia conceditur.nu.6.

Fauor, quo adhuc quis vſus non eſt, non reuocatur per generalem gratiam omnibus conceſſam.nu.eod.

RESOLVTIO. XXXVIII.

Quidam habuit licentiam colloquendi cum Monialibus indefinitè,nempe, Vade,loquere; Và parla. An poſſit plures loqui; An vero per primam locutionem ſit extincta licentia?

1 RESpondeo,quod talis licentia non extinguitur,niſi reuocetur; & cōſequenter poteſt hic talis loqui toties, quoties voluerit.

2 Probatur, nam ſermo indefinitus æquiualet vniuerſali arg. l. cum inter veteres, verſ. Maximè. C.de fideicōm. liber.gloſ.in cap.vt circa, verb. Aliorū de elect.in 6. Couarr. lib.1.variar.cap. 13. num. 8. qui videndus eſt.Sanchez de matrim. lib. 3. diſp.44. num.2.pag. 310.circa medium; verſ. Confirmatur &c.ſed licentia in caſu noſtro fuit indefinita; ergo æquiualet vniuerſali, & conſequenter idē eſt dicere; Vade,loquere,ac loq̄re toties,quoties volueris.

Dices primo ex Merolla diſp.1. c. 2. n.629.verſ. At omnino &c.Quod hæc colloquendi facultas eſt quaſi diſpēſatio quædam in lege, ac proinde tanquam odioſa reſtringenda. Hæc Merolla.

3 Sed contra eſt; nam hæc non eſt diſpenſatio in lege, ſed eſt ipſummet præceptum legis; reſeruatio enim irā loquitur. Item pœnam excommunicationis ipſo facto incidat quicumq; præſumet accedere ad Monaſteria Monialium quamtumuis exempta, vt cum Monialibus colloquatur &c. ſine tamen noſtra, vel noſtri Vicarij licentia &c. ergo qui loquitur cum licentia, nō loquitur ex diſpenſatione, ſed verè legem obſeruat in ſuo rigore. Si enim diceret,vt nemo loquatur cum Monialibus abſolutè, & poſtea quis loqueretur cum licentia,tunc hęc licentia eſſet diſpenſatio; at cum dicat,vt nemo loquatur ſine licentia, qui cum licentia loquitur, legem obſeruat. Cum ergo non ſit diſpenſatio in lege, non eſt reſtringenda,ſed amplianda.

Dices ſecundò ex eodem, quod ſermo ſimpliciter prolatus in odioſis, intelligitur de prima vice l. boues §. hoc ſermone ff.de verb.ſignif.

4 Sed contra eſt, nam hæc cenſura cū ſit pœna debet ſtrictè interpretari;at licentia alloquendi cum ipſis, non eſt quid odioſum; ſed eſt ipſiſſima lex,ſeu ſtatutum, quod eſt fauorabile tàm ex parte Monialium, quàm ex parte alloquentis,cum ſit ob bonum animæ Monialis;& fauor alloquentis,vt non incidat in pœnam ſtatuti in ordine ad ipsū alloquentem.Cum ergo ſimus in fauorabilibus, & non in odioſis, non debet intelligi de prima vice licentia indefinita;ſed de licentia vniuerſali,& vſque ad reuocationem poteſt pro ſuo libito loqui.

5 Confirmatur, nam hæc diſpenſatio eſt fauorabilis, vt dixi,tàm ex parte Monialium, quàm ex parte alloquentium;ſed in diſpenſationibus fauorabilibus ſemper æquipollet vniuerſali ſermo indefinitus, ſecundum Felinum in cap. innouamus de treg. & pace, verſ.

Fallit

· Fallit tertio. Alexand. in l. 2. num. 5. ff. de liber. & poſt. vbi Soccinus num. 11. Iaſon num. 18. Bartolus in l. ſi pluribus ff. de legat. 2. Geminian. in cap. vt circa de elect. in 6. in fin. Deci. conſil. 343. num. 2.

6 Hinc patet ob reſponſionem datam ad primum dictum, quod quando quis habuit licentiam colloquendi cum monialibus, & antequam ea vtatur Prælatus concedit licentiam generalem cuilibet colloquendi tali die: ſi iſte talis colloquitur ex licentia generali, poteſt iterùm alloqui vtendo ſua licentia ſpeciali. Et ratio eſt, quia talis licentia, vt dixi, non eſt diſpenſatio legis, ſed eſt ipſiſſima lex; nàm hoc tantùm lex præcipit, nempè loqui cum licentia. Addo, quod cùm hoc ſit fauor, & adhuc eo vſus non ſit, non reuocatur per gratiam generalem omnibus conceſſam, argumento l. in commodato. §. ſicut, ff. commodat. & cap. 1. de commodat. aliter enim non eſſet melioris conditionis hic talis, qui reciperet gratiam ſpecialem, quàm qui nullam habuit gratiam: & gratia à Principe cõceſſa potius noceret huic, & nihil operaretur reſpectu huius, quod non eſt dicendum. Quod verum puto, etiam ſi licentia ſit addicta eodem die, quo viget licentia generalis; poterit enim eodem die bis loqui; quicquid in contrarium dicat Merolla l. c. n. 631.

SVMMARIVM.

Alloquens Monialem, à qua nullum reſponſum accepit non incidit in caſum reſeruatum. n. 1.

Verbum, Colloquantur, importat reciprocam locutionem. n. 2.

Ea, quæ notabiliter ſunt, niſi ſpecialiter notentur, ſunt à lege neglecta. n. 3.

Alloqui, & Colloqui faciunt ſenſum notabiliter diuerſum. n. eod.

Statutum editum principaliter in fauorem, ſi pænam continet eſt odioſum, & vt odioſum eſt reſtringendum. n. 4.

Epiſcopus volens comprehendere ſub ſtatuto alloquentes, vtitur verbo alloquendi, et non colloquendi. n. 5.

Conſuetudo eſt optima legum interpres. n. 6.

Communis vſus loquendi præfertur proprio ſignificato vocabuli, etiam in materia odioſa. n. eod.

In dubio non eſt recedendum à proprio ſignificato verborum. n. 7.

Statutum fauorabile reſpectu vnius, ſed pænam continens reſpectu alterius, quamuis ſit extendendum in ordine ad eum, fauore cuius eſt factum; reſtringi tamen debet in ordine ad eum, cuius odio eſt promulgatum. n. 8.

Pæna nunquam excedere debet caſum proprium. n. 9.

Verba legis tunc ſunt extendenda, quando illius finis fruſtraretur. n. 10.

Verba teſtamenti ſunt improprianda, vt teſtatoris voluntas locum habeat; ſicut etiam verba contractuum, vt contractus ſeruetur: etiam ſi ſit contractus ſtricti iuris. Quod idem dicimus de verbis ſententiæ, vt iudicantis mens ſeruetur. n. eod.

Finis ſtatuti prohibentis colloquium cum Monialibus eſt tollere peccandi occaſionem, & impedimenta Monialium perfectionem retardantia remouere; qui finis per alicuius alloquutionem non impeditur. n. eod.

Magis impeditur Monialis à perfectione per colloquutionem, quam per alterius tantum alloquutionem. n. eod.

Quamuis ſtatutum prohibens colloquutionem ſe extenderet ad ſimplicem locutionem; tamen ſe extenderet tantum quoad obligationem, non quoad pænam in ipſo contentam. n. 11.

Reſeruatio ſemper intelligitur de peccato cõſummato, non intẽtato tantum, vt eſſet iſtius alloquutio. n. 12.

RESOLVTIO XXXIX.

Quidam locutus eſt cũ Moniali, et hac nihil reſpondet huic alloquẽti. An incidat in caſũ noſtrum?

Re-

1 RESpondeo, quod talis nullo modo incurrit in hanc cenſuram. Ità ſẽtit Graff. de caſ. reſeru. lib. 2. cap. 5. nu. 1. Pellizzarius de Monialibus cap. 5. ſect. 5. nu. 217.

2 Probatur, quia in caſu noſtro adeſt verbum, Colloquatur, quod verbum importat ſimul loqui, & conſequenter reciprocã locutionem. At qui loquitur tantùm, non colloquitur: ergo &c.

3 Confirmatur, quia ea quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta à lege l. item apud Labeonem §. ait Prætor ff. de iniurijs; ſed alloqui, & colloqui faciunt ſenſũ notabiliter diuerſum, & nõ ſunt ſpecialiter notata: ergo ſignũ eſt, quod alloquutio eſt neglecta à noſtro ſtatuto, & conſequẽter qui alloquitur non facit contra intentionem ſtatuentis.

4 Confirmatur ſecundo; nam ſtatutum editum principaliter in fauorem, ſi pœnam cõtinet, habet naturam odioſam, & vt odioſum eſt reſtringẽdum, vt optimè Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 1. num. 5. in fin. Qui citat Gloſſ. in l. 2. C. de in ius vocando, verb. liberis; vbi Bartolus num. 1. Bald. num. 4. Alexand. nu. 5. Sed hæc conſtitutio etſi fauorabilis, pœnam excommunicationis continet; ergo eius verba ſunt reſtringenda, & accipienda ſecundum ſuum proprium ſignificatum; ſed colloqui propriè non eſt alloqui; ergo colloquium non debet extendi ad alloquium, & conſequenter qui alloquitur in pœnalibus non colloquitur.

5 Confirmatur tertio, nam potuit Epiſcopus reſeruans vti verbo alloquendi, ſi intendebat comprehendere omnes quomodocumque alloquentes; ſicut fecit Archiepiſcopus Salernitanus teſte Graffio loc. cit. & tamen nõluit vti verbo illo: ergo ſignum eſt, quod noluit comprehendere alloquentes, ſed colloquentes.

Dices primo ex Merolla diſp. 1. c. 2. n. 589. quod conſuetudo interpretauit verbum illud, colloqui, pro alloqui, nã omnes tam rudes, quàm docti in noſtra Diœceſi tenent, quod qui alloquitur tantùm cùm monialibus, ſit excommunicatus: ergo talis incidit, in caſum noſtrum; communis enim vſus loquendi præfertur proprio ſignificato vocabuli in materia odioſa.

6 Sed contra eſt; nam etſi verum ſit, quod conſuetudo ſit optima legum interpres, l. ſi de interpretatione ff. de legibus; Cap. Cum dilectus de conſuetudine; tamen hæc conſuetudo in noſtra Diœceſi nunquam fuit obſeruata, niſi apud homines rudes, qui trepidant vbi timor nõ eſt. Et licet cõmunis vſus loquendi præferatur proprio ſignificato vocabuli in materia pœnali, & odioſa, vti eſt materia ſtatutorum l. Labeo, & ibi Bartol. ff. de ſupell. leg. idem Bart. in l. Omnes populi qu. 6. principali, verſ. Iuxta præmiſſa quæro, ff. de iuſt. & iure; tamen non eſt communis vſus loquendi, quod colloquium ſit ſimplex locutio, vt patet.

7 Confirmatur magis, quia in dubio nõ eſt recedendum à proprio ſignificato verborum l. non aliter, ff. de legatis 3. l. ſi is qui nauem ff. de exercit. act. DD. in l. non dubium, C. de leg. & l. ſcire leges ff. de leg. ſed in caſu noſtro ſumus in dubio an in collocutione Epiſcopus intellexerit de ſimplici locutione (poterat enim ſimplicem locutionem per verbum loqui reſeruare) ergo non eſt recedendum à colloquente de formali.

Dices ſecũdo ex eodẽ Merolla l. c. quod hoc fallit, quando communis vſus loquendi eſt in contrarium, ſecundum præcitatos Doctores.

Sed contra eſt; nam talis communis vſus adhuc probatus non eſt, & omninò gratis fingitur apud Doctores, & timoratos.

Dices tertio ex eodẽ Merolla l. c. n. 590. Quia ſtatutum principaliter latum in fauorem animarum, eſt extendendũ tanquam fauorabile; ſed ſtatutum hoc eſt latum principaliter in fauorem animarum monialium: nempè ad tollenda impedimenta, quæ poſſunt impedire per-

perfectionem, &c. ergo debet extendi verbum colloqui ad ſimpliciter loqui.

8 Reſpondeo, quod ſtatutum hoc ſecundum eundem Merollam l. c. num. 605. habet duplicem reſpectū,ad Monialem,ſcilicet,& ad loquentem;debet ergo extendi in ordine ad Moniales: non vero in ordine ad alloquentem; quia in ordine ad Moniales eſt fauorabile, in ordine ad colloquentes pœnam continet, & ſic reſtringendum.

9 Confirmatur quia pœna nunquam debet excedere caſum proprium can. pœnæ de pœnit.diſtinct.1.ſed ſi extenderetur hæc pœna excommunicationis ad alloquentes, excederet caſum proprium:ergo non debet extendi.

Dices ex eodem Merolla l.c.n. 591. Quod quādo finis legis fruſtraretur,niſi verba illius extenderentur vltra proprium ſignificatum, tunc ſunt extendenda,vt coīter DD. arg.tex. in cap. ſi Ciuitas de ſentent. excommunicationis in 6.At finis noſtri ſtatuti fruſtraretur, niſi extenderentur verba ad alloquentem tantùm; finis ergo Prælati ſtatuentis, eſt tollere occaſionem peccati, & remouere impedimenta, quæ Moniales ab acquirenda perfectione retardare poſſunt:ergo ſunt extendenda verba ad alloquentem tantùm.

10 Reſpondeo, quod verum eſt, quod dicitur,nempe quod quando finis legis fruſtraretur, tūc ſunt verba legis extēdenda vltra proprium ſignificatum.Sic verba teſtamenti ſunt impropriāda,vt voluntas teſtatoris locum habeat, ſic Socc.ſen.conſil.2.num.8.vol.4. Decius conſil.399.num.7.vol.2.Surdus conſil. 116.nu.69.vol. 1. Scipio Theod. alleg. 8.num. 16.arg.l.qui concubinam §.qui hortos cum gloſſ. fin. ff. de leg. 3. Ità etiam eſt dicendum de verbis contractuū, vt ſeruetur mens contrahentium Cardinal.Mantica to.1.de ambig. conuent.lib. 2.tit.7.num. 5. Quod verum eſt etiam in contractibus ſtricti iuris. Sic etiam dicendum eſt de verbis ſententiæ,quæ impropriari debent, vt ſeruetur mens iudicantis,gloſ.in l.vt puto §.1.ff.familiæ erciſcundæ. Fuſcus tom. 8.litt.V.concluſ.97. vt benè Merolla l. c. Tamen ſi finis huius noſtri ſtatuti eſt tollere peccati occaſionem,& remouerè impedimenta retardantia Moniales ab acquirenda perfectione, in tali locutione nullum puto peccatum fore committendum,& hæc locutio eſt mala, quia prohibita. Nec tàm impedit perfectionem audire aliquem loquentem de rebus honeſtis,vt ſuppono,quā alloqui, quia colloquendo Monialis magis diſtrahitur,quàm audiendo.

11 Addo,quod etſi eſſet eadem ratio in locutione, quæ in collocutione, & ſic collocutio ſe deberet extēdere ad ſimplicem locutionem,ſecundum eundem Merollam tom.2. diſp. 4. cap.9.dub.6. nu.80. non debet ſe extendere ad pœnā in tali ſtatuto contentā,quāuis obligatio huius ſtatuti ſe extenderet ad ſimpliciter loquentem.

12 Confirmatur magis; nam reſeruatio ſemper debet intelligi de peccato cōſummato, & non de intentato tantùm, vt ſæpè diximus ſupra cum communi ſententia Doctorum; ſed qui loquitur tantùm intentat collocutionem, & ipſam non conſummat: ergo qui loquitur non incidit in caſum noſtrum.

SVMMARIVM.

Loquens cum Monialibus cū craſſa,ſeu vincibili ignorantia prohibitionis, & excommunicationis,nec in cenſuram, nec in reſeruationem incidit;vnde ſi loquendo peccaret, poſſet abſolui à quocumque confeſſario inferiori.n.1.

Quamuis peccatum ex ignorantia vincibili commiſſum ſit eiuſdē ſpeciei cum peccatis ex certa ſcientia commiſſis, tamen quando lex prohibēs requirit ſcientiam obiecti,nō ſunt eiuſdem ſpeciei.nu.2.

Licet vt actus ſit peccaminoſus requiratur præcognitio obiecti; tamen aliqua peccata non tam requirunt præcognitionē obiecti, vt ſint peccata, quā vt ſint peccata huius ſpeciei requirunt alicuius circumſtantiæ

præcognitionem: quæ ſi nõ præcognoſcatur, non erunt peccata illius ſpeciei.n.eod.

Vt quis ſit formaliter hæreticus, non tam debet fidei articulum negare; ſed etiam debet cognoſcere, quod articulus ille eſt à Deo reuelatus, & ab Eccleſia propoſitus; vnde ſi quis articulum negaret cum ignorantia horum,non eſſet formaliter hæreticus; quamuis peccatum alterius ſpeciei cõmitteret.nu.eod.

Lex requirens ſcientiam in tranſgreſſore ſolet id exprimere, aut verbis expreſſis,aut verbis æquiualentibus; quæ ſcientia ſi deerit, operans non poterit dici formaliter tranſgreſſor.n.3.

Præſumptio non tam requirit in tranſgreſſore præcognitionem obiecti, quam dolum, & temeritatem.nu.4.

Temeritas præter præcipitationem,& imprudentiã,dicit etiam legis contemptum.n.5.

Culpa lata, & ignorantia craſſa, & ſupina dolum non inducunt in foro conſcientiæ. num 6.

Lata culpa,cum parũ diſtet à dolo, ipſi æquiparatur;in contractibus tamen, non in delictis regulariter; quamuis in pœnis pecuniarijs moderatis illi æquiparetur.n.7.

Legentes,retinentes,imprimentes,& deferentes libros hæreticorum cum ignorantia craſſa non incidunt in excommunicationẽ bullæ cœnæ,nec in excommunicationem latam à Pio IV. reſeruatam Epiſcopo;cum id non faciant ſcienter,vti lex requirit. n. 8.

Ignorantia craſſa, & lata culpa ſemper excuſant legis tranſgreſſorem, quando lex eſt lata contra ſcienter aliquid operantes, vel facere audentes.n.eod.

Ad idẽ præceptum ſpectat finis, & ipſius exequutio,ac ponere media conducentia ad finem, ſiue tollere media impedientia ipſius exequutionem; quando tamen præceptum obligat:ſecus ſi non obligat.n.9.

Ignorãtia craſſa,& ſupina non excuſãt ignorantes à ſententijs Ordinariorũ, quãdo illorum ſententiæ cognitionem non requirunt; excuſant verò quando cognitionem requirunt.num.10.

RESOLVTIO XL.

Quidam loquitur cùm Monialibus cum ignorantia vincibili, craſſa ſcilicet, huius prohibitionis;dubitat enim an ſit aliqua prohibitio,& poteſt de dubio exire, & negligit, & cum tali dubio vincibili loquitur. An incidat in caſum noſtrum?

1 RESpondeo talem non incidere in noſtram cenſuram,nec in caſum reſeruatum, & ideò à tali culpa, ſi culpa adeſt,poteſt abſolui à quolibet confeſſario inferiori ab Ordinario approbato.Ità Merolla diſp. 1.cap.2. nu.586. Diana 5. p.tract. 9. reſol. 17. qui citat Cœleſtinum in compend. Theolog. moralis tract.3.cap.5.nu. 2. Hurtadum de cenſ.in comm.diſt.21.nu.92. & p.9. tract.6.reſol. 3. verſ. & tandem circa fin.citat Serra in p. 2. D. Th. tom. 2.q. 76.ar.3.dub.2.Pro probatione.

2 Suppono primo, quod etſi verum ſit, quod peccatum commiſſum ex ignorantia vincibili ſit eiuſdem ſpeciei moralis cum peccatis ſcienter commiſſis, vt ſentiunt Vaſquez p. 2. diſp.102.cap.5.& 6.Suarez tom. 4. in 3.p.diſp.22.ſect.4. nu. 14. Sanchez lib. 1.ſummæ cap. 17.nu.14. Azorius tom. 1.iuſt.mor.lib.1.c.14.q.8.&10.Et ratio eſt; nam cum opus ſit idem,ſiue ſit factum ex ignorantia, ſiue ex ſcientia, & voluntarium ſufficiens ad peccandum inueniatur in vtroque opere; etſi in vno formaliter, & explicitè, in altero moraliter, & implicitè; conſequenter malitia huius actus eſt eadem; nõ enim habet vnde ſpeciem mutet, cùm ignorantia non variet ſubſtantiam actus. Addo quod videmus ità eſſe irregularem,qui homicidium cõmittit ex ignorantia vincibili,quã qui ex certa ſcientia. Tamen hæc communiſſima doctrina limitatur,quando lex prohibens ne-

ceſſariò

Digitized by Google

ceſſariò prærequirit certam ſcientiam obiecti, vt benè Merolla diſp. 1.cap.2. dub.18.num.662.& cap.2.dub. 16. nu. 323.verſ. Vt autem &c. Vndè etſi præcognitio obiecti neceſſariò requiratur, ad hoc vt actus ſit peccaminoſus, (voluntas enim non fertur, niſi in præcognitũ,& conſequenter præcognitũ tñ põt eſſe volitũ,& peccaminoſũ) tñ aliqua peccata nõ ſolũ ꝑrequirunt cognitionẽ obiecti,ad hoc vt ſint peccata;ſed ad hoc vt ſint peccata huius ſpeciei, ꝑrequirunt cognitionẽ alicuius circumſtantiæ obiecti, quæ ſi non præcognoſcatur,peccatum non erit eiuſdem ſpeciei; Exemplo res declaratur. Ad hoc vt quis committat peccatum hæreſis, non ſolum debet negare articulum fidei; ſed etiam debet cognoſcere,quod articulus negatus à Deo ſit reuelatus, & ab Eccleſia propoſitus vt à Deo reuelatus. Vndè ſi quis hæc ignoret, & articulum neget cum ignorantia vincibili,non eſt formaliter hæreticus,etſi peccatum alterius ſpeciei committat, vt benè Vaſquez p.2.diſp. 26. cap.3.n. 9.nam ſi errat circa ea, quæ ſcire tenetur ex præcepto fidei,eſt peccatum cõtra fidem diuinam, etſi non ſit peccatũ infidelitatis;ſi errat circa ea, quæ non tenetur ſcire ex fide diuina, committit peccatum contra virtutem ſtudioſitatis,quæ moderatur affectum ſciendi,vt ſobriè ſciamus; ſtudioſitas enim eſt pars temperantiæ, ſecundum D. Thomam 2.2.qu.116.art.2.Sic etiam dicẽdum erit de omnibus legibus prohibẽtibus fieri aliquid ex certa ſcientia;cognitio enim illa intellectualis eſt eſſentialiter prærequiſita, tanquam pars eſſentialis ſpecificans actum peccaminoſum illius ſpeciei, vt benè Merolla l.c.num.662.

3 Suppono ſecundo,quod lex ſolet ſcientiam requirere in tranſgreſſore, aut verbis expreſſis, vt quãdo dicit ſi quis ſcienter.Aut verbis æquiualentibus,vt quando dicit ſi quis temerè &c. aut ſi quis præſumpſerit &c. & tam in primo modo, quam in ſecundo prærequiritur neceſſario præcognitio obiecti, ſine qua nunquam aliquis dicitur formaliter tranſgreſſor legis,ita ex Caiet.2.2. q.53.ar.3.Serra in p.2.D.Thom.to.2.q. 76.art. 3.dub.2. relatus ab Accuratiſſimo Diana p. 9.tract.6.reſol.13.verſ. & tandem &c.His poſitis.

4 Probatur Reſponſum; nam peccatũ à tali ignoranter loquẽte commiſſum, non eſt peccatum eiuſdem ſpeciei cum tranſgreſſore noſtri ſtatuti; nam noſtrũ ſtatutum eſt contra præſumentes, & præſumptio non ſolum præcognitionẽ, ſed etiam dolum, & temeritatem importat.Cardinal. clement. 1. de priuileg. qu. 39. D. Antoninus 3. p. tit.24. cap.54. verſ.Quærit idem &c.Angelus verb.Excommunicatio 5.caſu 12.n.15. Syluester verb.Excommunicatio 7.caſu 14.dub. 5. nu.35. Nauarr. in ſumm. cap.27.num.155. Sà verb. Pœna nu.5. ſed committit potiùs peccatum contra virtutem ſtudioſitatis: ergo non incidit in caſum noſtrum,& conſequẽter poteſt abſolui à quolibet confeſſario inferiori.

5 Cõfirmatur primo,q̃a temeritas req̃ſita in caſu noſtro præter præcipitationem, & imprudentiam, exigit etiam contemptum legis,vt optimè D. Thomas 2.2.qu.53.art.3.ad ſecundum; ſed in caſu noſtro abeſt contemptus,quia qui dubitat,non prçſumit,nec contemnit;nam contemptus de formali conſiſtit in contemnere præceptum ex eo, quia præceptum eſt; vt diximus cum Diuo Thoma;& quod ignoratur, contemni non poteſt,vt patet,

6 Confirmatur ſecundo,quia ad incurrendam noſtram cenſuram requiritur dolus,vt diximus; ſed lata culpa, & ignorantia craſſa, & ſupina in foro cõſcientiæ dolum non inducunt,ſecundũ Petr.de Ledeſma in ſumm.ſacram.cap. 3.de excommunicatione,dub.vlt.dicto 3. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap.23.nu.3. Suarez tom.5.in 3.p.diſp. 4.ſect.10.nu. 3. Sanchez lib.9.de matr. diſp. 32. num. 37. Auila de cenſuris part. 2. cap. 6. diſp. 10. dub. 6. & alij

communiter: ergo &c.

Nec dicas, quod lata culpa æquiparatur dolo l. Quod Nerua ff. depoſiti.

7 Quia contra eſt; nam lata culpa æquiparatur dolo, quia parùm diſtat à dolo, ſecundum Alciatum l. quod te mihi ff. ſi certũ petatur. Vel quia eſt dolus præſumptus. Panorm. cap. bona fides num. 3. de empt. Syluester verb. Excommunicatio 10. qu. 3. Angelus verb. Excommunicatio 7. caſu vltimo nu. 3. Fuſcus tom. 2. litt. D. concluſ. 572. num. 17. & concl. 575. n. 1. Vel dic, & melius, quod lata culpa æquiparatur dolo in contractibus, non vero in delictis; ſaltem regulariter, vt colligitur ex l. in lege ff. ad l. Cornel. de ſicar. gloſ. in l. actionibus ff. de in lit. iuran Bartolus in l. 1. nu. 7. ff. de leg. & latius in l. Quod Nerua ff. depoſiti Guidon Papa deciſ. 446. num. 2. Farinac. tom. 1. conſil. crim. conſil. 1. nu. 21. Molina tract. 3. de iuſt. tom. 4. diſp. 21. num. 1. Dixi regulariter, quia in pœnis pecuniarijs moderatis lata culpa æquiratur dolo, vt benè Bartol. in dicta l. Quod Nerua.

8 Confirmatur tertio, quia legentes, retinentes, imprimentes, & deferentes libros hæreticorum cum ignorantia craſſa, non incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, ſecundũ omnes DD. exceptis Graffio conſil. 2. de hæret. difficult. 2. tom. 2. & Reginaldo tom. 1. lib. 9. cap. 14. num. 54. teſte Merolla tom. 1. diſp. 1. cap. 2. num. 313. pag. mihi 54. Et hoc ideò, quia excommunicatio eſt lata contra ſcientes &c. Sicut nec incidunt in excommunicationem latam contra legentes eoſdem libros prohibitos, contra conſtitutionẽ Pij IV. incipientem, Dominici gregis &c. ſub die 24. Martij 1564. quæ excõmunicatio Epiſcopis, & non Pontifici reſeruatur, ſicut prima; & poteſt abſolui à quolibet ſacerdote approbato ad audiendas confeſſiones ex cap. Nuper de ſent. excommunicationis, teſte Merolla l. c. num. 312. verſ. Similiter &c. & hoc ideò, quia adeſt verbum, Audeat, &c. ſed ignorantia craſſa, & lata culpa ſemper excuſat tranſgreſſorem legis, quando lex eſt lata contra ſcienter aliquid facientes, vel facere audentes Gloſſ. in l. actionibus ff. de in litem iuran. verb. Non etiam &c. & l. Plagij, la ſeconda, verb. iuſta, C. ad legem Falcidiam de plag. vbi Bald. in princ. Abb. de conſt. num. 6. Syluester verb. Ignorantia, qu. 8. dicto 4. Nauar. in ſumm. cap. 27. num. 141. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 21. Sanchez in ſumm. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 38. Bonac. de cenſuris diſp. 2. qu. 5. punct. 4. num. 9. Duardus in bulla Cœnę lib. 2. qu. 36. n. 7. Diana p. 3. tract. 6. reſol. 7.

Dices primo, quod idem præceptum obligat ad executionẽ operis, & obligat ad tollenda media impedientia talem executionem. Ad eandem virtutem ſpectat finis, & media conducentia ad finem, ſecundum omnes; ſed ignorantia hæc impedit executionem: ergo ad tollendam talem ignorantiam obligat idem præceptum Eccleſiaſticum; & conſequenter hæc tranſgreſſio non differt ſpecie à tranſgreſſione cum ſcientia facta.

9 Sed contra eſt; nam verum eſt, quod ad idem præceptum finis ſpectat, & media, ſeu tollere impedimenta impedientia executionem finis. At hoc eſt verum, quando præceptum obligat; & præceptum in caſu noſtro non obligat, ſeu non incipit obligare, niſi poſt cognitionem: ergo poſt cognitionem ſpectabit ad hoc præceptum tollere media impedientia executionem; vſque ad cognitionem vero ſpectabit ad aliam virtutem, ſeu ad aliud præceptum, vt dixi. Ante enim cognitionem præcepti nullum adeſt præceptum obligans neque ad finem, neque ad media impedientia finis executionem: at poſt cognitionem incipit obligare præceptum.

Dices ſecundo, quod hæc doctrina repugnat cum cap. Vt animarum de conſtit. in 6. vbi hæc habes, Vt animarũ periculis obuietur, ſententijs per ſtatuta quorumcumque Ordinariorum prę-

latis

latis ligari nolumus ignorantes; dummodo eorum ignorantia craſſa non fuerit, vel ſupina.

10 Reſpondeo, ꝙ dictũ cap. intelligitur, qñ ſtatutum non prærequirit cognitionem; at in caſu noſtro pręrequiritur cognitio, & ideo cap. non procedit, vt optimè Diana l.c. reſol. 13. Qui denique probabiliter concludit, quod ignorantia etiam culpabiliter de peccato mortali excuſat ab Excommunicatione Suſpenſione, Interdicto, Irregularitate, & cæteris cenſuris, & pœnis.

SVMMARIVM.

Tranſgrediens cum ignorantia vincibili de peccato mortali legem humanam requirẽtem cognitionem in obiecto ad ſui tranſgreſſionem, mortaliter non peccat. n. 1.

Locutio cum Monialibus non eſt intrinſecè mala, ſed mala quia prohibita; & ea eſt prohibita, quæ fit cum præſumptione, ideſt, cum dolo, & contemptu. n. 2.

Quod omnino ignoratur contemni nõ poteſt. nu. eod. & 5.

Faciens opus licitum in ſe, & dubitans an tale opus habeat prohibitionem extrinſecam, ſi habet animum non tranſgrediendi præceptum prohibens, ſi præceptum hoc adeſt, & prærequirit ſui cognitionem, etiam ſi operetur cum tali ignorantia craſſa non peccat contra tale præceptum; neque effectiuè, neque affectiuè; imò neque peccat contra virtutem ſtudioſitatis. n. 3. & 6.

Tranſgreſſio ſtudioſitatis recipit ſuam malitiam à præcepto in quo fundatur. num. eod. & 5.

Qui operatur cum ignorantia vincibili, & cum animo firmo non tranſgrediendi præceptum ſi adeſſet, vult negligentiam excludentem præcepti tranſgreſſionem. n. eod.

Operari cum conſcientia dubia differt ab operari cum conſcientia erronea; qui enim habet animum firmum non tranſgrediendi præceptum poſitiuum, & operatur, dubitat, non an præceptum ſit; ſed an opus habeat extrinſecam malitiam. n. 4.

Dubitare an aliquid ſit malum, non vero an ſit peccatum mortale, vel veniale, non eſt peccatum mortale. n. eod.

Tranſgreſſio ſtatuti poſitiui nunquam eſt peccatum, niſi adſit contemptus. n. 5.

Idem eſt ſcire, ac debere ſcire, quando in lege non prærequiritur cognitio. n. 7.

Quando lex prærequirit ſui cognitionem ad ipſius tranſgreſſionem, petit voluntarium directum, non indirectum. n. 8.

Ignorantia vincibilis non ſemper eſt peccatũ mortale; ſed tunc tantum, quando vrget præceptum; & præceptum prærequirens ſui cognitionem non vrget, niſi poſtquam cognitum eſt. n. 9.

Ignorantia de peccato mortali in præcepto de re prohibita quia mala, non eſt de peccato mortali in præcepto de re mala quia prohibita; quia ſuaue eſt ius humanum, & nõ obligat cum tanto rigore, ſecundum Sanchez: Vel quia hæc ignorantia non ſemper excuſat à peccato mortali, ſed tantum in illis præceptis poſitiuis prærequirentibus ſui cognitionem pro eorum tranſgreſſione. num. 11.

RESOLVTIO XLI.

An loquens cùm Monialibus cũ ignorantia vincibili prohibitionis, non ſolùm non incidat in cenſuram, vt diximus; Verùm nec peccet mortaliter, etiam ſi ignorantia, ſeu negligentia ſit mortaliter in ſe culpabilis?

1 Reſpondeo talem nullo modo peccare mortaliter, ſi abſque contemptu, & refutatione finis prohibitionis hoc faciat; ideſt dummodò habeat animum præparatum, quod ſi ſciret actum illum eſſe contra legem, non loqueretur. Ità ſentit Vaſquez p. 2. qu. 96. art. 4. diſp. 148. cap. vlt. num. 61. Caietanus in ſumm. verb. Præcepti tranſgreſſio ad finem. Sanchez in ſumm. lib. 1. cap. 17. n. 20.

2 Pro-

Digitized by Google

2 Probatur, quia loqui cùm Monialibus non eſt intrinſecè malum, ſed eſt malum,quia prohibitum; nam dempta prohibitione poſitiua, nullum eſt in ſe peccatum talis locutio;ſed locutio hæc non eſt abſolutè prohibita, ſed prohibita tantùm illa, quæ cum præſumptione fit, cùm prohibitio ſit contra præſumentes accedere: & qui cùm tali ignorantia etiam craſſa accedit,non accedit cum contemptu,& dolo; non enim contemnere poſſumus, quod omninò ignoramus; & habemus animum obediendi, quando prohibitionem ſciremus: ergo talis non peccat.

Dices primo,quod hic talis etſi non peccet contra præceptum Epiſcopi de non loquendo cum Monialibus;quia præceptum neceſſariò requirit cognitionem,dum requirit contemptum, & qui ignorat non poteſt ſaltem formaliter contemnere, vt diximus; tamen peccabit contra virtutem ſtudioſitatis, dum non procurat ſcire,quod ſcire tenetur,dum dubitat:ergo peccabit.

3 Sed contra eſt;nam ſi hic talis dubitat, An ſit tale præceptum, & dum dubitat, habet animum non faciēdi opus, ſi ſciret eſſe prohibitum,dubitat tantū, An opus ſit extrinſecè malum; & tamē cum tali dubio operatur, & in tali dubio non præſumit committere peccatū graue,ſi ibi adeſſet,dum videt entitatē operis in ſe licitam, & habet animum firmum non patrandi illud, ſi certò ſciret eſſe prohibitionem.Et operari cum tali dubio non eſt peccatum mortale. Diana p.1.tract.7.reſol.24.& p.3.tract.4.reſol.162. & p. 5. tract.5. reſol.31.§. ſed difficultas &c.

Aduertè quod hic talis nō committit peccatum, vt dixi,contra præceptū ſuperioris præcipientis non loqui cum Monialibus; nam tale præceptum prærequirit cognitionem ipſiuſmet, & cognitionem claram, dum debet ipſum præceptum contemnere, quod importat verbum,Præſumentes,vt dixi.Et nō ſolùm effectiuè,ſed neque affectiuè cōmittit peccatum contra tale præceptū, quia ſi re vera præceptum ſciret, non tranſgrederetur; ſic enim ſupponimus caſum noſtrum.Remanet tantùm videre, An peccet contra virtutem ſtudioſitatis,vel ſi committat temerariam locutionem. Et dico,quod neque peccat mortaliter contra virtutem ſtudioſitatis; nam hæc eſt fundata in præcepto poſitiuo Eccleſiaſtico, & recipit ſuam grauitatem à tali præcepto; non enim aliam habet malitiam, quam receptam à tali iure poſitiuo,cum hęc locutio intrinſecè nullam habeat malitiam, dum eſt mala, quia prohibita; & ſic etiam accipiet ſuam malitiam talis non inquiſitio de tali præcepto. At talis loquens nullum habet affectum faciendi contra præceptum Eccleſiaſticum, etſi negligens ſit in inquirendo tale præceptum poſitiuum; & ſic in operando habet conſcientiam errātem excuſantem; credit enim nullum adeſſe præceptum, etſi nullam præmittat diligētiam; & ità errat in operando, quod ſi ſciret adeſſe præceptum, nullo modo operaretur.Vndè operando vult negligentiam illam, non quomodocumque peccaminoſam, ſed quatenus in illa nullum reluceat peccatum graue contra præceptum Eccleſiaſticum. Et ſic negligentia illa etſi grauis in ſe, & de peccato mortali, tamen prout relucet in intentione operantis, non ſe repreſentat cum tranſgreſſione præcepti poſitiui, ſed quatenus abeſt talis tranſgreſſio.

Dices ſecundo, quod hic talis operatur cum conſcientia dubia, & non erronea; dubitat enim an ſit præceptū poſitiuum prohibens locutionem cum Monialibus,& loquitur non deponendo dubium.

4 Reſpondeo, quod talis locutio habet duplicem reſpectū ad duplex præceptum; vnus reſpectus eſt ad præceptum eccleſiaſticum prohibitionis;alius reſpectus eſt ad præceptum naturale ſtudioſitatis. Si ergo talis negligentia admittitur, quatenus excludit tranſ-

greſ-

greſſionem præcepti Eccleſiaſtici; conſequẽter dubiũ nõ eſt, An talis locutio ſit peccatũ mortale,vel veniale; ſed an ſit mala vt ſic,& operari cum dubio,an aliquid ſit malum, non eſt peccatum mortale, ſecundum Valentiam tom. 2. diſp. 2. qu. 14. punct. 4. Salas in p. 2. qu. 1. tract. 8. diſp. 1. ſect. 3. num. 33. Diana p. 1. tract. de circumſtantijs aggrauantibus, reſol. 24. & 3. p. tract. 4. reſol. 162. & 5. p. tract. 5. reſol. 31. Tanto magis quia talis non vult negligentiam vt ſecum admittentem tranſgreſſionem præcepti: ergo non admittit dubium, quatenus dicit peccatum mortale. Vndè talis dum operatur cum tali ignorãtia, non cum dubio, ſed cum errore operatur; credit enim præceptum non adeſſe, ſtante ſua ignorantia, etſi vincibili, & operatur. Nõ.n. dubitat an præceptum ſit; ſed negligens eſt ad perfectè dubitandum, an præceptum ſit. Dubitando cum tali ignorantia, quatenus ſecum non admittit tranſgreſſionem præcepti, errat; & conſequenter potius cum conſcientia erronea, quàm dubia operatur.

5 Confirmatur, quia ex doctrina Caietani 2. 2. qu. 147. art. 3. verſ. Ad huius &c. Non eſt peccatum mortale tranſgreſſio ſtatutorum poſitiuorum, niſi propter contemptum, quoniam ſolus contemptus eſt inobedientia peccati mortalis: ſed non poſſumus contemnere id, quod omninò ignoramus, etſi culpabiliter ignoremus; cum contemptus ſit, ex dictis, tranſgreſſio præcepti ex eo quia præceptum eſt, tantò magis ſi habemus animum non tranſgrediendi præceptum, ſi certe ſciremus adeſſe; ergo talis locutio, etſi reducatur ad præceptum Eccleſiaſticum, nullo modo eſt peccatum mortale. Et poſito quod non reducatur, vt diximus, ſed ſit peccatum contra ſtudioſitatem, & hæc ſtudioſitas ſumat ſuam malitiam à tranſgreſſione præcepti Eccleſiaſtici, tranſgreſſio in caſu noſtro eſt ſine cõtemptu, & trãſgreſſio ſtatuti ſine cõtẽptu, nullam habet malitiam peccati mortalis, vt dixi: conſequenter neque ſtudioſitas, ſeu tranſgreſſio ſtudioſitatis poteſt ſumere hanc malitiã peccati mortalis, dũ non habet aliud præceptum, à quo illam ſumat.

Dices primo, quod loquens cũ tali dubio exponit ſe periculo faciendi contra præceptum Eccleſiaſticum: ergo peccat.

6 Sed contra eſt; nam qui loquitur cùm tali dubio exponeret ſe periculo faciendi contra præceptum Eccleſiaſticum, ſi adeſſet ſimpliciter prohibitio non loquendi. At cum non ſit prohibitio non loquendi ſimpliciter, ſed non præſumẽdi accedere ad loquẽdũ, cõſequenter nũquam poteſt ſic ignoranter tranſgredi præceptum; nec ſe exponeret periculo trãſgrediẽdi, quia etiam ſi vellet, non poſſet tranſgredi præceptum cum tali ignorantia; quomodo ergo poterit exponere ſe periculo trãſgrediẽdi idem præceptum, cũ præceptum prærequirat cognitionẽ, tanquam partem eſſentialem, vt dixi.

Dices ſecundo, quod hic talis, etſi effectiuè præceptum non tranſgreditur, tamen affectiuè ſe exponit tali periculo tranſgrediendi.

Sed contra eſt; nam ſi habet affectũ, quod ſi certo ſciret præceptum Eccleſiaſticum adeſſe, non operaretur; conſequenter affectus huius operandi, non poteſt eſſe ad tranſgreſſionem, & ſic non poteſt dici, quod ſe exponat ſaltem affectiuè ad talem trangreſſionem.

7 Dices tertio, quod idẽ eſt ſcire, ac debere ſcire l. quod te mihi ff. de rebus cred. in fin. ſed qui dubitat, debet ſcire, vt patet: ergo talis loquens ſcit præceptũ, & cõſequenter peccat contra præceptum.

Reſpõdet Merolla diſp. 1. cap. 2. nu. 322. quod licet ſcire, & debere ſcire ſint idẽ, quoad culpam mortalem cõtrahendam; tamen hæc regula fallit, quando lex petit ſcientiam in delinquente, vti eſt in caſu noſtro.

Dices quarto, quod ignorãtia craſſa

ſa non facit inuoluntarium,ſed voluntarium indirectum, ſecundum communiorem ſententiam; ergo ſi talis tranſgreſſio eſt indirectè volita,conſequenter erit peccaminoſa.

8 Reſpondeo cùm Merolla l.c.quod Eccleſia non requirit voluntarium indirectum, ſed directum, dùm prærequirit cognitionem obiecti.

Dices quinto cum Merolla l.c.nu. 323. repugnare, quod ignorantia ſit vicibilis,& operatio,quæ ab ea procedit non ſit culpabilis,& conſequenter peccat talis mortaliter.

9 Reſpondeo, quod non omnis ignorantia vincibilis eſt culpabilis culpa lethali,ſed ignorantia vincibilis, quādo præceptum vrget. At quando præceptum non vrget, nullum eſt peccatum ſic ignorare illa, de quibus nullum habemus præceptum, vt patet. Præceptum aūt de non loquendo cum Monialibus non vrget, niſi poſt cognitionem; tunc enim incipit vrgere, quando operans poteſt præſumere,vt dixi, & poteſt præſumere loquens, poſtquam præceptum cognouit; ergo incipit vrgere præceptum poſt habitam cognitionem.

Dices ſexto, ſi negligentia hæc eſt de peccato mortali; quomodo talis deindè non peccat mortaliter?

10 Reſpondeo, quod negligentia hæc dicitur de peccato mortali;quia ſi poneretur in pcepto de re phibita quia mala, ſeu in pcepto de re prohibita à iure naturę,vel diuino,eſſet culpa mortalis. At quia ponitur in pcepto de re mala,quia prohibita, nēpè in pręcepto Eccleſiaſtico,ad cuius tranſgreſſionem requiritur cognitio, ideò nullum eſt peccatum.

Sed ſi quæres,quare talis ignorantia eſt mortale peccatum in præceptis naturalibus &c. non vero in præceptis poſitiuis.

Reſpondet Thomas Sanchez in ſumm.lib.1.cap.17.num. 20. Quod ratio huius eſt ſuauitas obligationis iuris humani non nimio rigore obligantis, nec tantam diligentiam in cauſis excuſantibus poſcentis, quantum ius naturale exigit; ſed benigniorem in animæ fauorem admittit interpetrationem deficienti tranſgreſſorum fraude,vtpotè qui aliquali bona fide ſe excuſatos exiſtimant.Hæc Sanchez.

At dicerem, quod ignorantia hæc non excuſat ab omni præcepto Eccleſiaſtico; ſed tantum à præcepto, quod prærequirit cognitionem obiecti, vti partem eſſentialem, ſicut in caſu propoſito. Et ratio huius eſt, quia quando præceptum prærequirit cognitionem obiecti, tunc non incipit obligare, niſi poſt cognitionem, & quia ignorantia vincibilis præcedit cognitionem; ideò ignorantia tunc eſt, quando præceptū non vrget;ſi præceptum non vrget: ergo ignorantia illius non inducit culpā. Sicut nec culpam induceret ignorantia craſſa circa res,q̄ pceptæ non ſunt,poſito quod habeat animum non operandi,ſi ſciret vrgere præceptum.

SVMMARIVM.

Loquens cum Monialibus ſine licētia, inuincibiliter ignorans excommunicationem,ſed ſciens reſeruationem, poteſt abſolui ab habentibus poteſtatem abſoluendi à reſeruatis ſine cenſura.n.1.

Ignorantia excuſat operantem à cenſura. num.2.

Caſus reſeruatus cum cenſura poteſt conſiderari, & vt reſeruatus eſt, & vt cenſuratus eſt; & ſupra vtramque conſiderationē aquè principaliter reſeruatio cadit.n.3.

Abſolutio eſt pœnitenti tribuenda de peccatis prout ab ipſo commiſſis, non prout in tabella reſeruationis expreſſis.n.4.

Facultas data ad abſoluendum à peccatis, quibus eſt annexa cenſura, cenſetur data ab abſoluendum quoque à cenſura; quod ſi quis ab ipſa abſoluatur, poteſt deinde à quolibet inferiore abſolui à peccato, in quo fundata erat cenſura.n.5.

RE-

Digitized by Google

RESOLVTIO XLII.

Quidam locutus eſt cùm Monialibus invincibiliter ignorans excommunicationem; ſciens tamen prohibitionem de non loquendo, & talem caſum eſſe reſeruatum. An talis poßit abſolui ab habentibus poteſtatem abſoluendi à reſeruatis ſine cenſura?

1 Reſpondeo, quod talis poteſt abſolui ab habente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis ſine cenſura.

2 Probatur, quia hic talis incidit in caſum reſeruatum tantum, & non in cenſuram, quia ignorantia excuſatum facit talem ab incurſione à cenſura: ergo delictum hoc remanet reſeruatum ſine cenſura; ſed circa caſus reſeruatos ſine cenſura habet talis poteſtatem, vt ſupponitur: ergo poteſt talis confeſſarius abſoluere talem incurſum in hũc caſum reſeruatum.

Nec dicas cum Merolla diſput. 1. cap. 2. num. 644. quod caſus noſter verè eſt ex numero illorum, qui habent excommunicationem annexam, & per accidens eſt, quod excommunicatio annexa non ſit contracta. Hæc Merolla ibi.

3 Quia contra eſt; nam quia eſt ex numero illorum, qui habent annexam excommunicationem, ideò habet duplicem conſiderationem, & ſecundum quod peccatum reſeruatum eſt; & ſecundum quod cenſuratum eſt. Et reſeruatio cadit æquè principaliter ſupra cenſuram, ac ſuper reſeruationem. Ità ſentiũt Suarez de pœnitẽt. diſp. 29. ſect. 2. num. 7. Vaſquez tom. 4. in 2. par. qu. 91. art. 3. dub. 1. num. 15. & in papalibus fatetur ipſemet Merolla l. c. num. 643. ex Sanchez lib. 2. ſumm. cap. 8. nu. 5. Eminentiſſ. de Lugo, de pœnit. diſp. 26. ſect. 2. num. 26. ergo ſi talis non incidit in excommunicationem, non incidit per ſe, & non per accidens.

5 Confirmatur primo, quia abſolutio tribuenda eſt pœnitenti à caſibus, prout ſunt à tali pœnitente commiſſi; non vero prout ſunt in tabella expreſſi. Ideò ignorantes reſeruationem, committentes reſeruata extra Diœceſim, ſunt à confeſſario inferiori abſoluendi, quia prout ſunt à tali pœnitente reſeruata non ſunt, vt diximus ſupra; ſed prout eſt caſus noſter à tali operãte, eſt ſine cenſura: ergo põt abſolui à tali inferiori, non obſtante, quod aliter ſit expreſſum in tabella.

5 Confirmatur ſecundo à fortiori ex doctrina Fagundez 2. Eccleſiæ præcep. lib. 8. cap. 1. nu. 5. his verbis, Data licentia, & facultate ad abſoluendum à peccatis, quibus annexa eſt cenſura, conſequenter dari ad abſoluendum à cenſura; Et data ad abſoluendum à cẽſura, iam peccatum non remanet reſeruatum, & conſequenter ab illo quẽlibet ſacerdotem confeſſarium abſoluere. Hæc ibi: ſed non incurrere in cẽſuram ex ignorantia, minus eſt quàm incurrere, & poſtea habere facultatem ab ea abſoluendi: ergo ſi poteſt ille abſolui à quolibet ſacerdote inferiori, ſi facultatem obtinuit abſoluendi à cenſura; à fortiori poterit abſoluere eum, qui non incidit in cenſuram, qui facultatem habet abſoluendi ab omnibus reſeruatis non cenſuratis.

SVMMARIVM.

Loquens ſine licentia cum fæminis in Monaſterio degentibus non cauſa educationes, ſed ob aliam cauſam, non incidit in caſum reſeruatum. n. 1.

Intra Monialium clauſuram nõ ſolum puellæ admitti poſſunt cauſa educationis, ſed etiam de licentia Sacræ Congregationis admittuntur aliæ fæminæ, quæ veniunt in ſuſpicionem adulterij, vel timent ſæuitiam proprij viri; dummodo adſit cõſenſus Ordinarij, Abbatiſſæ, & Monialium. n. 2.

Item admittuntur aliæ ancillæ ſæculares ad

 vſum

vſum Monialium infirmarum, vel Monaſterij; ſicut etiam in Monaſterijs non profitentibus admittitur de conſenſu Ordinarij ancilla ad deſeruiendum Moniali nobili, & delicatæ.n.eod.

Viduæ etiam admittuntur intra Monaſteria Monialium ad finem ibi permanendi; de licentia tamen Sacræ Congregationis. nu. eod.

Quod dicitur ſeu affirmatur de vno; negatur de contrario, ſeu oppoſito.n.3.

Ea quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur in iure neglecta.n.4.

Statutum quamuis fauorabile extendi non poteſt, niſi quantum patitur ipſius ſtatuti lata ſignificatio.n.6.

Clauſula in fine poſita ſemper refertur ad præcedentia.n.6.

Lex pœnalis, quamuis, ſecundum aliquos, extendatur ad caſum non expreſſum ex identitate rationis; extenditur tamen quoad obligationem, non quoad pœnam.n.7.

Pœna non pendet à ratione legis, ſed à voluntate legislatoris.n.eod.

RESOLVTIO XLIII.

Quidam locutus eſt cum fœminis in Monaſterio degentibus non cauſa educationis, ſed ob aliam cauſam ſine licentia Ordinarij, nec eius Vicarij. Quæritur an inciderit in caſum noſtrum?

1 RESPONDEO cùm Merolla tom. 1. diſp.cap.2.n.598.talem non inci- diſſe in caſum noſtrum reſeruatum. Antè probationem.

2 Suppono, intra clauſuram Monialiũ admitti non ſolum puellas cauſa educationis, vt dixi in 9. notabili reſolut. 34.; ſed etiam ex licentia Sacræ Congregationis admitti mulieres, quæ veniunt in ſuſpicionem adulterij apud proprios viros, & ob timorem nè ab eis vis aliqua inferatur; dummodò tamen clauſuram obſeruent, & ſine ancillis ingrediantur, cum conſenſu tamen Ordinarij, Abbatiſſæ, & Monialium. Adeſt de hoc declaratio Sacræ Congregationis, quam affert Rodriquez qq.reg.tom.1.qu.46.art.10. verſ. decimo tertio &c. Sicut etiam ex eadẽ licentia ingrediuntur mulieres diſcordantes cum proprijs viris, & timentes eorum ſæuitiam, maximè ſi ſunt extra culpam, & hoc quandiù iuſtam timendi cauſam habent. Gyptius de caſib. reſer.cap.10.num. 12. Item admittuntur ancillæ ſæculares intra clauſuram, quæ vel Monialibus infirmis, vel in Coquina, vel in alijs miniſterijs deſeruiant, hac tamen lege, vt nunquam exeant à clauſura. Sicut admittitur etiam ancilla ſæcularis alenda expenſis parentum alicuius Monialis infirmæ, vt deſeruiat ipſi Moniali infirmæ tantùm. Et ex licentia Ordinarij in Monaſterijs non profitentibus ſtrictiſſimã clauſurã admittitur ancilla ſæcularis, vt deſeruiat Moniali nobili, & delicatæ ex conſuetudine iã introducta. Et de iure poteſt Ordinarius etiã date licentiam mulieri nobili non habenti cõmoditatem manendi in ſæculo ſine diſpendio ſui honoris, vel famæ, vt cũ tribus, aut quatuor puellis comitata ingrediatur clauſuram ad finem ibi permanendi. Tamen hodie ex declaratione Sacræ Congregationis hoc non fit ſine licentia Summi Pontificis, vel legati, de quibus omnibus vide Rodriquez qq.reg.tom.1.q.46.ar.6.7.8.& 9. Poſſunt etiam & Viduæ ingredi Monaſteria Monialium ad finem ibi permandi, de licentia tamen eiuſdem Sacræ Congregationis, vt benè Gyptius de caſib.reſer.cap.10.n.10.

Dicimus ergo in noſtra reſponſione, quod colloquentes cum his ancillis, vel ſæcularibus, non incidunt in caſum noſtrum.

3 Probatur noſtra reſponſio, nam quod de vno dicitur, ſeu affirmatur, de contrario, ſeu oppoſito negatur can.ſi ſeruus 54. diſt.cã.qualis 25.diſt. cap. Non ne benè dicimus, de præſumpt.iuxta gl.in fin.gl. vltima in c.de multa

multa de præbendis l. cum prætor in princ. ff. de iud. l. cum ità, ff. de cond. & demonſtr. Sà verb. Interpetratio num. 13. Layman lib. 1. trac. 4. cap. 19. nu. 9. ſed ſtatutum noſtrũ loquitur de puellis educationis cauſa in Monaſterijs degentibus: ergo excludit omnes alias fœminas degentes in Monaſterijs non cauſa educationis: ergo qui has alloquitur, non incidit in caſum noſtrum.

4 Cõfirmatur primo, qa ea, q̃ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur in iure, videntur neglecta l. item apud Labeonem §. ait prætor ff. de iniurijs: ſed alloqui has fœminas, eſt quid notabile, & non notatur in noſtro ſtatuto: ergo videtur hoc neglectum, & cõſequenter hæ fœminæ non comprehẽduntur in caſu noſtro.

5 Confirmatur ſecundo, nam ſtatutũ hoc, etſi fauorabile in ordine ad Monaſterium, eſt tamen extendendum quantum patitur ipſius ſtatuti lata ſignificatio verborum, vt optimè probat Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 2. nu. 2. ſed lata ſignificatio horum verborum, Nempè loquentes cum Puellis, quæ educationis cauſa in Monaſterio commorantur, Non patitur extenſionem ad fœminas, quæ ibi commorantur ob aliam cauſam, quàm educationis; nam quæ ibi commorantur cauſa educationis ſunt ad mores optimos recipiendos, & veluti per ſe in Monaſterio: ergo ſtatutum non extenditur ad has alias fœminas.

6 Confirmatur tertio, nam clauſula poſita in fine, refertur ad præcedentia l. 1. in fin. C. de liberis præteritis; ſed in caſu noſtro adeſt clauſula in fine, nempè cum puellis, quæ educationis cauſa in Monaſterio commorantur: ergo educationis cauſa refertur ad puellas, & conſequenter limitantur puellæ ad educandas tantum; ſed aliæ prænumeratæ mulieres non ſunt in Monaſterio educandæ per ſe: ergo hæ non comprehenduntur in noſtro ſtatuto.

Dices primo, ꝙ hoc ſtatutũ eſt fauorabile, & conſequenter extendendum etiam ad alias fœminas.

Reſpõdeo, quod extenditur ad alias fœminas cum eadem qualitate, & reſtrictione, nempè cauſa educationis; nec poteſt vlterius extendi, vt dixi in ſecunda confirmatione.

Dices ſecũdo, ꝙ ratio prohibitionis militat tã reſpectu puellarum educandarum, quàm aliarum mulierum; ſed quando ratio legis extenditur, extenditur etiam obligatio ipſius legis, vt habetur in l. regula fin. ff. de iuris, & facti ignor. vbi Bartol. & Bal. hoc notant. & Panorm. in cap. Sicut de teſtibus circa fin. Antonius Cortes. ſing. 33. & 297. Rom. conſil. 174. n. 3.

7 Sed contra eſt; nam lex pœnalis ex identitate rationis licet extendatur ad caſum non comprehenſum ſub verbis eius, in quo eadem ratio reperitur, vt aliqui putant, non tamen extẽditur quoad pœnam, tex. eſt expreſſus in can. pœnæ de pœnit. diſtinct. 1. vbi habetur, quod pœna non debet excedere caſum proprium. Et ratio hoc perſuadet; nam pœna pendet à voluntate legiſlatoris, & non à ratione legis, vt patet: ergo etſi ratio procedit, non tamen pœna procedere debet, vt optimè Sanchez lib. 10. de matrim. diſp. 4. num. 3. & lib. .... ſummæ cap. 10. num. 48. etſi oppoſitum dixerat ſupra lib. 3. de matrim. diſp. 42. num. 4. Sed in caſu noſtro ſumus in materia cenſurarum, quæ pœnalis eſt, vt patet: ergo non ſe debet extendere in ordine ad colloquentes cum alijs fœminis. Statutum enim hoc etſi fauorabile in ordine ad Moniales, pœnale eſt in ordine ad colloquentes, vt ſæpè dixi.

Addo, quod ſtatutum noſtrum quãdo vult comprehendere has fœminas, ſe explicat, vt videmus in deferẽtibus litteras de rebus obſcœnis, dum dicit. Et ſimiliter tàm viros, quàm mulieres, tàm intra, quàm extra clauſtra Monaſterij exiſtentes, qui ſcienter litteras, vel nuntium de rebus prædictis deferrent.

SVMMARIVM.

Loquens ſine licentia cum Abbatiſſa Monaſterij ad longum tempus non incidit in caſum reſeruatum.n.1.

In conſtitutionibus ſtrictè interpetrandis nomine Monacorum non venit Abbas; nec nomine Monialium venit Abbatiſſa.n.2.

Appellatione Eccleſiæ Parrochialis non venit Parrochialis collegiata.n.3.

Conſtitutio amplectens Abbatiſſam nomine Monialium, vel è contra, id ſolet explicare.n.4.

Statutum Synodale latum in fauorem Monialium, quia pœnam continet reſpectu loquentium cum ipſis, eſt ſtrictè interpetrandum in ordine ad ipſos loquentes. num.5.

Non omne, quod eſt ob bonum animæ, eſt ampliandum.n.eod.

Pœnitentia à confeſſario impoſita, vel votũ, ab aliquo factum, quamuis ſint ob bonum animæ, non tamen ſunt amplianda. num. eodem.

Inconuenientia procedentia circa alias Moniales non præſumuntur in Abbatiſſa; cũ hæc præſupponatur ſanctior, & prudentior cęteris.n.eod.

Abbatiſſa per abbatiſſatum non deſinit eſſe Monialis, ſed incipit eſſe Monialis qualificata, & altioris ordinis.n.6.

Statutum fauorabile pœnam continens, ſecũdum quod fauorem continet eſt ampliandum, ſecundum quod pœnam continet eſt reſtringendum; ſi tamen pœna à fauore commodè diuidi poteſt, ſecus ſi diuidi non poteſt, num.7.

RESOLVTIO XLIV.

Quidam locutus eſt cum Abbatiſſa Monaſterij ad longum tempus ſine licentia Ordinarij. Quæritur, An incidat in caſum noſtrum?

1 Reſpondeo, ꝙ talis non eſt excommunicatus, nec incidit in caſum noſtrũ reſeruatum. Ita ſentit Tamburr. de iure Abbatiſſarum diſp. 25. q. 8. verſ. Ad quintum &c. Diana tom. 3. tract. 2. reſol. 48. verſ. Nota tertio, in fin. hoc idem videtur ſentire Sanchez lib. 6. ſummæ cap. 8. num. 84. Idem ſentit Pellizarius de Monialibus cap. 5. ſect. 5. num. 208.

2 Probatur, quia in conſtitutionibus ſtricte interpetrandis nomine Monacorum non venit Abbas gl. in cap. fin. de ſimonia vbi Panorm. num. 2. Card. in clem. 1. nu. 3. in 6. oppoſit. de regular. Roman. conſil. 259. incip. In caſu propoſito, ad fin. Armilla verb. Abbas num. 11. Mandotius in tract. de priuileg. ad inſtar. gl. 7. num. 28. qui alios refert. Sed hæc eſt conſtitutio reſtringenda, quia hæc conſtitutio etſi fauorabilis, quia pœnam continet eſt reſtringenda vt odioſa. Ioannes Andreas in cap. 1. de locato num. 5. Panorm. in d. cap. 1. de locato num. 10. gl. in l. 2. C. de in ius vocando verb. liberis, vbi Bart. num. 1. Bald. num. 4. Alexander num. 5. Salicet. num. 2. & 3. Iaſon nu. 4. Paulus in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi certum petatur num. 5. Alciatus lib. 5. parad. cap. 16. num. 6. ergo nomine Monialium in caſu noſtro non venit Abbatiſſa, & conſequenter loquens cum ipſa non incidit in caſum noſtrum.

3 Confirmatur primo, quia appellatione Eccleſiæ Parrochialis in odioſis non venit Eccleſia Parrochialis collegiata; quia licet ſit Parrochialis, tamen habet qualitatem Collegij cap. ſtatutum, & cap. licet de præbendis in 6. ergo à pari licet Abbatiſſa ſit etiam Monialis, quia habet qualitatem Superioris ſuper alias Moniales, ideo appellatione Monialis non debet venire. Ita Tamburr. de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 1. qu. 7. num. 5 Valenzuol. conſil. 74. num. 59. hoc videtur dicere Sanchez in ſum. lib. 6. cap. 8. num. 84.

4 Confirmatur ſecundo, quia quando cõſtitutiones volunt nomine Monialium Abbatiſſas includere, vel nomine Abbatiſſarum cõprehendere Moniales

les

les, ſe explicant cap. Quoniam de ſimonia Tambur. de Iure Abbatiſſarum diſput. 25. qu. 8. verſ. Ad quintum &c. Sed ſtatutum noſtrum non ſe explicat: ergo ſignum eſt, quod nõ vult Abbatiſſas comprehendere.

Dices primo ex Merolla diſp. 1. cap. 2. num. 604. Quod quamuis in odioſis nomine Monacorum (hæc ſunt verba Merollæ) non veniat Abbas, & per cõſequens neq; Abbatiſſa nomine Monialium, tamen ſtatutum hoc Synodale, cùm ſit latum principaliter in fauorem animarum, & Monaſterij, cenſetur fauorabile &c. ac proinde merito ſub nomine Monialium comprehenditur Abbatiſſa: ſicut in Clement. Attendẽtes de ſtatu Monacorũ, vbi agitur de viſitatione Monialium, nomine Monialis venit etiam Abbatiſſa, vt ait ibi gloſſ. verb. Moniales. Ratio autem eſt, quia illa conſtitutio lata eſt principaliter in fauorem animarum &c.

5 Sed contra eſt; Nam ſtatutum hoc Synodale, etſi latum in fauorem animarum monialium, quia pœnã continet, & eſt ordinatum non ad Moniales, ſed ad loquentes cum ipſis, & reſpectu horum eſt pœnale, conſequenter reſpectu horum loquentium eſt ſtricte interpetrandum. Inſuper non omne, quod eſt ob bonum animę, eſt ampliandum: quia pœnitentia à confeſſario impoſita eſt ob bonũ animę; & tamẽ quia eſt pœnalis, ideo eſt ſtrictè interpetranda. Votum etiam eſt de meliori bono animę, & tamen non eſt ample interpretrandum: Qui .n. vouit, vel pœnitentiam à cõfeſſario habuit, vt det frumẽtum pro eleemoſyna, non tenetur dare de meliori, ſecũdum omnes. Statuere enim vt quis ſimpliciter non loquatur, maxima pœna eſt, etſi ob bonum animæ ipſius, & ideo cum ſtatutum explicet Moniales tantum, ad has eſt reſtrigendum. Addo, quod cum Abbatiſſa ſit vna, & ſenior, prudentior, & ſanctior, ut colligitur ex Concil. Cabilonenſi 2. can. 52. & ex can. iuuenculas 20. quæſt. 1. & ex Trident. ſeſſ. 25. cap. 7. de regul. & Monialibus incõuenientia procedentia circa alias Moniales non poſſunt præſumi in Abbatiſſis, & ideo ad has non eſt extendenda hæc pœna.

Ad Clemẽtinam dico, quod dirigitur ad Moniales relaxatas, & quia Abbatiſſæ etiam relaxatæ erant: ideo ad ipſas etiam dirigitur. Addo, quod ſtatutũ in dicta Clement. fundatur in præſumptione facti, vel delicti; at ſtatutum noſtrum fundatur in periculo facti, vel delicti, quod periculum ceſſat in Abbatiſſis; cũ hæ ſupponãtur diſcretiſſimæ, & omni virtute præditæ; ita enim ſunt eligendę ex Concil. cit. & ideo præſumitur abeſſe tale periculum in Abbatiſſis.

Dices ſecundo ex eodem Merolla l. c. num. 605. Quia ſtatutum hoc non eſt pœnale (hæc ſunt verba Merollę) & odioſum reſpectu ipſarum Monialium, ſed tantum reſpectu loquentiũ cum illis: nam hos tantum excommunicat, non autem Moniales; ergo nulla eſt ratio cur nomen Monialis reſtringi debeat, vt ſub eo non comprehẽdatur Abbatiſſa: non enim per Abbatiſſatum deſinit eſſe Monialis.

6 Sed contra eſt; Nam ſi ſtatutum hoc eſt pœnale reſpectu loquentium cum Monialibus, reſpectu horum eſt reſtringendum, vt non loquantur cum Monialibus tantum; & cũ fauor proueniat ab hac prohibitione tantum, nec ſit alius, niſi ipſa prohibitio; quę pœna eſt, ſimpliciter eſt reſtringenda.

Nec obſtat, quod Abbatiſſa ſit etiã Monialis, nec deſijt per Abbatiſſatũ eſſe Monialis. Quia Abbatiſſa eſt Monialis ſed qualificata, & altioris ordinis. Nec deſijt eſſe Monialis, ſed incipit eſſe Monialis qualificata, quę qualitas in ipſa ſupponit nonnullas virtutes, quæ non ſupponuntur in cęteris Monialibus; ideo ad Abbatiſſas, quæ Moniales qualificatæ ſunt, prohibitio extendi non debet: ſicut diximus de Eccleſia Partochiali collegiata

ta in prima confirmatione.

Dices tertio ex eodem Merolla l. c. 4 in can. ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. excommunicantur percutientes Clericum, vel Monacum, & Monacorum nomine venit etiam Abbas, ſecundum omnes: quamuis lex illa ſit pœnalis; & hoc ideo, quia non eſt pœnalis reſpectu Monacorum, ſed tantum reſpectu percutientium: ergo ſic etiam dicendum eſt de noſtro ſtatuto.

7 Reſpondeo ex Couarr. lib. 1. variarum cap. 11. num. 5. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 1. num. 4. in fine. Quod ſtatutum fauorabile, ſi pœnam continet, & poteſt commodè diuidi pœna à fauore, tunc ſecundum quod pœnam dicit, eſt reſtringendum, ſecundum quod fauorem appellat eſt ampliandum; ſecus vero dicendum eſt, quando non poteſt cōmodè diuidi. At quia in can. ſi quis ſuadente &c. fauor poteſt commodè diuidi à pœna, ideo ſecundum quod dicit fauorem, eſt extendendus; cum vero fauor in noſtro ſtatuto non poſſit diuidi à pœna, cum ipſa non loquutio pœna ſit, etſi bonum animæ contineat, ideo ſemper eſt reſtringendum. Inſuper id quod ampliatur in can. ſi quis &c. eſt tantum fauor, nempè reuerentia debita perſonis eccleſiaſticis, & ſic non ampliatur excommunicatio, ſed priuilegium, ſeu ſubiectum priuilegiatum per hunc canonem; at id quod ampliaretur in noſtro ſtatuto, ſi nomine Monialium venirent Abbatiſſæ, eſſet non loquutio (hæc enim eſt ob bonū animæ) quæ etiā pœna eſt, & conſequenter id, quod pœnam continet, ampliaretur. Igitur mirum non eſt ſi in can. ſi quis &c. nomine Monacorū veniūt Abbates, & in noſtro ſtatuto nomine Monialiū nō veniunt Abbatiſſæ.

Aduertè tamen, quod in Concilio Cabilonenſi II. canone 55. dicitur, Ne Abbatiſſa horis incommodis cum viris clericis, aut laicis loquatur, & can. 56. Ne Abbatiſſa, nec aliqua Monialiū à veſpera vſque ad primam cum quibuslibet viris colloquium habeat, niſi ita neceſſarium ſit, vt euitari nequeat, & tunc coram teſtibus, & can. 61. dicitur vt nulli Moniali viros alloqui integrum ſit, niſi in auditorio, & coram teſtibus, & cap. 10. actione 18. q. 2. Quod eſt ex Concil. Hiſpalen. 2. cap. 11. dicitur non licere Abbati, nec alij ſuperiori loqui cum Monialibus præterquamquod cum Abbatiſſa, & de ijs, quæ ad earum inſtitutionem pertinent, Nec Abbatiſſa niſi raro, & breuiter, & præſentibus duabus, aut tribus perſonis. Ita loquitur Sanchez in ſumma lib. 6. cap. 16. n. 115.

SVMMARIVM.

Frequentantes tantum Monaſteria Monialium ſine legitima cauſa mortaliter non peccant ante monitionem Epiſcopi. n. 1.

Non ſolum clericis, & laicis, ſed etiam fœminis interdicitur acceſſus frequens ad Monaſteria Monialium. n. 2.

Excommunicatio ſimpliciter prolata intelligitur de maiori. n. eod.

Dictio, Et, quando ponitur inter duo, quorum vnum eſt ſequela, & effectus alterius, ſignificat idem quod, Ideſt. n. eod.

Frequentia, ſecundum gl. inducitur per duas vices; ſicut etiam conſuetudo. n. 4.

Frequentia non eſt, loqui cum Monialibus duobus diebus continuis; nec etiam loqui duabus vicibus in menſe. n. eod.

In re prohibita quia mala duæ tantum vices ſufficiunt ad inducendam frequentiam; nō vero in re mala, quia prohibita. n. eod.

Frequentia ad Monaſteria Monialium interdicta non eſt cauſa audiendi diuina officia, ſed vel cauſa loquendi, vel ratione aſpectus, ſiue actiui, ſiue paſſiui. n. 4.

Acceſſus frequens, vt non ſit culpabilis, debet habere cauſam rationabilem, & manifeſtam: quæ non eſt conſanguinitas: niſi accedentes ſint parentes, fratres, vel ſorores Monialium. n. eod.

Excommunicatio ferenda duplex eſt, vna indigens monitione, altera non. Quæ monitione indiget non obligat ſub mortali; quæ vero monitione non indiget, ſub mortali obligat. n. 5.

Vt poſſint infligi pœnæ ſtatutæ in iure contra fre-

frequentãtes Monaſteria Monialium debet precedere monitio.n.6.

Excommunicationis pœna tunc dicitur grauis, quando poteſt infligi; ante tamen monitionem non dicitur grauis.n.7.

Quando materia in iure precepta eſt leuis ſeclusis circumſtantijs, nõ obligat ſub mortali, ſi contumacia abeſt.n.8.

Clerici non accedentes ad proceſſiones, quibus intereſſe precipitur ab Epiſcopo ſub pœna excommunicationis, mortaliter non peccant; ſicut nec clerici comam nutrientes, quam nutrire non poſſunt ſub pœna excommunicationis: ſi tamen hec faciant ſine contemptu, temeritate, vel contumacia.n.eod.

Frequentantes Monaſteria Monialium ſine legitima cauſa peccant ſaltem venialiter; imò rariſſimè excuſantur à mortali, cum rariſſimè ſinis turpis deficiat.n.9.

RESOLVTIO XLV.

An frequentantes Monaſteria Monialium ſine legitima cauſa peccent mortaliter, etiam ſi cum Monialibus non loquantur? ſtante prohibitione in cap. Monaſteria de vita, & honeſtate clericorum, & cap. Periculoso de ſtatu regul. in 6.

1 RESpondeo, quod tales per talem tantum frequentationem nullo modo peccant mortaliter ante monitionem Epiſcopi. Ita Sãchez in ſumm. lib.6.cap.26.num.120. & citat Nauar. in ſumma latina, & hiſpana cap. 25. n. 10. & Caietanum in ſumm.verb.Clericorum peccata verſ. Nec obſtat dictis &c.pro probatione.

2 Suppono primo, interdictum eſſe non ſolum clericis, & ſæcularibus, ſed etiam fœminis acceſſum frequentem ad Monaſteria Monialium, vt in dicto cap.Periculoſo, his verbis. Nulli inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ; & hoc ſub pœna excommunicationis vt in præcit. cap. Monaſteria. Excõicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiãt penitus alieni. Et cum hæc ſit excommunicatio ſimpliciter prolata, intelligitur de maiori cap. ſi quem de ſent. excomm. & coniunctio, Et, in præcitatis verbis ſumitur pro, Ideſt, quia quãdo copulatiua dictio ponitur iter duo, quorum alterum eſt ſequela, & effectus alterius, ſignificat idẽ quod, Ideſt, facit tex.in l. 1.ff.de pactis, debet tamẽ monitio præcedere, antequam hi frequentantes excommunicentur, & hoc ſignificant in cap. Monaſteria, illa verba, Arceantur illi ab Epiſcopo, ideſt monendo corrigantur gl. ibi verb. Nõ deſtiterint. Poſſunt etiam clerici frequentantes Monaſteria deponi. cap.vt clericorum de vita, & honeſtate cleric.

Nec tex.in dicto cap. Periculoſo, eſt conſuetudine aboletus, ſicut aboletus erat quoad ingreſſum in Monaſteria Monialium.

Quia vt optimè Nauarr. comment. 4. num. 61. initio de regularibus, & Rodriq. qq. reg.to.1. q.45. art. 4.verſ. Pro huius difficultatis &c. tex. ille eſt innouatus in Concil.Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 5. & in motu proprio Pij V. qui incipit. Circa Paſtoralis officij, &c. Cum igitur loquantur de clauſura, & circa hanc innouatur conſtitutio à Cõcil. & Pio V. & frequentia maximè cõducit ad ipſammet clauſuram, Ideo dicimus cum Sanchez in ſumm. lib. 6. cap.16.num.105.in fin.quod cap.Periculoſo, & cap.Monaſteria, ſunt iam innouata.

3 Suppono ſecundo. Quod per frequentiam gloſſ. in dicto cap. Monaſteria, verb.frequentare &c.dicit quod frequentia videtur ex duabus vicibus inducta ex can. ita nos 25. q. 2. & ibi gl.verb.vſum &c. Sicut inducitur conſuetudo ex duabus vicibus l. 3. in fin. C. de Epiſcopali audientia, & ibi gl. verb.conſuetudini. Et Emanuel Rodriquez cum alijs qq.reg.tom.1. q.45.ar. 4. docet, quod remittendum eſt arbi-

trio

trio prudentis viri, quando ſit dicenda frequentia. Quare inquit, quod non eſt frequentia loqui ſemel in quolibet trimeſtri. Llamas in methodo curationis in appendice quam ponit in fine in §. 4. dicit eſſe frequentiam loqui duabus vicibus vna die, vel duobus diebus continuis, non autem toto menſe duas vices. Sanchez vero l.c.num.111. putat eſſe frequentiam tribus diebus continuis accedere, & ſemel in menſe; & conſequenter concludit, quod duobus diebus continuis non eſt frequentia, & poſt trigintaquinque dies inuiſere Moniales, non eſſet frequentare. Et huic opinioni adhæreo quoad locutionē duobus diebus continuis; quoad locutionem duabus vicibus in menſe adhæreo opinioni Llamas, quod ſcilicet non ſit frequētia. Nec obſtat tex. in can. ita nos &c. quia ibi loquitur de geminata Pontificis cæde, & conſequentet de prohibito quia malo; at nos loquimur de malo quia prohibiro, & conſequenter mitius procedere debemus.

4 Suppono tertio, Frequentiam interdictam ad Monaſteria Monialium in dicto cap. Monaſteria, & cap. Periculoſo, non eſſe intelligendam de frequentia cauſa audiendi Diuina officia, vel alia &c. vel ad Parietes Monaſterij tantum, ſed eſſe interdictam frequentiam cauſa colloquendi, etſi ad breue tempus, vel ratione aſpectus actiui, vel paſſiui. Sic intelligit cap. Monaſteria Rodriquez qq. regul. tom. 1. q. 45. art. 2. Nauar. comment. 4. num. 61. verſ. 5. Quod per illa verba, de regul. Sanchez l.c. num. 112. in fin. Igitur ad hoc vt frequentia hæc culpabilis non ſit, debet habere cauſam rationabilem, & manifeſtam coniunctim, vt patet ex d. cap. Monaſteria. Nec cauſa rationabilis, & manifeſta eſt conſanguinitas can. diffinimus 18. q. 2. dummodo non ſint parentes, vel fratres, vel ſorores monialium, cum horum frequentia nō ſit ſcandaloſa, & indecens. Sanchez l. c. n. 113. in fin.

Quod igitur quæritur in præſenti reſolutione eſt, An qui ad monaſteria monialium tribus vicibus continuis, vel pluries quam duas vices in menſe loquatur paruo tempore, vel ita ſe præbeat ad hoc vt aſpiciatur, vel ad aſpiciendum, ſecluſis alijs extrinſecis ſcandali, aut mali finis circumſtantijs peccet mortaliter? & reſoluimus, quod non peccet mortaliter, niſi talis ab Epiſcopo monitus non deſiſtat.

5 Suppono quarto, Excommunicationē ferēdam eſſe in duplici differentia; Nam quædam excommunicatio ferēda non indiget monitione ad hoc vt tranſgreſſor poſſit à iudice excommunicari; quædam vero indiget præuia monitione ad hoc vt tranſgreſſor poſſit excommunicari. Et hoc ex duplici capite, vel quia excommunicatio eſt lata ſub tali forma, vt neceſſaria ſit monitio præuia, priuſquam excommunicatio illa propter tranſgreſſionem infligatur; vel quia materia ſub excōmunicatione præcepta eſt ita leuis, vt vſus, æquitas, & iudicium ſapientum interpetratur, quod ſuperior, vel iura præceptum imponentia prærequirant monitionem, antequam excommunicatio illa feratur. Excommunicatio primo modo prolata ſemper obligat ad peccatum, vt optimè Vaſquez p. 2. q. 95. ar. 4. diſp. 158. cap. 5. num. 41. & 44. Abbas in cap. cum ſit Romana n. 28. de appellat. Innocentius in c. ex parte il ſecondo nu. 4. de verb. ſignific. Et ratio eſt, Nā cū lex abſolutè præcipiat illud ſub pœna excommunicationis, nulla alia monitione indiget iudex ad hoc, vt poſſit tranſgreſſorem excommunicare; ſufficiens .n. eſt illa monitio legis, ſeu præcepti, vt præcit: DD. ſed iudex non poteſt excōmunicare aliquem, niſi ob culpā mortalem: ergo ſi iudex poteſt ſtatim reum excoīcare, talis reus eſt culpæ mortalis. Ita ſentit Syluester verb. præceptum q. 3. Caiet. 2. 2. q. 186. ar. 9. circa ſolutionem ad 2. Nauar. in ſumm. cap. 23. nu. 53. Sayrus lib. 3. clauis reg. cap.

cap.7. num.25. Azorius tom.1. lib.5. cap.6. quæſt.5. Vaſquez l. c. Quando verò excommunicatio eſt lata ſub ea forma, vt ſit neceſſaria monitio prçuia, tunc non obligat ſub mortali; tunc .n. tranſgreſſor non eſt excommunicatione dignus, donec moneatur, & ante monitionem non poteſt excommunicari, ſed eſt dignus [illegible]monitione, gloſ.in cap.1.de ſagittarijs, Nauar. lib.5.conſ.tit. de ſent.excom. conſ.19. num.1.in veter. & ſic pœna illa non eſt ſufficiẽs indicium obligationis ſub mortali, donec tranſgreſſor monitus non ceſſet; tunc enim dicitur grauis pœna, quando poteſt infligi. Ita ſentit Caiet.in ſum.verb. Prçcepti tranſgreſſio verſ. Pœna præceptorum, Nauar.in ſum.cap.23.nu.53. Toletus in fin.ſum. vbi de peccato mortali cap.19.n.6. Sic etiam dicendum eſt, quando monitio prærequiritur ex vſu, æquitate, vel iudicio ſapientũ, & ratione læuitatis materiæ præceptæ, ita Henriquez lib.13. de excom.c.17.n.2. Caiet.in ſum.verb. Clericorum peccata, verſ. Nec obſtat dictis. His poſitis.

6 Probatur reſponſio, quia prçdictum cap. Monaſteria, pœnas illas graues excommunicationis &c. non ſtatuit ante prædictam monitionem: ergo monitio eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed quando ex forma ſtatuti monitio prçrequiritur, ſtatutum non obligat ſub mortali: ergo huiuſmodi frequentantes Monaſteria non peccant mortaliter, niſi poſt monitionem Epiſcopi.

7 Cõfirmatur primo, q̃a pœna excõmunicationis tunc dicitur grauis, quando poteſt infligi; ſed non poteſt infligi, niſi poſt monitionem: ergo ante monitionem non eſt grauis.

8 Confirmatur ſecundo, quia quando materia in re præcepta eſt læuis, ſeclusis circumſtantijs extrinſecis, nunquam obligat ſub mortali, ſi contumamacia abeſt de non obediendo monitioni, ideo enim dicimus, quod clerici non peccant mortaliter ſi non interſunt publicis proceſſionibus, quibus accedere præcipitur à ſuo Epiſcopo ſub pœna excommunicationis, ita Sanchez in ſumm.lib.6.cap.4.num.53. ideo clericus comam nutriens, quam nutrire non poteſt ſub pœna excommunicationis, non peccat mortaliter, ſi præter contemptum, temeritatem, vel contumaciam hoc faciat, & ſic de alijs rebus prohibitis, quæ in ſe graues, & peccaminoſæ non ſunt, ita Caiet. in ſumma verb. Clericorum peccata, verſ. Nec obſtat dictis &c. Sed in caſu noſtro ſupponitur contemptum, temeritatem, & contumaciam abeſſe, ergo talis non peccat mortaliter.

Dices primo, q̃ pœna excõmunicationis eſt grauiſſima, ergo obligat ſub mortali.

Reſpondeo, quod pœna excommunicationis eſt pœna grauiſſima, quando poteſt inferri; at quando prærequiritur monitio, ſiue ex forma iuris, ſiue ex æquitate, tunc non dicitur grauiſſima, niſi poſt monitionem, vt dixi.

Dices ſecũdo, quod talis ſaltem peccat venialiter, quia excuſatur ratione paruitatis materiæ.

9 Reſpondet Sanchez in ſumm. lib.6. cap.16. nu.120. concedendo totum. Et ſi Nauarr. apud eundem Sanchez dicat, quod nullum committat peccatum.

Adhæreo tamen opinioni Sanchez loc. citat. imò vtor verbis eiuſdem, rariſſimè attentis circumſtantijs extrinſecis frequẽtantes excuſari à mortali. Quia rariſſimè non inde ſcandalum conſurget, & rariſſime deficiet aliquis finis turpis. Sic Sanchez l.c.

SVMMARIVM.

Scribens, & mittens epiſtolam obſcœnam moniali, quæ ex diligentia Abbatiſſæ, vel alterius ad illius manus nõ peruenit, à quocunque Confeſſario inferiori abſolui poteſt. n.1.

Seruans verba legis, & non mentem legis dicitur illius tranſgreſſor. n.2.

Mens legis eſt id, quod lex præcipere intendit,

dit; finis verò eſt id, ad quod ordinatur quod à lege præcipitur, qui finis ſub præcepto non cadit.n.eod.

Statutum prohibens inhoneſtam ſcriptionem Monialibus, non tam reſpicit ſubditos, quã etiam Moniales ob ipſarum bonum; cum non prohibeat inhoneſtam ſcriptionem vt ſic, ſed inhoneſtam ſcriptionem Monialibus.num.3.

Voluntatis conatus ſi non peruenit ad factum non habetur pro facto, quoad excommunicationem incurrendam.num.4.

Si legiſlator petit in tranſgreſſione non tam effectum extrinſecum, quam intrinſecum, tunc vt quis dicatur tranſgreſſor non ſufficit vnum ponere ſine alio.num.5.

Verba legis sũt intelligenda cum effectu adæquato, ſeu conſũmato, non inadæquato, ſeu intentato.num.6.

Mittens epiſtolam obſcœnam Moniali, ſi ad illius manus peruenit, dicitur actum peccaminoſum conſummare; ſi vero non peruenit dicitur tantum intentare.num.7.

Sclopum explodens ad hominem occidendum, ſi illum occidit dicitur reus homicidij patrati, ſi vero non occidit dicitur reus homicidij intentati; vndè ſi homicidium eſſet caſus reſeruatus, talis non occidens non incideret in illum.num.eod.

Si referens Moniali id, quod continetur in litteris inhoneſtis, fuit miſſus à ſcribente, ſcribens incidit in cenſuram, non quia litteras, ſed quia internuntium miſit de rebus obſcœnis; ſi verò ab illo non fuit miſſus, tũc ſcribens non incidit in cenſuram, quamuis referens in vtroque caſu incidat. num.8.

Effectus, ſiue finis extrinſecus legis regulariter non cadit ſub prohibitionem; cadit tamen quando à Superiore intenditur, ſiue expreſſè, ſiue tacitè.n.9.

Pœna ipſo iure impoſita non incurritur niſi ob delictum conſummatum, nec ſufficit inchoatum tantum.num.10.

Pœna impoſita pro effectu conſummato non extenditur ad intentatum tantum, niſi in iure exprimatur.num.eod.

RESOLVTIO XLVI.

Quidam ſcripſit, & miſit epiſtolã de rebus obſcœnis cuidam Moniali; at epiſtola non peruenit ad Monialem ex diligentia Abbatiſſæ, vel alterius. Quæritur an talis poſſit abſolui à quocumque confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo, quod talis non incidit in caſum noſtrum cum cenſura, & ideo poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori. Ita ſentit Sanchez in ſumm.lib.6.cap.16.nu.117. Graffius lib.2.de caſ.reſer.cap. 4. num.60.verſ. ex quibus collige tria &c. Tamburrin. de Iure Abbatiſſ. diſp. 25. q. 8. dub.6. pag.303. Merolla diſp.1.cap.2.nu.600. Rodriquez qq.regul.tom.1.q.45.art.3. Bonac.de clauſ.qu.3. punct. 2. num.6. Pro probatione.

2 Suppono primo, quod qui ſeruat verba legis in cortice, & non ſeruat mentem legis, eſt tranſgreſſor legis. Ita Sotus de iuſt.q.6.art.8. Medina q.96.ar.6. Syluester verb.lex q. 29. Salas de legibus diſp.11.ſect.5.num.37. Quod patet tum ex l.non dubium C.de legibus, his verbis. Non dubium eſt in legem committere, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem; & l. contra ff.de legibus, his verbis, Fraudẽ fecit legi, qui ſaluis verbis legis, mentẽ eius circumuenit. Dixi mentem legis non vero finem, quia finis præcepti nõ cadit ſub præcepto. Mens autem legis eſt id, quod lex intendit præcipere; finis vero eſt id ad quod ordinatur id, quod præcipere intendit. Exemplum habes in ieiunio, id enim, quod lex intendit præcipere, eſt abſtinẽtia à cibis paſchalibus, & quod non comedatur pluries eodem die, hæc eſt mens legis, ſeu id quod lex præcipere intendit; finis vero huius abſtinentiæ, eſt maceratio carnis ad hoc vt ſubijciatur ſpiritui, hic finis

non

non cadit ſub præcepto: quia etiam ſi maceratio carnis non ſequatur, tamen tenetur quis ieiunare. Et ſolet illa mēs, legis appellari à Doctoribus finis intrinſecus, finis vero appellatur mens ſeu finis extrinſecus. Et meo iudicio idē eſt dicere finis intrinſecus, ac finis cuius, finis vero extrinſecus idem eſt ac finis cui. Vide Salas l.c.

3 Suppono ſecundo ſtatutum hoc de non ſcribendo Monialibus de rebus obſcœnis, etſi reſpiciat ſubditos, reſpicit etiam per ſe, & directè Moniales ob bonum ipſarum Monialium, ſecundum omnes. Vnde non præcipit ſtatutum, vt nemo ſcribat verba inhoneſta vt ſic, ſed vt nemo ſcribat Monialibus, & cōſequenter id, quod intendit lex prohibere, ſeu intentio legis in caſu noſtro eſt vt quis non ſcribat Monialibus tantum, non vero prohibet vt ſimpliciter non ſcribat cuicumque inhoneſtè. Et conſequens mens ſtatuti amplectitur Moniales, & Moniales excludi non poſſunt à tali ſcriptione inhoneſta. His poſitis.

4 Probatur reſponſio. Nam votum, ſiue voluntas, & conatus voluntatis faciendi, ſi nō eſt peruentum ad factum, non habetur pro facto quoad incurrēdam excommunicationem ipſo iure latam. Nauar. in cap. quis non dicam de pœn. diſt. 1. nu. 2. & ſequent. & lib. 5. conſil. de ſent. excomm. conſil. 19. in veter. Sed ſcriptio in caſu noſtro non peruenit ad factū, quia non peruenit ad Moniales, quas per ſe reſpicit ſtatutum noſtrum, vt in ſecundo ſuppoſito: ergo ſcriptio hæc nō habetur ꝓ facta, & cōſequenter non eſt contra noſtrum ſtatutum cap. Hæc autem verba de pœn. diſt. 1.

5 Confirmatur, quia quando legiſlator, vel alius præcipiens petit in transgreſſione non ſolum effectum intrinſecum præcepti, ſed etiam extrinſecum, tunc non ſufficit ponere vnum, & non alium, ad hoc vt talis ſit transgreſſor formaliter; patet hoc in l. ſi Barſatorē C. de fideiuſſor. vbi habetur quod qui promiſit inuenire latronem, non ſatiſfacit inueniendo, ſed eum captum iudici exhibere debet; ſed in caſu noſtro ſtatutum non ſolum vult ſcriptionem ad Moniales, ſed etiam receptionem ipſius epiſtolæ, vt patet: nā ſic offenditur Monialis in anima: ergo talis in caſu noſtro non incurrit in cenſuram.

Dices primo, quod verba legis ſunt cum effectu intelligenda l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quiſque iuris &c. cap. hæc autem verba de pœnit. diſt. 1. ſed miſſio in caſu noſtro eſt effectus intrinſecus: ergo quando talis litteras miſit, habetur effectus intrinſecus cōpletus; finis autem extrinſecus legis non cadit ſub lege, ſecundum omnes.

6 Sed contra eſt. Nam verba legis ſūt intelligenda cum effectu adæquato, nō vero intentato tantum, ſeu inadæquato; finis enim adæquatus in caſu noſtro (ſecundum mentem legiſlatoris, non ſecundum verba, & mens non verba ſunt attendenda in obſeruantia legis, vt in dixi in primo ſuppoſito) eſt miſſio cum diſturbatione, ſeu cum periculo diſturbationis Monialis, vt dixi in ſecundo ſuppoſito: hinc eſt, quod miſſio tantum ſine diſturbatione, ſeu periculo diſturbationis Monialis eſt finis intētatus, & inadęquatus prohibitionis legis, & cum ſit finis intentatus, & non conſummatus, conſequenter nō comprehenditur talis intentans in caſu noſtro.

Dices ſecundo, quod hic talis nihil de nouo committit ex eo, quia epiſtola peruenit, vel non peruenit ad monialem, & ſic non differt peccatum peruentionis ad monialem, vel non peruentionis; & conſequenter ſi poteſt abſolui qui ſcripſit, & miſit epiſtolā ad monialem, ſi ad hanc non peruenit: poterit etiam abſolui ſi peruenit, vel ſi nō poteſt in hoc ſecundo, neque poterit in primo.

7 Reſpondeo, quod de nouo committit, quia actum peccaminoſum cōſummauit, ſi peruenit; & ſi non peruenit, peccatum diſturbationis monialis di-

citur tantum intentatum, & non conſummatum. Sicut enim qui ſclopum explodit ad finem occidendi hominẽ, poſt exploſionem nihil habet, quod de nouo addat ad peccatum ſuum, tamen ſi pila ænea ad hominem non peruenit, & eum non occidit, hic non dicitur reus homicidij patrati, ſed intentati tãtum. Vnde ſi eſſet caſus reſeruatus homicidium, hic talis non incideret in caſum reſeruatum vt patet, ſic in caſu noſtro; qui enim peccatum conſummat, non committit plura peccata, ſed punitur pro pluribus, quia ex pluribus factus eſt peccator, non quod illa plura faciant diuerſa peccata inquit Durandus 2.ſent.diſt.42.q. 2. in explicat. num.2.pag.200.col.2.circa med.

Dices tertio, quod ſaltem talis incidit in caſum noſtrum, ſi contentum in litteris inhoneſtis à perſonis fide dignis ſit relatum moniali, ad quam litteræ fuerunt miſſæ.

8 Reſpondet Merolla l.c.nu.602.verſ. cæterum &c.cum Zerula in praxi Epiſcoporum 2. p. verb.Excommunicatio dub.8. Quod is qui litteras, ſeu contẽtum in litteris retulit eſt idem, ac qui tranſmiſſus fuerat à principio, vt litteras inhoneſtas ferret, tunc incidit talis mittens in caſum noſtrum; non quia litteras miſit, ſed quia miſit internuntium de rebus obſcœnis ad monialem, quæ miſſio æquè eſt interdicta ſub pœna excommunicationis. At ſi talis referens moniali non ſit miſſus à tali ſcribente, tunc ſcribens nullo modo incidit in caſum noſtrum, quia vere non tranſmiſit nuntium, & litteræ non peruenerunt ad monialem &c. Idem ſenſit Sanchez in ſumma lib.6.cap.15.nu. 17.Bonacin.l.infra cit.verſ.Hinc patet. Barboſa de poteſt.epiſc.alleg. 102. teſte Alphonſ.de Leon.de cenſur.recollect.4.verb.Monialibus ſui ordini ſubditis, pag.357.

9 Vnde Bonac. de clauſur. q.3.punct. 2.num.6.verſ.His non obſtantibus &c. mordicus defendit noſtram concluſionem. Tum quia hæc videtur mens, & intentio ſuperioris ſcribere prohibentis. Tum quia licet effectus extrinſecus regulariter loquendo non cadat ſub prohibitionem, nec ſit illius materia, ſed potius finis; nihilominus ſub prohibitionem cadit, & illius materia cẽſetur, quoties ſuperior illum expreſsè, vel tacitè petit arg. l.ſi Barſatorem C. de fideiuſſoribus &c. Ita Nauarr.lib.5. de ſent.excomm.conſil.19.Sanchez in ſumm.lib.6.cap.15. num. 117. Rodriquez tom.1.q. 45. art. 3. Miranda in tract.de monialibus q.4.art.5.

10 Et Suarez de cenſ.diſp.44.ſect.2.n.2. ſic ſcribit, Pœna ipſo iure impoſita, nõ incurritur, niſi per delictum conſummatum; nec ſufficit inchoatum, etiam ſi peruenit ad actum propinquum, vt notauit Panormitanus in cap.1.de eo qui mittit in poſſeſſ.num.13.citans Ioanuẽ Andream in regul. in pœnis de regul. iur. in 6. ex qua regula id ſufficienter probatur, quia pœnæ non ſunt extendendæ, ſed coarctandæ ad proprietatẽ verborum legis. Sumi etiam poteſt optimum argumentum ex cap. perpetuo de elect.in 6.item ex cap.1.de homic.in 6.ibi, Quamquam mors forſitan ex hoc non ſequatur. Nam quia ibi Pontifex voluit extendere pœnam ad homicidium intentatum, etiam non ſequuto effectu, ideo id expreſſit; ſignificans, vbi hoc non exprimitur, non habere locum talem extenſionem. Atque hæc ſententia communiter recepta eſt: Sumitur ex D. Thom.1.2.q.20.ar.5.ad 4.iũcta doctrina eius in 2.2.q.64. ar.7. ad 3.& art.8.ad 2.Soto lib.5.de iuſt.q. 1.ar.4.& in 4.diſt.25.q.1.art.3.Sylueſt. verb.Homicidium 3.nu.2.Armil.verb. Irregularitas num. 2. Nauarr. cap. 27. num.223.Couarr.in clement. Si furioſus 2.p.in princip.num.5. vbi alios refert Antoninus 3.p.tit.28.cap.2.Panor. ſup.& in cap. Qui clerici vel vouentes &c.Hæc Suarez ibi.

Quæ doctrina procedit in caſu noſtro. Nam quãdo voluit obligare ſubditos noſter Archiepiſcopus ſe explicauit, vt in ſumminiſtrãtibus vene-

na

na, vel conficientibus &c. & effectus adhuc non eſt conſummatus: ergo &c.

SVMMARIVM.

Falſum eſt mutatio veritatis cum dolo, & alterius damno. n.1.

Mutatio veritatis ſiue doloſa, ſiue non, ſiue cum damno, ſiue ſine dicitur falſitas, ſed nõ falſitas requiſita in caſu prædicto reſeruato. n. eodem.

Falſitas non committitur ſine dolo, aut ſine damno. n. eod.

Mendacium, quod nemini nocet, dicitur nugatorium, & non pœnale. n. eod.

Falſitas in caſu expreſſo reſeruato debet eſſe in iudicio, id eſt pœnes acta, & cum iuramẽto. n. eod.

Qui amiſſam ſcripturam de nobilitate, hæreditate, debito &c. ſimilem confingit eſt falſarius, & peccat contra iuſtitiam legalem, non verò commutatiuam: non tamen incidit in caſum reſeruatum. n.2.

Teſtis pecunia inductus ad veritatem dicendam punitur pœna falſi, ſecundum aliquos DD. etſi alij oppoſitum ſentiãt; non tamen incidit in caſum reſeruatum. n.3.

Pretium acceptum pro teſtificatione veritatis tenetur teſtis reſtituere; niſi detur ad animum ipſius alliciendum, vt liberius deponat; aut dans ex mera liberalitate donet, vel accipiat poſt factam teſtificationem & nulla præceſſerit promiſſio, aut pactio. nu.4.

Teſtis, qui facit, quod ex ſua depoſitione verum non appareat, dicitur falſus: quando iurauit dicere veritatem in tota cauſa; non tamen comprehenditur in caſu noſtro. n.5.

Teſtis, qui in vno capitulo verum non dixit, etſi in omnibus verum expreſſit, pro falſo æſtimatur; nam vnico fundamento nititur, quod eſt iuramentum, vnde ſi periurus eſt in vno, ei fides non habetur in reliquis. Quod verum eſt etiam ſi in circumſtantijs non neceſſarijs falſum dixit; ſi tamen iurauit dicere veritatem in omnibus, de quibus erit interrogatus. n.6.

Teſtis, qui prius depoſuit, & poſtea iurauit, exiſtimatur falſus, non tamen comprehenditur in caſu noſtro. n.7.

Teſtis credulitatis, id eſt, qui rationẽ ſui dicti non aſſignat, etſi falſum dicat, non punitur pœna falſi, ſed tanquam temerarius. nu.8.

Iudicium dicitur à iure dicendo; profertur. n. quod iuſtum eſt cum auctoritate per ſententiam; & eſt in caſu noſtro cauſa in diſcuſſione poſita. n.9.

Notarius, ſiue alia publica perſona inſtrumẽtum, vel aliam ſcripturam cælans, & negans, punitur pœna falſi; non tamen ſi in ſenectute negaret inſtrumentum rogatum in iuuentute, vel ſi ſoli aduerſario negaret, vel ſi cælaret inſtrumentum inualidum; ſicut nec etiam fur cælans ſcripturas ad furtum committendum punitur pœna falſi. n.10.

Iudicium aliud eſt Eccleſiaſticum in quo conueniuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, aliud ſæculare in quo conueniuntur ſæculares; poteſt tamen clericus actor coram iudice ſæculari reconueniri coram eodem iudice. num.11.

Clericus, falſum malitioſè deponens coram iudice ſæculari in graue damnum tertij, ſed non in cauſa reconuentionis, ſi ſine licentia Epiſcopi deponit, non incidit in caſum noſtrum; ſecus ſi de licentia Epiſcopi. num.12.

Malitioſè deponere eſt doloſè deponere, doloſè verò deponere, eſt deponere data opera. num.13.

Dolus eſt machinatio cauſa decipiendi aliquem, dum aliud agitur, aliud ſimulatur. num. eod.

Iurans falſum in iudicio cum damno tertij inaduertenter, vel ignoranter, nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, nec ſe retractare tenetur cum graui damno proprio; quod ſi retractationem profuturam ſperabit, tenetur ex lege charitatis ſe retractare, non tamen reſtituere: ſecus ſi malitioſè deponeret, cum tunc teneatur ſe retractare etiam cum æquali damno. n 14.

Falſum deponens in iudicio ex vi tormentorum non dicitur malitioſè deponere. num. eodem.

Triplici modo poteſt quis in iudicio deponere, nempè per Accuſationem, Denunciationem, & Teſtificationem. n.15.

Accu-

Accuſatio eſt delatio criminis in libello ad publicam vindictam legitima interueniẽte ſubſcriptione; quæ differt à denunciatione, cum hæc non fiat in libello, nec ad publicam vindictam, nec cum ſubſcriptione; ſicut etiam differt à querela, cum hæc nudis tantum fiat verbis. n. eod.

Quinque requiruntur conditiones in accuſatione. Prima eſt vt fiat in ſcriptis, Secunda vt adſit nomen accuſatoris, & accuſati, Tertia ſpecies delicti, Quarta vt apponatur locus, & tẽpus cõmiſſi criminis, Quinta vt adſit ſubſcriptio accuſatoris, qua ſe obligat ad ſimilem pœnam ſubeundam, quæ tamen hodiè non eſt in vſu, niſi tãtum in crimine ſimoniæ. n. 16.

Quilibet de Iure communi accuſare poteſt, niſi ab ipſo iure prohibeatur, multi tamen ob multas cauſas accuſare non poſſunt: hodie vero, quia Iudex ex officio per inquiſitionem procedit, querelæ ab iſtis porrectæ, qui de iure accuſare non poſſunt, nunquam reyciuntur, n. 17.

Denunciatio ſecundum Canoniſtas eſt quatruplex, nempè Euangelica, Canonica, Iudicialis, & Regularis: ſecundum Theologos duplex, vna qua crimen defertur Prælato tanquam Patri, altera qua crimen defertur Prælato tanquam Iudici. n. 18.

Denunciatio Paternalis à Iudiciali differt, cum illa ob priuatam proximi emendationem fiat, hæc autem fit, vel ad publicã vindictã, vel ad condignam proximi læſi ſatisfactionẽ, ſiue ad indignos ab officio repellendos &c. n. 19.

Proximum emendatum non debemus denunciare paterna denunciatione; ſecus dic de iudiciali denunciatione. n. eod.

Aduocati, ſiue ſyndici fiſcales quamuis accuſare non poſſint, ad denunciandum tamẽ, ſiue in foro ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico admittuntur. n. eod.

Conditiones requiſitæ ad accuſationem requiruntur etiam ad denunciationem, excepta ſubſcriptione n. 20.

Falſum denuncians ſuperiori tanquam Patri non incidit in caſum noſtrum; ſecus vero ſi falſum denunciaret ſuperiori tanquam Iudici in graue damnum tertij, vel contra innocentem. n. 21.

Deponere per teſtificationem eſt probare delictum per teſtis depoſitionem; eſt enim teſtis rei geſtæ probator, quam vt probet ſui dicti rationem reddere debet. n. 22.

Ratio qua teſtis dictum probare debet, eſt vel quia vidit, vel quia audiuit, vnde nõ ſufficit vicinitas, vel conſanguinitas in criminalibus, licet in ciuilibus ſufficiat: nec ſufficit credulitas, cui fides adhibenda non eſt, etſi magnam faciat coniecturam. num. eodem.

In leuioribus cauſis dicto vnius tantum teſtis puniri ſolent delinquentes; quamuis abſolutè vnicus, ſiue ſingularis teſtis in iudicio nihil probet. n. 23.

Vnicus teſtis vt ad torturã inditiet debet eſſe probatæ vitæ, & omni exceptione maior, imò quamuis ſit omni exceptione maior, ſi non concurrunt alia inditia, neque eſt ſufficiens ad torturam. n. eod.

Teſtis ſingularis ſine vlla exceptione ſemiplenè probat, cui Iudex credere debet, quando aliæ concurrunt coniecturæ. n. 24.

Vnicus teſtis plenè probat de rebus à ſe geſtis, vel in materia liquidationis fructuũ, quia cum hæc ſit difficilis probationis, ad ipſam leniores ſufficiunt probationes; ſicut etiam plenè probat contra ipſummet producentẽ, vel ſi coniungatur cum ſocio criminis, vel cum fama, & alijs coniecturis vehementibus in criminalibus. Imò in triginta alijs caſibus à DD. enumeratis plenè etiam probat. n. 25.

Duo teſtes vt plenè probent, debent in iudicio iurare, quod aſſerunt, & eſſe cõteſtes, id eſt, debent conuenire in loco, & tẽpore cõmiſſi delicti, & in eius circũſtantijs; quod ſi non conueniunt, dicuntur teſtes ſingulares, non verò conteſtes. n. 26.

In cauſis fidei ad reum torquendum ſufficit vnicus teſtis ſingularis omni exceptione maior, quãdo reus eſt bonæ famæ; quod ſi ſit malæ famæ, ſufficit etiam ſi non ſit omni exceptione maior: dummodo non ſit ipſo iure inhabilis, vel alios non patiatur defectus. n. eod.

Duo teſtes omni exceptione maiores teſtificãtes de duobus actibus hæreticalibus diuerſis, quamuis non ſint conteſtes, plenè probant, & reum conuincunt; ſicut etiam in

cauſis

cauſis ciuilibus, vel criminalibus, ſi ad vnum finem tendunt.n.eod.

Duo teſtes vt plenè in iudicio probent, debent eſſe idonei, euiuſmodi non ſunt Mulieres, Minores 20. annorum, Inimici, Cõſanguinei omnes vſque ad quartum gradũ, Affines, Domeſtici actoris, Infames iure, vel facto, Periuri, Socij criminis, & Homines viles.n.27.

In cauſis fidei, non tamen in fauorem haretici, hi omnes admittuntur, præterquam Inimicus capitalis, cui nec etiam in articulo mortis eſt eredendum; quod ſi non ſit capitalis, admittitur vti diminutus, ſicut etiam vti diminutus admittitur amicus ſtrictus, vel conſanguineus inimici capitalis. num. eod. & 28.

In cauſis fidei depoſitio vnius inhabilis ſine alijs adminiculis non ſufficit ad torturã; duorum verò ſufficit tam ad torturam, quam ad pœnam extraordinariam; ad ordinariam tamen tres ad minus debent eſſe conteſtes.n.28.

Filius contra patrem in cauſa fidei admittitur in ſubſidium tantum, & non coactè. n.eod.

Teſtes minus idonei admittuntur tanquam idonei, quando delictum eſt commiſſum eo loco, & tempore, quo alij teſtes haberi non poſſunt; ſicut etiam admittuntur ad probãdam innocentiam rei.n.29.

Innocent dicitur qui non nocet, nec nocere vult, & idem eſt ac ſimplex, & iuſtus, quãuis aliquando pro ſtulto ſumatur.n.30.

Tres ſunt innocentiæ gradus. Primus eſt malum non facere. Secundus facientibus non conſentire. Tertius peccantes corrigere ſi poteſt.n.eod.

Innocent dicitur non tam ſimplex, ſed qui non ſimpliciter eſt ſimplex, vti eſſet qui verbis, & maledictis cauſam daret alteri, vt iniuſtè aggrediatur; nam in ordine ad aggreſſionem talis inuaſus dicitur innocens.n.31.

Adulter, quamuis ſit cauſa vt ipſum maritus adulteræ aggrediatur, tamen cum ius ſe defendendi non amittat, licitè poteſt cum moderamine inculpatæ tutelæ ſeipſum, & adulteram defendere virum occidendo. n.eod.

Innocens etiam quis dicitur ſecundum allegata, & probata, quamuis occultè ſit nocẽs ſecundum rei veritatem, vel è contra: & hic innocens poteſt ad vitam ſuam defendendam falſum teſtem, accuſatorem, cuſtodes ad vitam tollendam occidere: dummodo talis occiſio neceſſaria videatur. n.32.

Poteſt Innocens iniquum accuſatorem, vel falſos teſtes ad duellum prouocare, vel oblatum acceptare, cum non ſit verè duellũ, ſed ſpecies quædam defenſionis, dummodo id faciat ad honorem, vitam, vel res familiares in notabili quantitate tuendas. n.eod.

Innocens ſi contra falſum teſtem, vel accuſatorem falſum crimen obyceret falſis teſtibus, non peccaret niſi venialiter, præciſo iuramento; quod ſi illos ad iurandum induceret, peccaret quidem contra religionẽ, non contra iuſtitiam.n.eod.

Aggreſſus aggreſſorem occidens, quãuis graue damnum illi inferat, non peccat; ſicut nec peccat qui clam bona à ſuo debitore accipit, cum ſit compenſatio quædam. num. eodem.

Iudex non poteſt priuare vita innocẽtes probatos nocentes, quamuis priuare poſſit publicis officijs, vel bonis; quãdo vero iſti innocentes bonis ſpoliantur, poſſunt occultè compenſare, non tamen ſi publicis officijs ſpoliantur.n.33.

Damnum dicitur à diminutione patrimonij, & eſt quando aliquid decreſcit de noſtro patrimonio nobis neſcientibus.n.34.

Iactura eſt quando, vel diminuitur patrimonium, vel incrementum lucri deperditur nobis ſcientibus.n.eod.

Pauperies eſt damnum ſine iniuria nobis illatum; damnum enim cum iniuria dicitur ſimpliciter damnum.n. eod.

Graue damnum fit per materiam ſufficientẽ pro peccato mortali; in materia tamen dãni illati non datur quantitas notabilis, niſi in ordine ad perſonas contra quas fit, ita vt illa dicatur notabilis quantitas, de qua rationabiliter, & notabiliter eſt inuitus dominus; ſicut etiam quæ magnam ruinã, & damnum affert rei familiari.n.35.

Quantitas, quæ notabiliter dominum offendat, quanta eſſe debeat, quamuis à DD. de-

determinari non poſſit,ſtatui tamen debet arbitrio prudentum pro varia conditione temporum,locorum,& perſonarum. n. 36.

Quod cenſetur notabile reſpectu vnius, reſpectu alterius non cenſetur tale; & quod in vno loco æſtimatur,in alio paruipenditur.n.eod.

Ad incurrendam excommunicationem pro damno illato non ſufficit materia apta ad conſtituendum peccatum mortale, ſed debet eſſe materia nõ vulgaris,nec leuis,nec parua.n.37.

Voluntas Principis ſemper præſumitur talis, qualis eſt intentio iuris.n.eod.

In Diœceſi Neapolitana in materia damni illati non fulminatur excommunicatio,niſi damnum aſcendat ſummam 50. aureorum in ordinarijs perſonis, & 10. in pauperibus; & hoc ſiue damnum ſit illatũ ab vno,ſiue à pluribus.n.eod.

Teſtis deponens falſum in iudicio in alterius damnum non incidit in hanc excommunicationem reſeruatã,niſi damnum illatum aſcendat ſupradictam ſummam.Poſſet tamen Epiſcopus, ſi vellet, pro minori ſumma excommunicare,dummodo aſcendat ad peccatum mortale.num.eod.

RESOLVTIO XLVII.

Si in aliqua Diœceſi reſeruatio fieret his verbis. Omnes, qui falſum in iudicio malitiosè depoſuerint contra innocentem in cauſa criminali, vel ciuili in graue damnum alterius ſint ipſo facto excõicati. Quomodo hæc verba eſſent intelligenda?

1 PRo intelligẽtia.Nota primo,quod falsũ eſt in caſu noſtro mutatio veritatis cũ dolo,& alterius dãno; vt bene Syluester verb. falſarius nu. 1. Layman. lib.3. de inſt.tract.3.parte 1. cap. 4.num. 1. Etſi enim verum ſit, quod omnis mutatio veritatis ſiue doloſa, ſiue non, dicitur falſitas, l.ſi is,qui ducenta §.verum ff.de rebus dubijs. Sicut etiam ſi fiat cum dolo, ſed ſine dãno alterius, vt in Auth. de inſtrum. caut. & fide §. 1. Tamen caſus noſter comprehendit falſitatem tantum, quæ dicat dolum, & damnum alterius, & quod in iudicio ſit expreſſa.Si.n.quis veritatem mutet ſine dolo, non mutat malitioſe; ſi ſine damno,non mutat in graue damnum; ſi extraiudicialiter, non eſt mutatio veritatis in iudicio, & ideo talis non incidit in caſum noſtrũ. Tanto magis, quia notiſſimũ eſt apud omnes, quod falſitas non committitur ſine dolo,l. nec exemplum, l. quis decurio,& ibi Cyn.C.ad l.Corn.de falſis, Canoniſtæ omnes in cap.cum Ioannes de fide inſtrum. Pariſius conſil. 169. num.88.lib.4. Grammat. decis. 60.nu. 7.& in conſil.23.num.6.in fin.Soccinus iunior conſil.37.num. 28.lib.2. Menochius de arbitr.iudic.lib.2.cent.4. caſu 309.num.1. & de præſumpt.lib.5.præſump.20.num.51.Nec ſi fiat ſine damno tertij,Bar.in l.damus notab.1.C.ad l.Corn.de falſis, & notat Baldus in l. fin.ff.quod falſ.tuto.aucto.Quod ſi teſtis falſum deponat, ſi talis teſtificatio nemini noceat,non debet Iudex talem teſtem punire de falſo, gl.& DD. in d. l.damus,Graff.de caſ.reſeru.lib.1. cap. 17.nu. 12.Mendacium enim,quod nemini nocet, cenſetur nugatorium, & nõ pœnale inquit Salicet. in l.fundum cuius, §.fin.ff.de euict.& in auth.cõtra qui propriam C.non numer.pecun.refert Iaſon 2.vol. conſil.153. Hæc falſitas comprehenſa in caſu noſtro debet eſſe in iudicio expreſſa .i. apud acta,& cum iuramento.Anchar.in cap.1.extra de crimine falſi,Graff.de caſ.reſer.cap. 17.num.3.

2 Hinc eſt,quod qui amiſſam ſcripturam de debito, nobilitate,hæreditate, &c. ſimilem confingit, eſt falſarius,& peccat mortaliter, cum in hoc rempublicam offendat, etſi iuſtitiam particularem non lædat; & propterea ad nullam tenetur reſtitutionem, vt optimè Sà verb.falſarius num. 2. Layman.lib. 3.de iuſt.tract. 3.parte 1.cap.4.num.3.

Tamen

Digitized by Google

Tamen non incidit in caſum noſtrum. Tum quia non eſt depoſitio iudicialis, vt infra dicam. Tum quia non eſt in damnum tertij, eum omnia in tali falſificata ſcriptura vera ſint.

3 Sic etiam teſtis, qui veritatẽ dicit in iudicio, ſi ad hanc veritatem dicendã inducitur pecunia, punitur pœna falſi can. qui rectè 11. q. 3. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis, & ibi Marſil. nu. 5. Abbas in cap 1. de crimine falſi, & ibi Felynus, & in cap. licet cauſam nu. 30. de probat. Iaſon in l. Diuus nu. 27. de re iud. & hanc eſſe communem teſtatus eſt Didacus in cap. quamuis pactum parte 1. §. 7. num. 5. de pactis in 6. Marſil. ſing. 353. Etſi oppoſitum ſentiat Menochius de arbit. iud. lib. 2. centuria 4. caſu 310. num. 5. cum talis re vera non immutet veritatem, in quo conſiſtit falſitas, maximè ſi talis teſtis palam pecuniam accipiat, tunc enim non præſumitur falſus, neque corruptus, vt voluit Bald. in cap. fin. poſt nu. 11. verſ. iuſta prędicta de appell. & Decius conſil. 189. col. 8. poſt nu. 13. verſ. item dicitur Maſcard. de probat. concl. 312. num. 14. Et ideo talis non incidit in caſum noſtrum; quia, etſi teſtimoniũ falſum æſtimetur, cum teſtimonium venale non ſit veritatis teſtimonium can. non ſanè 14. quæſt. 5. quia tamen verum dixit, non depoſuit falſum in iudicio, ſicut requirit ſtatutum noſtrum reſeruationis Graff. de caſ. reſer. lib. 1. cap. 17. num. 35. Naldus verb. falſum num. 2.

4 Pretium tamen aeceptum pro tali iuſta teſtificatione tenetur reſtituere talis teſtis, ſi accipiat tãquã ex iuſtitia, vt benè Leſſ. lib. 2. cap. 14. dub. 9. n. 65. quia etſi non teneatur ex iuſtitia teſtificari, tamen ſi teſtificari velit, tenetur ex iuſtitia gratis verum teſtificari l. 3. §. lex Iulia ff. de teſtibus, & quod tenemur ex iuſtitia facere, venundari non poſſumus l. 4. §. ſi tibi ff. de condit. ob turpem cauſam. Secus uero dicendum eſt, ſi pretium accipiat teſtis ratione laboris, expenſarũ, vel ob cætera huiuſmodi pretio æſtimabilia cap. ſtatutum §. proferendo teſtimonio, de reſcriptis in 6. can. venturis 4. quæſt. 3. l. quoniam liberi C. de teſtibus Decius conſil. 189. num. 12. Menochius l. c. num. 10. Leſſ. l. c. ſicut etiam putat Diana 3. par. tract. 6. reſol. 4 & Suarez in Enchiridion caſuũ conſcientiæ lib. 5. §. cui reſtituendum verſ. quod accepiſti, & lib. 10. §. iudicium, verb. Iudex poteſt. Quod ſi detur ad animum teſtis alliciendum, vt liberius deponat, aut dans ex mera liberalitate donet, tunc non tenetur ad reſtitutionem talis teſtis. Sicut nec tenetur ad reſtitutionẽ, ſi aliquid accipiat poſt teſtificationem, dũmodo non præceſſerit promiſſio. Ita Menochius l. c. num. 11. ex Marſilio in l. 1. num. 7. de falſis.

5 Sic etiam teſtis qui facit, quod ex ſua depoſitione verum non appareat, dicitur falſus Iaſon in l. 1. n. 10. ff. ſi ex noxali cauſ. agatur, nam de veritate interrogatus eam occultauit, & iurauit dicere verum in tota cauſa, vt ſupponimus cap. 1. de crim. falſi, ibi, Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia, & ille prodeſſe nõ vult, & iſte nocere deſiderat. Bartol. in Auth. de teſtibus per gl. ibi, Bald. in l. presbyteri C. de Epiſcopis, & Cler. & in l. vbi exigitur §. dolo ff. de edendo, Maſcard. de prob. concl. 745. num. 13. Et tamen non cõprehenditur in caſu noſtro, nam talis non depoſuit falſum, ſed verum cælauit, & in caſu noſtro requiritur expreſſio falſi, vt patet, quæ eſt mutatio veritatis, & qui amphybologice loquitur, veritatem non mutat, ſed ambiguitate cælat, vt patet. Graff. de caſ. reſer. lib. 1. cap. 17. num. 19. verſ. Quod ideo &c.

6 Sic etiam teſtis, qui verum dixit in omnibus capitulis, ſed in vno capitulo, vel in aliqua parte capituli dixit falſum, totum examen falſum reddit, ſiĩ omnes teſte Maſcardo concl. 743. à num. 1. & 1043. num. 9. & ratio affertur in cap. fraternitatis, & ibi Anch. de hæret. Quia dictum teſtis ſemper eſt

vnicum, quia vnico fundamento nititur, ſcilicet, iuramento, l.iuriſiurãdi C. de teſtibus, & ideo dictum teſtis dicitur vnicum, quia vnicam habet formalitatem veritatis; cum tota ſua veritas fundetur in iuramento arg.l.cum eiuſdem ff. de ædil.edicto. Oltrandus conſ. 37.in princ. Imo ſi iurauit dicere veritatem ſuper omnibus, de quibus fuerit interrogatus, ſi falſum commiſit ſuper circumſtantijs, etiam non neceſſarijs, totũ eius examen eſt nullum, & redditur falſum. Maſcard. conc.743.nu.12. Et talis teſtis falſus præſumitur, etiam ſi ignoranter particulam illam falſam deponat; quia in foro fori præſumitur ſcienter depoſuiſſe, sm̃ Maſcard. l.c. à num. 7. & nonnullos alios. Et tamen talis non incidit in caſum noſtrum, cũ non deponat malitioſè, vt fuſius infra dicam.

7 Sic etiam ſi teſtis prius deponat, & deinde iuret, quamuis verum dicat eius dictum falſum dicitur, sm̃ Bart. in l.iuriſiurãdi C. de teſtib. Clarus §. falſum n.11. in ſua praxi citatus à Graff. de caſ. reſer.lib.1.cap. 17. num. 26. & tamen non comprehenditur in caſu noſtro. Tum quia verum dixit in conſcientia. Tũ quia non depoſuit contra innocentem, ſed nocentem, vt ſupponimus. Addo, quod Iura punientia falſum teſtem loquũtur de periuro, vt in cap. Noſtra, extra de procurat.

8 Teſtis tamen credulitatis, ideſt, qui deponit his verbis, Scio certè &c. non aſſignans rationem de tali dicto. Vel hoc eſt verum, quia ſic credo &c. cum ſit teſtis non concludens, etiamſi falsũ dicat, non punitur pœna falſi, ſed dicitur teſtis temerarius, & ſic vt temerarius eſt puniendus Carena de officio inquiſ.p.3. de teſtibus titul. 6. §. 10. à num.83.

9 Nota ſecundo, quod Iudicium dictũ eſt à Iure dicendo, quia in eo, quod iuſtum eſt cum anctoritate profertur per ſententiam. cap.forus de verb. ſignific. l.nemo C.de ſentẽt. & interlocut. omnium iudicũ. Eſt enim iudiciũ in caſu noſtro, cauſa in diſcuſſione poſita; nã cauſa non eſt aliud, niſi materia, & origo negotij, ne dum diſcuſſionis examine patefacta, quæ dũ proponitur, cauſa eſt: dum diſcutitur, iudicium: dum definitur, iuſtitia cap. forus de verb. ſignif. & ideo optimè dixit Graff. de caſ. reſeru.lib. 1.cap. 17.num.3.ex Anchar.in c.1. extra de crimine falſi; quod depoſitio in caſu noſtro debet eſſe penes acta, & cum iuramento; ſic enim cauſa diſcutitur.

10 Hinc fit, quod Notarius qui protocollũ ſuum cœlat, & alia publica perſona rogata de aliqua ſcriptura, illam negat, punitur de falſo l.Paulus §. 1.ff. de falſis l.eum qui C. de falſis. Baldus, Alex.& Purpurat.in l. qui accuſare C. de edendo. Marſilius in rubr. C. de probat.num.80. Boerius q.292.num.5. Felin.in cap.accepimus col. vltim. de fide inſtrum. Non tamen punitur pœna falſi, ſi ſenex effectus neget inſtrumentum ab ipſo rogatum tempore iuuentutis Ang. in §. ſi autem in Auth. de trien. & ſemiſ. Purpurat. in d.l. qui accuſare num. 8. C. de edendo. Sicut nec punitur pœna falſi, ſi cælat ſcripturam ſoli aduerſario, alijs vero omnibus oſtendit. Bart. in l.3. §. ſi quis dolo ff.de tab.exhib. Decius in cap. 1.num. 58.in fin.de probat. Purpurat.l.c. verſ. Secundo limitetis &c. Boerius l. c.nũ. 7. ſicut fur qui ſcripturas occultat ad furtum committendum, non punitur pœna falſi. Nec aduerſarius occultans ſui aduerſarij ſcripturas, & rationes punitur pœna falſi. Nec etiam punitur pœna falſi, qui occultat inſtrumentum inualidum, quod nocere nemini poteſt. Vide Menochium de arbitr.iud. lib.2.centur. 4. caſu 311.per totum. Tamen iſti falſarij, non incidunt in caſum noſtrum, quia talis negatio fuit facta extraiudicialiter, vt ſuppònimus (nam ſi fuit facta in iudicio dicam infra an incidant) etiam ſi facta ſit in graue damnum tertij; nec fuit depoſito de formali. Graff.l.c.n.15.

11 Diuiditur vero Iudicium explicatũ

in

in Eccleſiaſticum, & ſæculare, & cum Actor ſequatur forum rei cap. Si clericus, cap. cum ſit, de foro compet. l. 2. C. de iuriſd. omnium iudicum; hinc eſt quod perſonæ Eccleſiaſticæ agentes contra ſæculares, eos ad forum ſæculare conueniunt; ſicut ſæculares agentes contra Eccleſiaſticos ad forum Eccleſiaſticum conuenire faciunt. Si vero clericus ſit actor coram ſæculari in cauſis ciuilibus, eodem iudicio reconueniri poteſt Gloſ. in cap. 1. verb. Super ſuis, de mutuis petitionibus. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 29. dub. 6. num. 52. Actor enim eligens iudicium pro ſe, debet illud idē recipere cōtra ſe. can. Accuſatores verſ. cuius in agendo 3. q. 8. An in eodem negotio, vel etiam in diuerſo diſcrepant DD. Alias diuiſiones iudicij vide apud DD.

12 Hinc eſt, quod ſi clericus falſum deponat malitioſè cum graui damno tertij coram iudice ſæculari, non in cauſa reconuentionis ſine licentia Epiſcopi non incidit in caſum noſtrum, quia iudex eſt incompetens, & perinde eſt, ac ſi extra iudicium depoſuiſſet. Graff. lib. 1. de caſ. reſer. cap. 17. nu. 31. in fin. Quod verum eſt, etiam ſi clericus conſentiat huic iudici ſæculari ſe ſubmittere can. inoleta, can. placuit 11. qu. 1. cap. Si diligenti, de foro compet. vbi etiam redditur hæc ratio; Quia non eſt beneficium hoc perſonale, cui renuntiari valeat; ſed potius toti collegio Eccleſiaſtico publicè indultum, cui priuatorum pactio derogare nō poteſt. Quod ſi clericus de licentia Epiſcopi coram iudice laico examinatus falſum deponat in graue damnum tertij, &c. incidit in caſum noſtrum; tamen non poteſt puniri ab ipſo iudice laico, ſed eſt remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum, vt benè Afflict. deciſ. 230. Vrſillus ibidem cum Piſano, Proſpero Carauita, Hieronymo de Martino, Puluerino, Aloyſio Riccio, & alijs ibidem.

13 Nota tertio, quod malitioſè deponere idem eſt, ac doloſè deponere, vt optimè obſeruat Graff. lib. 3. cap. 10. n. 1. Dolus vt accipitur in caſu noſtro, eſt Machinatio cauſa decipiendi aliquem, dum aliud agitur, & aliud ſimulatur l. 1. §. 1. ff. de dolo, & quia dolus fit factis, & verbis, ſēp in dolo adeſt fraus, quæ fraus conſiſtit in factis tantum l. iuriſgentium §. dolo malo ff. de pactis. Et doloſè deponere, eſt deponere data opera l. data opera C. de his qui accuſare non poſſunt.

14 Hinc eſt, quod qui inaduertenter, vel ignoranter falſum iurauit in iudicio cum damno tertij non incidit in caſum noſtrum. Ita Bellocchius de caſ. reſer. p. 2. q. 1. num. 346. Merolla diſp. 1. cap. 2. num. 662. verſ. hinc infertur. Quia nullam tenetur commiſit culpam. Imo ad nullam tenetur reſtitutionem de dāno inde ſecuto; quia non tenetur ratione rei acceptæ, cum nihil inde habeat; neque ratione iniuſtæ damnificationis, quia non peccauit mortaliter, vt ſuppono, & damnum illatum ſine culpa nōn obligat ad reſtitutionem, vt alibi dixi cum Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 7. num. 26. Naldo in ſumma, verbo Damnum num. 7. Toleto lib. 5. cap. 18. verſ. Primus &c. Sà verb. Culpa nu. 2. Layman lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 6. Innocent. in cap. ſicuti dignū §. eos de homicid. Abbat. in cap. ſi aggreſſus de iniurijs. Syluestro verb. Reſtitutio 2. diſt. 12. Azor. tom. 3. lib. 4. cap. 7. Molina diſp. 98. num. 6. & etiam ibi hoc totum euidentibus rationibus probaui. Ita etiam ſentit Diana 4. p. tract. 4. reſol. 99. & p. 3. tract. 5. reſol. 105. Nec tenetur cum graui damno proprio ſe retractare, quia dum excuſatur ab offenſa Dei, vt ſupponitur, magis excuſabitur ab offenſa proximi: dixit enim falſum materialiter tantum, non formaliter. Ita Caietanus 2. 2. q. 70. ar. 4. Sotus de iuſt. lib. 5. q. 7. art. 4. ad primum Bellocch. de caſ. reſer. p. 2. q. 1. num. 35. Diana 3. p. tract. 5. reſol. 105. ex Pitignano in pract. crimin. can. de teſtibus cap. 6. fol. 193. Si tamen ſine ſuo detrimento poſſet, & ſperaret retractationem profuturam, tenetur lege charitatis retra-

ctare; ita tamen, vt non obligetur ad reſtitutionem,ſi non retractauerit. Secus vero dicendum eſt ſi malitioſè falſum depoſuerit in iudicio, tunc enim tenetur ſe retractare, ſi profuturum ſperat, etiam cum damno æquali.Leſſ. lib.2.cap.30.dub.7.num.53.imo etiam cum maiori damno,ſecundum nonnullos DD. de quibus vide Dianam p. 3. tract.5.reſol. 105.

Sic etiam dicendum erit, ſi quis falſum in iudicio depoſuerit ex vi tormentorum; hic enim non deponit malitioſè,vt benè Graff.l.c.

15 Nota quarto, quod deponere in iudicio poteſt quis tribus modis, nempè per Accuſationem, per Denunciationem, & per Teſtificationem. Eſt ergo Accuſatio, Delatio criminis in libello accuſatorio ad publicam vindictam legitima interueniente ſubſcriptione. Dicitur delatio criminis, in quo cõuenit cum denunciatione, & querela;denunciatio enim, & querela delationes ſunt criminis; ſed denũciatio eſt delatio criminis, ſed non in libello accuſatorio, nec ſemper ob publicam vindictam, nec fit cum ſubſcriptione legitima,ſicut accuſatio;differt etiam à querela, ſtando in rigore iuris ſcripti, nam querela non ſemper eſt ob publicam vindictam, ſicut accuſatio. Item accuſatio fit in libello accuſatorio oblato, & ſubſcriptione accuſatoris, at querela fit tantum nudis verbis, & iudex ex officio ſuo poſtea procedit ad accipiẽdos teſtes, & informationem contra reum; hodie vero accuſatio prout habet iuris communis ſolemnitates deſinit eſſe in vſu, & loco illius introducta eſt querela verbalis. Dicitur in libello accuſatorio, qui eſt charta quædam cõtinens petitionem, cauſam,& actionem accuſatoris, ad differentiam aliarum delationum,vt dixi.

16 Conditiones ad accuſationem requiſitæ ſunt quinque l. libellorum ff. de accuſat. Prima, vt fiat ſcripto, & ſi fiat verbis,ſtatim debet referri in ſcriptis à notario,ſeu ſcriba. Secunda,vt ponatur nomen accuſatoris, & accuſati.Tertia,ſpecies delicti. Quarta,locus, & tempus,ſcilicet in quo loco, & quo tempore,ideſt,quo anno.& menſe;non vero neceſſe eſt quo die; niſi dies eſſet exprimendus ad finem probandi tali die reum alibi fuiſſe,vt rectè Farin.in praxi criminali 1.q.num.20.& hoc maximè in crimine hæreſis, quando accuſatio porrigitur à procuratore fiſcali, tunc enim non eſt neceſſe expreſſio loci, & temporis præciſi commiſſi criminis, ſed tantum Oppidi, ſeu Ciuitatis, & menſis, ac anni, vide Paran. de origine inquiſit.lib.3.q.9.n.93.Dianam p.4.tract.8.reſol.40.§.Notandum. Quinta eſt,ſubſcriptio accuſatoris, & hac ſubſcriptione accuſator ſe obligat ad pœnam ſimilem ſubeundam,& promittit ſe proſecuturum accuſationem vſque in finem, & producturum teſtes ad probationem delicti;hæc tamen cõditio in foro ſæculari non eſt in vſu. Et in Curia Romana neq;eſt in vſu,teſte Scaccia de iudicijs cap.51.num.13.Excipe in crimine Simoniæ,in quo nullus accuſator auditur, niſi ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis cap. licet nullus de ſimon.cap. dudum il ſecõdo vērſ. Ideo de electione; vel ſaltem ad pœnam extraordinariam ad arbitrium iudicis cap. ſuper his de accuſat. Tamburrin. de iure Abbatum tom.1.diſp. 10. q. 5. num.9.Excipe etiam ſi per calumniam delatio fuit facta, iuxta bullam Pij V. quæ eſt quīta in ordine. Vide Bonac.in 8.decal.præceptum diſp. 10.q.3.punct. 1. num. 2. Azor.3. tom. lib.13.per totum.

17 Quilibet de iure communi poteſt accuſare, dummodo non ſit à iure prohibitus l.qui accuſare ff.de accuſat. Cauſæ vero propter quas multæ perſonæ ab accuſando repelluntur, numerantur in l. qui accuſare, & l. alij, & l. nonnulli ff. de accuſat. Nempè propter dignitatem, vt Clericus, & Miles; propter ſtatum perſonæ, vt Filiusfamilias, & Seruus; propter defectum ætatis, vt Pupillus, & Minor;

nor; propter imbecillitatem ſexus, vt Mulier; propter indignitatem perſonæ, vt Criminoſus, Infamis, Damnatus, & Excommunicatus; propter turpem quæſtum, vt Qui nummos accepit ob accuſandum, vel nō accuſandum; propter defectum fidei, quia ſcilicet lex de eo plenè non confidit, vt Inimicus, qui gerit inimicitiam capitalem, & Pauper; propter reuerentiam ad quam obligatur verſus eum, quem accuſare intendit, vt puta ſi Seruus, aut Libertus, aut Vaſſallus velint accuſare dominos ſuos, vel ſi Laicus velit accuſare clericum; repellitur etiam propter amorem ad quem obligatur, vt Maritus aduerſus vxorem, & Frater aduerſus fratrem. Hæc omnia de Iure communi. At hodie quia ex conſuetudine iudices ex officio per inquiſitionē procedunt, aut per verbalem ſimplicē querelam, aut per denunciationem factam ab alio aduocato, procuratore, ſeu ſyndico fiſcali, querelæ ab alio porrectæ nunquam reijciuntur; etſi ſint exhibitæ ab ijs, qui de iure accuſare non poſſunt. Vnde hodiernæ praxi parum confert ſcire eos, qui de iure communi accuſare non poſſunt; quia hodie querelæ ſunt admiſſæ à iudice, etiam ſi porrigantur ab ijs, qui non poſſunt accuſare; ex more enim poſſunt procedere ex officio ſuo per inquiſitionē ſine querela in quocumque crimine, vt benè Azorius l.c. dubio 6. & ideo etiā capitalis inimicus admittitur ad accuſandum; Vide Dianam 4. p. tract. 8. reſol. 40.

18 Denunciatio vero ſecundum Canoniſtas in cap. Nouit de iudicijs eſt quatruplex v3. Euangelica, quæ eſt ab Euangelio præcepta, Canonica, quæ à Canonibus, Iudicialis q̄ corā iudice fit, & Regularis, quæ à regularibus contra proprios regulares. At ſecundū Theologos eſt duplex, Alia eſt qua crimen denunciatur prælato, tanquam Patri ad emendationem proximi delinquentis, & hæc eſt facienda, ſecundum ordinem inſtitutum à Chriſto Domino in Euangelio Matt. cap. 18. Alia eſt iudicialis qua crimen defertur ad prælatū, tanquam ad Iudicem; vel ad publicam vindictam criminis; vel ad hoc vt pars offenſa competentem ſatisfactionem obtineat; vel ad hoc vt indignus eijciatur ab officio, dignitate, beneficio; vel ne ordinetur, eligatur, inſtituatur, confirmetur; aut ne impeditus canonice matrimonium contrahat, vel contracto vtatur.

19 Differunt vero iſtæ duæ denunciationes ex fine, & natura ſua; nam Prima eſt ad emendationem priuatam proximi peccantis, at denunciatio iudicialis fit ad publicam vindictam criminis, vel ad competentem proximi læſi ſatisfactionem, vel ad remouendum, vel ad non admittendum indignos, vel ad impediendum ne aliquid fiat contra canones, & leges. Hinc eſt, quod quando proximus eſt emendatus, non debemus eū denunciare denunciatione paterna; ſecus vero eſt de iudiciali denunciatione. Et ideo denunciatio paternalis fieri debet, quoad fieri poterit cum minimo detrimento famæ, & honoris delinquentis; propterea Chriſtus Dominus præcipit proximum ſecretè corrigendum, nec procedendum vlterius, ſi ſecrete correptus, & monitus reſipiſcat: ſin minus, vt coram vno, aut duobus teſtibus corrigatur, vt pudefactus reſipiſcat, neque vlterius procedatur; quod ſi neque hoc prodeſſet, denuncietur prælato: quia prælatus vt pater plura, & efficaciora remedia adhibere ſolet ad priuatam emendationē fratris. Secus vero eſt de denunciatione iudiciali, in qua intenditur publica vindicta, ſatisfactio partis læſæ, & obſeruantia legum.

Poſſunt tamen denunciare in foro ſæculari, vel Eccleſiaſtico aduocati, ſeu ſyndici fiſcales ad id deputati, & etiam quicumque alij, qui licet accuſare non poſſint, ad denunciandum tamen admittuntur; nam nunc iudex ex conſuetudine procedit contra reos ex ſuo officio per inquiſitionem in ordine ad quod-

quodcunque delictum.

20 Solitæ conditiones requiſitæ ad accuſationem requiruntur ad denunciãdum, excepta ſubſcriptione; non enim tenentur denunciatores ſe ſubſcribere, quia non tenentur ad pœnam talionis, ſed tantum deferunt in ſcriptis ſuam denunciationem, aut ipſimet narrant eam Notario, qui illis dictantibus illam redigit in ſcriptis. Nec tenentur promittere ſe proſecuturos denunciationem vſque in finem, nec producere teſtes ad probationem delicti denunciati, ſicut accuſatores; & hoc ſecũdum omnes.

21 Cum ergo caſus noſter dicat, qui falſum in iudicio malitiosè depoſuerint; non comprehenditur denunciator paternalis, ſed tantum iudicialis, nam iudicialis tantum ſpectat ad iudicium. Hinc eſt, quod denunciantes malitiosè falſum Superiori tanquam patri, non incidunt in caſum noſtrum; ſecus verò dicendum eſt, ſi Superiori tanquam iudici falsũ malitiosè denũciauerint contra innocentem, vel in graue damnum; tunc.n. verè falſum in iudicio deponũt in graue damnum &c.

22 Teſtis denique dicitur rei geſtę probator; & ſic deponere per teſtificationem, idem eſt ac probare delictum, vel rem geſtam per ſuam depoſitionem; debet tamen ſui dicti rationem reddere, quod ſi rationem nõ reddat, nequaquam probat, l. ſola teſtatione C. de teſtibus. Nec ſufficit pro ratione aſſerere, quod ſit vicinus, vel conſanguineus in criminalibus, quidquid ſit in ciuilibus, Farinac. de teſtib. quæſt. 70. num. 185. Nec ſufficit dicere ſcio certè, vel hoc eſt verum, quia ſic credo &c. quia tunc teſtis eſt de credulitate, & fides ei non adhibetur, etſi maximam coniecturam faciat ad indicandum, vt benè Ludouiſ. deciſ. 427. n. 5. ſed debet dicere ſcio quia vidi, vel quia audiui &c. vt optimè Carena par. 3. de teſtib. tit. 6. §. 10. num. 83 non enim punitur pœna falſi, niſi his verbis vtatur, Carena l. c. Vndè in cauſis criminalibus ad condemnandum aliquem requiruntur duo teſtes omni exceptione maiores, qui ſint fide digni, & nullam patiantur exceptionem, cap. licet vniuerſis, cap. in omni negotio de teſtibus, cap. cum eſſes de teſtamentis, can. quod vero 2. q. 5.

23 In cauſis verò leuioribus ſolent puniri delinquentes dicto vnius. Ità puniuntur dicto ſolius cuſtodis horti, vel ſyluæ ſurripientes fructus, vel ligna. Ità Caietan. 2. 2. q. 70. art. 2. Bannes ibidem, Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 30. dub. 4. n. 31. Abſolutè tamen teſtis ſingularis, ſeù vnicus nihil probat in iudicio, l. iuriſiurandi C. de teſtibus, cap. licet vniuerſis extra de teſtibus, Seraphin. deciſ. 676. num. 1. & 1191. nu. 2. qui citat Ruinum conſil. 146. num. 5. lib. 5. & Natta conſ. 298. in princ. Vndè dictum vnius dictũ nullius dicitur, can. admonere 33. q. 2. vide Azorium p. 3. lib. 13. cap. 27. dub. 7 colum. 964. Couarr. lib. 3. variar. reſol. cap. 3. num. 4. in fin. & num. 5. Iul Clar. lib. 5. receptar. ſentent. in pract. crimin. quæſt. 53. num. 18. 19. & 20 Et regulariter requiruntur duo teſtes, l. vbi numerus ff. de teſtibus, cap. cum eſſes, & cap. relatum de teſtibus, & ibi dicitur, quod de iure diuino duo teſtes requiruntur; & ideo optimè dixit Vrſillus ad 22. deciſ. Afflict. num. 1. & 2. quod neq; Pontifex, neque Imperator poteſt facere, vt vnus teſtis ſufficiat in præiudicium alterius; & iure quidem, cum lex de duobus ſaltem teſtibus in omni negotio ſit iuris diuini, quod eſt altioris ordinis iure humano, ſiuè canonicum, ſiuè ciuile illud ſit; & teſtis vnicus ad hoc, vt ad torturam inditiet, debet eſſe probatæ vitæ, & opinionis, & omni exceptione maior, Capycius deciſ. 127. num. 1. ex Bartol. in l. fin. 3. colum. ff. de quæſtion. & in l. mariti eod. rit. ex Bald. in cap. Sacramentum 2. colum. in princ. de conſuet. rec. feud Imò ſi teſtis ſit vnicus, & omni exceptione maior, & non concurrunt alia indicia, non eſt ſufficiens ad torturam, Grammat. dec. 28. nu. 24. ex Cyno in l. fin. C. de quæſt.

Alex.

Digitized by Google

Alexand. conſil. 89. incipiente viſo themate &c. col. 3. Iaſon in l. Admonendi in verſ. 10. præfata &c. ff. de iureiurando. Marſilio in ſuo ſingulari 313. incipiente. Quando teſtes &c.

24 At teſtis ſingularis ſemiplene probat, ſi eſt ſine vlla exceptione. Iaſon in l. admonendi num. 178. de iureiurando Afflict. deciſ. 12. num. 3. Et teſti ſingulari Iudex credere tenetur, quando cum eius dicto concurrunt coniecturæ, & veriſimilitudines, vt per Bartol. in l. 1. Si idem Cornelio de quæſt. Soccin. iunior conſil. 56. num. 5. lib. 4. & in hoc verſatur Iudicis arbitrium. Menoch. de arbitr. iud. caſu 99. in fin. centuria 1.

25 Poteſt tamẽ vnicus teſtis plenè probare, ſi deponat de à ſe geſtis, maximè concurrentibus adminiculis Scraph. deciſ. 129. nu. 12. ex Gabriele in conſil. 2. de teſtibus in fin. & deciſ. 996. ex Aym. conſil. 73. num. 29. & deciſ. 1163. num. 6.

Sic etiam vnicus teſtis plenè probat in materia liquidationis fructuum Seraph. deciſ. 1132. Eſt enim hæc materia difficilis probationis, & ideo ſtatur arbitrio iudicis. Natta conſil. 510. num. 7. lib. 3. & ſufficiunt leuiores probationes, etiam per coniecturas Bald. in l. 2. num. 2. de fruct. & lit. expenſ. Cornel. conſil. 301. in fin. lib. 1.

Sic etiam vnicus teſtis plenè probat contra ipſummet producentem, teſtatur de communi DD. Gabriel conſil. 1. num. 14. de teſtibus. Surdus deciſ. 284. num. 18. Barz. deciſ. 156. nu. 11. & ideo reprobari nõ poteſt ab illa parte, à qua eſt productus l. ſi quis teſtibus C. de teſtib. Niſi conſtet quod ſit corruptus à parte aduerſa.

Sicut etiam vnicus teſtis cum ſocio criminis facit plenam probationem Maſcardus concluſ. 158. num. 5. in fin. ex Calcan. in conſil. 110. col. 1. in fin.

Vel vnicus teſtis cum fama, & alijs coniecturis vehementibus in criminalibus plenè probat. Bald. in l. ſi quis §. 1. in 4. notabili ff. edendo num. 4. Vbi habetur, quod vnicus teſtis de veritate, duo de fama, & duo iudicio plenè probant. Decius conſil. 163. quaſi per totum, ſed præcipuè num. 28. vide Maſcard. de probat. concluſ. 460. num. 11. & 12.

Sunt tamen triginta caſus in quibus dictum vnius teſtis facit plenam probationem enumerati per Speculatorẽ in tit. de teſt. verſ. Hoc tamen fallit. Vide Abbatem in cap. ſuper eo de reſtibus in addit. lit. C. §. vnius &c.

26 Teſtes duo, ad hoc vt plenè probent delictum, debẽt in iudicio iurare quod aſſerunt, cap. fraternitatis, & cap. ruis, de teſtibus. Debent eſſe cõteſtes, id eſt, vt ambo teſtentur idem factum iiſdem circumſtantijs, & ſic conuenire debent in loco, tempore, & ſpecie delicti; ſi vero teſtentur de diuerſis actibus diuerſo tempore commiſſis, non ſunt conteſtes, ſed teſtes ſingulares, quæ teſtificatio ita ſingularis ſufficit ad torturam, & etiam aliquando ad pœnam extraordinariam infligendam, vide Layman lib. 4. tract. 6. cap. 4. num. 5. Imo in cauſis fidei ſufficit vnus tantum teſtis ſingularis omni exceptione maior ad reũ torquendum, dummodo reus ſit bonæ famæ. Si vero reus ſit malæ famæ, poteſt torqueri ex teſtimonio vnius, etiã de viſu, quamuis non omni exceptione maioris: dummodo non ſit ipſo iure inhabilis, vel non patiatur plures defectus: vide Dianã 4. p. tract. 6. reſ. 6. Duo vero teſtes omni exceptione maiores teſtificantes in cauſis fidei de duobus actibus hæreticalibus diuerſis, vt ſi vnus dicat reum ſabbatum cuſtodiſſe ex obſeruantia legis antiquæ, & alius talem reum ſe circumcidiſſe, plenè probant, & reum conuincunt, ſecũdum Simancam tit. 37. num. 11. & hanc opinionem ſequitur inquiſitio Luſitana. At contrarium ſentit Rojas de hæreticis p. 2. nu. 142. & hanc opinionem ſequitur inquiſitio Romana, Hiſpanica, & Sicula. Vide Dianam p. 4. tract. 8. reſol. 57. §. dico ſeptimo, & tract. 7. reſol. 31.

Sic etiam dicendum erit in alijs cauſis ciuilibus, vel criminalibus de teſtibus

Digitized by Google

bus ad vnum finem tendentibus ; aliquando enim ſufficiunt duorum dicta ſingularia, ſi enim lis ſit de poſſeſſione decimandi,& vnus deponat ſe vidiſſe decimare triticum , & alter ſe vidiſſe decimare hordeum, hi teſtes plene probant,ſecundum Layman l.c.

27 Itẽ ad hoc vt duo teſtes plene probẽt in iudicio, debent eſſe teſtes idonei,vt v3. ipſis nihil iure opponi poſſit; Vnde in criminalibus cauſis Mulieres non ſunt idoneæ ad teſtificandum de iure canonico,propter ſexus fragilitatem can.Mulierem 31.q. 5. & de iure ciuili non ſunt habiles teſtes in teſtamẽtis l. qui teſtamento §. mulierẽ ff. de teſtamentis. Item in criminalibus minor viginti annorum non eſt teſtis idoneus l. in teſtimonium ff.de teſtibus,niſi tantũ ad præbendum indicium pro informatione capienda tantum , non vero ad torquendum,vel condemnandum; in cauſis vero ciuilibus admittitur pubes can. teſtes 2. q. 3. vide Leſſ.l.c. dub.5. Syluest. verb. teſtis p.1. Si vero minores dictæ ætatis admittuntur, non faciunt plenam fidem, ſed præſumptionem,quæ an ſufficiat ad torturam vide Sanchez in ſumm.lib. 2. cap. 3.num.6. Bonac. circ. ſecundum decalogi præceptum diſp.4.q.1.punct.10.n.1.

Item inimicus contra inimicum non eſt habilis ad teſtificandum Layman lib.3.tract.5.cap.2.nu.4. Et ſi inimicus ſit capitalis, neque in cauſa fidei admittitur Simanca tit.64. num. 80. Imo tali inimico contra ſuum inimicum neque in articulo mortis credere debent Inquiſitores, etiam ſi fuerit tunc reconciliatus;neque in tortura, ita Rojas p.2.num.231. Si vero inimicitia nõ fuerit capitalis in teſtem admittitur, ſed vti diminutum Pariſius lib.4. conſ. 2.num.46. Sicut etiam amicus ſtrictus, vel cõſanguineus inimici capitalis admittitur vti diminutus teſtis,vide Dianam p.4.tract.8.reſol.16.& 57.

Item conſanguinei aſcendentes,deſcendentes , & collaterales vſque ad quartum gradum;Item affines. Item nõ eſt habilis domeſticus ipſius actoris. Item infamus iure, vel facto,præſertim in criminalibus. Item periurus . Item ſocius criminis cap. veniens de teſtibus.Item homo vilis, & inops.l.3. ff.de teſtibus.

28 Hæc omnia tamen non procedunt in cauſis fidei , in quibus admittuntur excommunicati,criminoſi, infames, & alij inhabiles ; verum depoſitio vnius inhabilis raro ſufficit ad torturam ſine adminiculis, & præſumptionibus; depoſitio vero duorum ſufficit ad torquendum , ſicut etiam ad pœnam extraordinariã;ad ordinariam vero non ſufficit,niſi ſint tres ad minus, vel quatuor conteſtes. Vide Dianam p.4.tract. 8.reſol.57.§.dico quarto, & reſol.123. ſed in fauorem hæretici nunquam teſtes inhabiles admittuntur. Item filius contra patrem , etſi ad hoc non ſit cogendus,quando ſunt alij teſtes, ſed tãtum in ſubſidium, de quibus omnibus vide Dianam p.4. tract. 8. reſol. 57. & tract.6.reſol. 10.& p.1.tract.4.reſol.4.

29 Aduerte tamen, quod teſtes illi minus idonei admittuntur tanquam idonei, quando delictum eo tempore,vel loco patratum eſt , vt alij teſtes haberi non poſſint.vide Leſſ.l.c.Valentiam to. 3.diſp.5.q.14.punct.15. Salonium 2.2. q.70.art.3. Tuſcum tom.1. de teſtibus conſil.228.Clauem regiam lib.12. cap. 21.num.24.Layman lib. 3. tract.5.cap. 2. Bonac. circa 8. decalogi præc. diſp. 10.q.3.punct.3.à num.3. Vbi etiam dicunt, quod vnus teſtis valdè fide dignus poteſt aliquando ſupplere defectum alterius teſtis minus idonei.

Sicut etiam admittuntur ad probãdam innocentiam inquiſiti, accuſati, vel denunciati. Vnde ad hanc innocẽtiam probandam admittuntur conſanguinei, affines,coniuncti, domeſtici,familiares,cubiculares , & aliàs inhabiles, & non idonei, colligitur ex cap. tã litteris, & cap.veniens, de teſtibus.l.1. §. ad quæſtionem vbi Marſil. num. 26. verſ.1.nunc limita, & in §.ſi quis vltro num.4. in fine verſ.Pro quibus facit ff.

de

Digitized by Google

de quæſt. & in l. vnius §. cognitum num. 61. cum ſequent. circa med. Idem dicunt Canoniſtæ in cap. Litteras de præſumpt. ſic ſentit gloſſ. inſignis in l. ſciendum ff. de vſuris. Item ad hanc innocentiam probandam admittuntur teſtes falliti, dictum vnius pauperis, fœminæ, fratres; dummodo hi ſint bonæ famæ, & non agatur de puniendo reo cum punitione iniurioſa toti familiæ, nec ſint de linea aſcendentium, vel deſcendentium; de quibus omnibus vide Maſcard. de probat. concluſ. 908. per totum.

30 Nota quinto, quod Innocens dicitur, qui non nocet, nec nocere vult. gl. in can. Innocens verb. innocentem 22. q. 4. ex can. oues. & can. Sapiens 6. q. 1. vnde idem eſt innocens, ac ſimplex, & & iuſtus gl. ibidem verb. Innocens. Et Innocentiæ tres ſunt gradus; Primus eſt malum non facere; ſecundus eſt facientibus non conſentire; tertius eſt peccantes, ſi poteſt, corrigere gloſſ. in can. facientis diſt. 86. verb. & primus. ex can. Ita plane 23. q. 4. Sumitur etiam aliquando Innocens pro Stulto gl. in can. Innocens 22. q. 4.

31 Dicitur tamen innocens non ſolum qui ſimplex eſt, & iuſtus, ſed etiam qui ſimplex non eſt ſimpliciter v. g. Qui maledictis, & opprobrijs cauſam dedit alteri, vt aggrediatur iniuſtè, talis aggreſſus dicitur Innocens, in ordine ad aggreſſionem, nam inuaſor ſi alium aggreditur, ipſum ponit in diſcrimine ſe defendendi, & vitam tuendi; vnde aggreſſus hic dicitur innocens. Ita Vaſquez in opere morali tit. de reſtitut. cap. 2. §. 1. dub. 10. num. 43. ex Mercado lib. 6. ſummæ cap. 5. in princ. Sic adulter eſt cauſa, vt ipſum maritus adulteræ aggrediatur, & tamen cum moderamine inculpatæ tutelæ poteſt ipſum occidere. Nam ex eo quia occaſionem dedit, non amiſit ius naturale ſe defendendi; imò poteſt, & adulteram ipſam defendere virum occidendo, ſi aliud medium non ſuppetit; tenemur enim ſuccurrere proximo in extremam miſeriam redacto ſua culpa: ergo à fortiori me ipſum, & adulteram mea culpa in extremam miſeriam redactam. vide Bannes l. infra c. concl. 3.

32 Dicitur etiam aliquando aliquis innocens ſecundum allegata, & approbata, etſi occultus nocens ſecundum veritatem rei, & è conuerſo Innocens ſecundum veritatem rei, & reus ſecũdum allegata, & approbata; & hi innocentes poſſunt occidere cuſtodes ad vitam tollendam cuſtodientes, reſiſtere iudici, & miniſtris iuſtitiæ, occidere falſum teſtem, vel iniquum accuſatorẽ, ſi talis occiſio ſit euidenter neceſſaria ad vitam ipſius defendendam. Franciſcus Suarez in Enchirid. caſuum conſcient. verb. Homicidium §. 13. vide Dianam part. 5. tract. 4. reſolut. 7. Ita etiam ſentit Bannes de Iuſt. q. 64. art. 7. dub. 4. concl. 2. Nec obſtat dictũ Coninck de actibus ſupernatur. diſp. 32. dub. 2. num. 2. quod Ius poſitiuum ſimiles homines puniat. Nam fundatur lex poſitiua in præſumptione, cum intentio occidendi nõ videatur. Nec obſtat quod litigantes ſemper credunt iniquum iudicem, & teſtes cõtra ſe deponentes. Quia dictum Bannes verum eſt in euidenti iniuria. Item poteſt talis innocens accuſatorem, vel teſtes ad duellum prouocare, vel oblatum acceptare, quando certè eſt damnandus ad mortem, aut ad mutilationem; nam tunc ſubijt innocens minus malum, nempè dubiæ mortis, aut mutilationis periculum, ad euertendum ea damna ſubeunda certo, ob aduerſarij iniuriam. Nec hoc eſt vere duellum, ſed defenſio contra inuadentem; nihil enim refert quod accuſator non per ſe, ſed per iudicem iniuſtè aggrediatur, vnde reũ occidat non proprio gladio, ſed alieno. Vide Dianam p. 5. tract. 13. reſol. 27. per totam. Quod totum verum putat Sanchez in ſumm. lib. 2. cap. 39. num. 7. ſiue hoc fiat de conſenſu principis, ſiue non; dummodo tamen hoc fiat ad vitam, honorem, & res familiares in notabili quantitate tuen-

das, & omnino conſtet iniuſtè, & per calumniam actorem procedere, & amiſſio hæc ſit omnino certa, nec aliud remedium ſuppetat euadendi. Ita Bannes 2.2.q.64. art. 7. dub. 4. in corp. & in ſolut. ad ſecundum Si enim hi innocentes contra falſos hos teſtes, aut falſum accuſatorem falſum crimen obijciant alijs falſis teſtibus, non peccant contra iuſtitiam, ſed contra religionem,dum inducunt teſtes ad iurandum falſum;ita Ledeſm.tom.2. tract.8. cap. 31. concl. 21. Vnde præciſo iuramento nō eſſet mortale,ſecūdū Ioannē della Cruz p.8. art.4.dub. 17. concl. 1. Nec obſtat, quod mendacium ſit intrinſecè malum, & ideo non poteſt tali medio vti ad ſe defendendum innocens.Nam hoc facit tantum,quod medio illicito ſe defendat; at cum tale illicitum medium non inferat damnum notabile proximo, cum id quod infert ſit potius compenſatio, ſeu potius defenſio, ne ſua falſitas innocenti noceat; ideo erit tantum mendacium veniale. Sicut ſi aggreſſus aggreſſorem occidat, etſi graue damnum inferat huic aggreſſori, tamen non peccat, quia hæc eſt potius defenſio ſui ipſius, quam occiſio.Vel ſicut qui accipit clam à ſuo debitore,à quo non poteſt ſuum recuperare, infert notabile damnum huic, at quia eſt compenſatio, nullam committit culpam. Vide Dianam in ſumm. verb. Reus numer. 9. in fin.

33 Hos tamen innocētes probatos nocentes non poteſt Iudex priuare vita, aut aliquo membro, etſi poſſit eos priuare publicis officijs,& bonis. Nam in vita, & membris reſpublica nullum habet ius,at de bonis, & publicis officijs, & beneficijs eſt reſpublica quaſi Domina, & ideo poteſt etiam ſine culpa ob commune bonum ijs innocentes priuare; ſecus vero dicendum eſt de vita. Et qñ quis ſpoliatur bonis, ſpoliatur poſſeſſione, & non dominio, cum nullo modo ſit neceſſarium ad rēpublicam, vt vere,& à parte rei ſpolietur ob bonum publicum,& ideo poteſt occultè compenſare, ſi ſpoliatus fuit proprijs bonis. Secus dicendum eſt de beneficijs, & publicis officijs, de quibus reſpublica eſt vere domina. Vide Coninck de cenſ.diſp, 13.dub.13. à nu. 108.Leſſ.de iuſt.cap.29.n.84.

34 Nota, ſexto, quod habemus Damnum,Iacturam, & Pauperiem; Damnū dicitur à demendo, ſeu à diminutione noſtri patrimonij,l. damnum la ſeconda ff.de damno infecto, & eſt quando de rebus noſtris aliquid decreſcit de formali,non vero quando lucrum non accreſcit, & ſit nobis neſcientibus l. 1. ff.ad legem Aquil. Iactura eſt, quando patimur, vel diminutionem de rebus noſtris, ſeu de noſtro patrimonio, vel decremētum lucri acquirendi,ſed nobis ſcientibus, vti videmus in nautis naufragantibus, qui iactant res ſuas in mari l. 1. & 2. ff. ad l. Rhod. de iactu. Pauperies vero eſt damnum ſine iniuria nobis illatum;damnum enim nobis poteſt inferri, & cum iniuria, & ſine;ſi cum iniuria dicitur de formali damnū; ſi ſine,dicitur pauperies.l. 1. §.ait prætor ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

35 Dicitur graue damnum, quod eſt materia ſufficiens pro peccato mortali, vt optimè obſeruat Bonac. de reſt. in particul.diſp.2 q.8. punct.1. num.7. verſ. Reſpondeo &c. Nec datur quantitas notabilis in materia damni illati, niſi in ordine ad perſonas,contra quas ſit,vt bene Vaſquez de reſtit. cap. 5. §. 1.dub.8.num.30. Nam furtum notabile neceſſario debet dicere notabilem iniuriam proximo,ad hoc vt ſit mortale,quia ſuam malitiam recipit à læſione iuris proprij domini rei furatæ,ſecundum omnes: ergo etiam notabile damnum, alias iniuſtitia non erit mortalis: ergo quantitas furti non dicetur notabilis in ſe ſine reſpectu ad perſonam:ita vt illa quantitas dicatur notabilis, de qua rationabiliter, & notabiliter eſt inuitus dominus,quia defectus illius quantitatis notabilis eſt,licet aliquando

quando dominus præ magnanimitate paruifaciat iacturā illā; ſicut & notabilis dicitur, qñ damnum, & ruinam magnam infert rei familiari. Hinc credo moti aliqui DD. apud Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 12. dub. 7. dixerunt, ad conſtituendum notabile damnum ſepoſito omni incommodo extrinſeco, & ſine vllo ordine ad perſonam offenſam, requiri centum aureos, vel amplius.

36 Quanta vero ſit hæc quantitas, quæ notabiliter offendat proximum, non ſentiunt vnanimiter DD. ſed quot ſunt capita, tot ſententię, vt videre eſt apud nonnullos auctores à Diana relatos in 1. p. tract. de paupert. relig. reſol. 36. Mihi tamen placet opinio Medinæ, & Petri Nauarr. lib. 3. cap. 1. nu. 35. Layman lib. 3. tract. 3. cap. 1. num. 3. quod non poſſit in genere taxari, quæ ſit notabilis materia, ſeu quantitas notabiliter offendens proximum; ſed hæc eſt ſtatuenda arbitrio prudentum, pro varia perſonarum, temporum, & locorum conditione. Nam quod reſpectu vnius cenſetur notabile, reſpectu alterius nō cenſetur tale, ſed modicum, & parui momenti; & quod vno tempore eſt notabile, in alio non eſt tale; & quod in vno loco æſtimatur maximum in alio paruipenditur.

37 At quia in caſu noſtro ſumus in materia excommunicationis; Ideo dicimus, quod materia ſufficiens ad peccatum mortale, non ſufficit ad hoc, vt incidat in caſum noſtrum, ſed debet eſſe res non vulgaris, nec læuis, vel parua, vt in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 3. Toletus lib. 1. cap. 8. num. 1. verſ. Tertio quando &c. in fin. Quanta vero debeat eſſe hæc grauitas, non inuenies inter DD. determinatum. At quia voluntas principis ſemper præſumitur talis, qualis eſt intentio iuris l. ex facto in principio, & ibi Bald. ff. de vulg. & & pupill. ſubſtit. Decius conſil. 33. nu. 5. vol. 1. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. n. 12. Ideo dicerem, quod cum intentio iuris non ſcripti, quæ eſt conſuetudo in noſtra Diœceſi Neapolitana ſit, vt non publicetur excommunicatio, niſi pro quinquaginta aureis ordinarie, etſi pro paupertate petentis aliquādo pro decem, aut viginti, aut triginta aureis, teſte Marco Antonio Genuenſi in praxi Curiæ Arch. cap. 1. nu. 3. Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 96. num. 30. Vnde dominus ad cuius petitionem fulminari debet excommunicatio, ſi nō fuit damnificatus in quinquaginta aureis, excommunicatio non fulminatur. Quod verum eſt tā ſi à pluribus, quam ſi ab vno tantum tale damnum ſit paſſus; ſufficit enim ſi damnum tali illatū, ſit valoris quinquaginta aureorum. Ita Riccius in ſua pract. reſol. 238. in fin. Barb. l. c. n. 30. Hinc infero nemo incurrit in hanc excommunicationem reſeruatam, niſi damnum illatum ex ſua depoſitione aſcendat ad valorem quinquaginta aureorum; vel ſi talis teſtis deponens cū alijs teſtibus damnificet in quinquaginta ordinarie, & in pauperibus ad minus in decē. Vnde etſi talis peccet, & ſit periurus, & teneatur ad reſtitutionem, tamen non incidit in caſum noſtrum reſeruatum, nec in noſtrā cenſuram, niſi damnum aſcendat ad ſummam quinquaginta aureorum in ordinarijs gentibus, in pauperibus ſaltem ad ſummam decem aureorum. Non tamen per hoc negamus, quod non poſſit Epiſcopus, ſi velit, pro minori ſumma excōmunicare. Sufficit enim ſi furtum, vel damnum aſcendat ad peccatum mortale, ad hoc, vt ſit capax excommunicationis; de quo vide Alphonſum de Leone de cenſ. recoll. 1. num. 325.

SVMMARIVM.

Teſtis malitioſè deponens in iudicio falſum contra innocentem, vel in cauſa ciuili in graue damnum alterius, ſi fuit examinatus quartus in ordine, & poſtquam reus, ſiue debitor fuit conuictus, quamuis peccet mortaliter vti periurus, & ex affectu no-

cendi,non tamen incidit in caſum noſtrũ. num. 1.

Reſeruatio ſemper fit de actu conſummato,nõ de intentato , ſeu de affectu nocendi. num. 2.

Conatus ſine effectu exteriori non punitur. n.eod.

Non omnis depoſitio falſa eſt reſeruata , ſed ea tantum quæ graue damnum infert. n.eod.

*Deponens contra verè innocentem in foro conſcientiæ , ſed probatum nocentem in foro fori,dicitur deponere contra nocentem, non vero contra innocentem.n.*3.

*Falſitas requiſita in caſu noſtro non ſolum mutationem veritatis , & dolum requirit, ſed etiam alterius damnum.n.*4.

*Teſtis falſus examinatus poſtquam reus eſt conuictus , nullum damnum illi infert, quamuis iniuriam faciat; vnde tenetur quidem famam ei reddere , non tamen in iudicio ſe diſdicere.n.*5.

*Finis quare ſit reſeruata falſa depoſitio eſt, ne innocens probetur reus ad finem punitionis,ad quod non concurrit falſum deponens in iudicio reo conuicto.n.*6.

*Reo conuicto à duobus teſtibus , ſi deinde alij accedant ad teſtificandum falſum, non incidunt in caſum noſtrum.n.*7.

*Suffragium non neceſſarium in beneficijs acquirens mediante pecunia peccat peccato ſimoniæ.n.*8.

Nunquam ad reſtitutionem quis obligatur , niſi iuſtitiam lædat.n.eod.

Si priores teſtes ſint inſufficientes tertius,vel quartus adueniens ſi reum conuincat,præter peccatum , & reſtitutionem ad quam obligatur,incidit in caſum noſtrum. num. eod.

*Vnicus teſtis falſum iudicio deponens contra innocentem , quia contra illum ſemiplene probat , & ad inquirendum inditiat,incidit in caſum noſtrum.n.*9.

Vnicus teſtis in cauſa ciuili falſum deponens in graue damnum,ſi damnum proximo nõ attulit , non incidit in caſum noſtrum.nu. eod.

RESOLVTIO XLVIII.

Quidam teſtis malitioſè depoſuit falſum in iudicio contra innocentem , vel in cauſa ciuili in graue damnum tertij; verum fuit examinatus quartus in ordine, & conſequenter poſtquam erat conuictus debitor,ſiue reus. An poſſit abſolui à quocunque confeſſario inferiori?

1 RESpondeo, quod talis non incidit in caſum noſtrum , etſi peccauit mortaliter vti periurus , & ex affectu inferendi damnum alteri;poteſt tamen abſolui à quolibet confeſſario inferiori, & ad nullam tenetur reſtitutionem. Ita videtur ſentire Vaſquez de reſtit. cap.2.§.1.dub.4.num. 11. Graſſius de caſ.reſer.lib.1.cap.17. n. 12. & nu.28. verſ. qui doloſè &c. Bellocchius de caſ.reſer.p.2.q.9. num. 103.Diana in ſumma verb.Teſtis num. 5. circa med. & verb. Reſtitutio à num.16. & 3. par. tract.5.reſol.105.qui citat Pitignanũ in pract.crim.canone de teſtib.c.6,ſol.193.

Probatur,quia hic talis damnum nõ intulit,nam erat reus,ſeu debitor conuictus de delicto , ſeu debito per tres priores teſtes;& conſequenter non incidit in caſum noſtrum , cum non depoſuerit in graue damnum , cum ſit iã ab alijs illatum ; nec contra innocentem depoſuit,cum ſit probatus nocẽs.

Nec valet dicere , quod talis iam depoſuit in graue dãnum , & quãtũ eſt ex parte ſua eſt iam conſũmatũdelictũ.

2 Quia contra eſt,Nam,vt ſæpius dixi, reſeruatio ſemper fit de actu conſummato , non vero de intentato , ſeu de prauo affectu; & quod talis falſum depoſuit etiam ad finem nocendi , ſi de facto non nocuit, habet tantum affectũ nocendi, & pro affectu tantum nocendi,non fit reſeruatio ; conatus enim ſine effectu exteriori non punitur l. cogita-

Digitized by Google

gitationis ff. de pœn. Nec quia dicitur delictum conſummatum ex eo, quia talis depoſuit falſum malitioſè, & ipſe non habet amplius quid faciat, caſus hic erit reſeruatus. Quia per talem depoſitionem intentat tantum damnum inferre, non vero de facto damnificat. Etſi enim talis deponens non habeat aliud, quod faciat ad finem nocendi, habet quid faciat ipſa depoſitio, quod eſt damnum inferre conſummatum; quia non omnis depoſitio falſa eſt reſeruata, ſed depoſitio quæ damnum graue infert.

Nec dicas, quod hoc etſi verum ſit de teſte deponente in cauſa ciuili; tamen hoc dici non poteſt de deponẽte in cauſa criminali. Nam in hoc caſu vere talis depoſuit contra innocẽtem, & hoc tantum ſufficit ad incurrendum caſum reſeruatum.

3 Quia contra eſt, Nam talis innocens poſt tertium teſtem, eſt iam probatus nocens; vnde etſi innocens ſit quoad forum conſcientiæ, eſt verus nocens in foro fori, & cum depoſitio ſpectet ad forum fori, hinc eſt quod talis depoſuit contra nocentem, non vero innocentem, &

4 Confirmatur primo, quia falſitas nõ ſolum mutationem veritatis, & dolum requirit, vt diximus in primo notabili reſol. præced. cum Menochio, Grammatico, & communiſſima ſententia, ſed etiam requirit damnum tertij, vt optimè probat Maſcardus de probat. concl. 139. num. 12. Ad inducendam enim falſitatem tria requiruntur, mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nociua; & Maſcardus citat Hoſtien. & Azorium in ſuis ſummis de falſis per l. quid ſi falſum ff. de falſis iud. l. nec exemplum, & l. damnis C. eod. Petrus de Anch. in conſil. 23. Cæph. in conſ. 355. num. 44. vol. 3. Alexand. conſil. 78. idem habet Syluest. verb. Falſarius nu. 1. circa fin. & quod ſi vnum ex his tribus deficiat, non ſit punibilis, præter Hoſtien. & Azor. dicit etiam Fanc. Sed in caſu noſtro non habemus damnum, vt diximus: ergo neque falſum conſummatum.

5 Confirmatur ſecundo, quia talis teſtis examinatus poſtquam reus eſt cõuictus, etſi tali innocenti iniuriam facit, tamen nullum ei damnum infert, neque in fama, neque in bonis, quantũ eſt in ordine ad iudicium; quia damnũ iam eſt illatum in ordine ad iudicium à prioribus teſtibus iam examinatis. Nec ſua depoſitio ad aliam pœnam infligendam deſeruit iudici, vt ſupponimus: ergo etſi teneatur famam reddere, tanquam ſi priuatim infamaſſet reũ mentiendo, tamen non tenetur ſe diſdicere in iudicio; & quia in iudicio dãnum non intulit reo, nec talis innocẽs eſt, cum ſit probatus nocens; ideo non incidit in caſum noſtrum.

Nec dicas quod talis reuera eſt innocens, etſi præſumatur nocens, & præſumptio ceſſat ſtante veritate: ergo reuera depoſuit contra innocentem, & conſequenter incidit in caſum noſtrũ.

6 Quia contra eſt, Nam talis depoſitio falſa, etſi in iudicio, tamen impertinenter ſe habet, & nullum effectum malũ in iudicio producit contra talem innocẽtem. Vnde licet in iudicio ſit facta, tamen ad iudicium non deſeruit, cum teſtes ſint ſufficientes ad ſententiam proferendam; finis enim huius reſeruationis eſt, nè innocens probetur reus ad finem punitionis, vt patet, & ad hoc totum non concurrit teſtis in caſu noſtro, dum innocens eſt iam conuictus, vt ſupponimus, & eſt iam probatus reus. Quare etſi reuera contra innocẽtem depoſuit, tamen hic talis nunc nõ eſt amplius formaliter innocens, cum iam ſit probatus nocens, nec teſtificatio huius in iudicio ſuam innocentiam offendit. Ideo enim ad nullam tenetur reſtitutionem, ſecundum Vaſquez Pitign. & alios cit. Si ergo in iudicio innocentiam huius non offendit, conſequenter non erit formaliter falſus teſtis contra innocentem in iudicio deponens, & ſic non erit comprehenſus in caſu noſtro. Reſeruatio enim ſemper

per

per intelligitur cum effectu conſummato, vt ſæpè dixi in hoc tractatu.

Dices primo: Ergo ſi talis innocens eſt conuictus per duos tantum teſtes, neque tertius examinatus incidit in caſum noſtrum.

7 Reſpondeo concedendo totum. Si enim reus eſt conuictus, tunc alij teſtes omnino per accidens ſe habent in ordine ad talem condemnationem, vt patet, & ſic talis depoſitio non poteſt habere ſuum effectum, qui eſt damnum tertij ab alijs duobus teſtibus illatum; & cum depoſitio ſit falſa ſine effectu, conſequenter reſeruata non eſt.

8 Dices ſecũdo, q. ſuffragiũ nõ neceſſarium pecunia adipiſcitur, committit ſimoniam in beneficijs: ergo teſtis non neceſſarius peccat, & tenetur ad reſtit.

Reſpondeo negando conſequentiã, & ratio negationis eſt, q̃a hæc ſimonia eſt de iure Eccleſiaſtico, & ideo ad Eccleſiã ſpectat declarare. At quod ſit aliquis obligatus ad reſtitutionẽ ſpectat ad iuſtitiam, quæ quando læſa non eſt, nunquam obligat.

Si vero priores teſtes eſſent inſufficientes, & per talem depoſitionem ſufficientes redderentur, tunc præter peccatum, & reſtitutionem, talis tertius, vel quartus examinatus incideret in caſum noſtrum reſeruatum.

Dices tertio: ergo ſi vnicus tantum teſtis falſum in iudicio contra innocẽtem malitiosè deponat, neque incidit in caſum noſtrum, quia damnum non intulit.

9 Reſpondeo negando hanc conſequentiam, quia vnicus teſtis innocentem probat ſemiplene, & grauiter inditiat ad inquirendum contra talem innocentem, & ſic verè damnum infert; non ſic qui deponit, poſtquam innocens eſt probatus nocens.

Si vero talis vnicus teſtis in cauſa ciuili depoſuit malitiosè in graue dãnum, & quia vnicus erat non protulit tale damnum proximo; tunc dico, quod ſi talis reus eſt abſolutus, & liberatus, non obſtante tali depoſitione, tunc nec talis teſtis falſus incidit in caſum noſtrum reſeruatum. Ita Graffius l.c. num. 28. verſ. 10. qui doloſè &c.

SVMMARIVM.

Teſtis ſe ſubſcribens chirographo, ſiue Apocæ bancali falſæ, quamuis in iudicio etiam deponat talem ſcriptum in tali apoca eſſe verè debitorẽ, ſi talis præſumptus debitor fuit à iudice abſolutus, poteſt abſolui à confeſſario inferiori. n. 1.

Teſtis deponens contra præſumptum debitorem, quamuis damnificet illum in expenſis, non incidit in excommunicationem, cũ non poſſint illæ aſcendere ad ſummam materiæ excommunicationis. n. 2.

Imo quamuis expenſæ, in quibus talis debitor eſt damnificatus, ſint exorbitantes, neque incidit in excommunicationem, cum non ſit per ſe intentum hoc damnum à tali teſte, ſicuti requiritur in ſtatuto, ſed tantum per accidens ſequatur. n. eod.

Non dicitur condemnatus, contra quem ſententia eſt nulla; nec damnificatus à teſte, contra quem falſa teſtis depoſitio eſt nulla. num. 3.

Lex, ſeu ſtatutum ſemper reſpicit opus, & nõ intentionem nocendi. n. 4.

RESOLVTIO XLIX.

Quidam pro teſte ſe ſubſcripſit cuidam chirographo, ſeu Apocæ bancali falſæ, & poſtea in iudicio depoſuit talem ſubſcriptum in tali chirographo eſſe verum debitorem; verùm talis præſũptus debitor fuit abſolutus à iudice, & non ſoluit ſummam in chirographo cõtentam. An talis teſtis poſſit abſolui à quocunque confeſſario inferiori?

1 Reſpondeo talem non incidiſſe in caſum noſtrum, & conſequenter poſſe

poſſe abſolui à tali peccato à quocunque confeſſario inferiori. Ita Graffius de caſ.reſer.lib.1.cap.17.num.28.verſ. 10.qui doloſè &c.his verbis; Qui doloſè in iudicio depoſuit falſum contra aliquem, ſi ſua depoſitio nullum parti afferat nocumentum, quia pars ob illã non amiſit cauſam,non incurrit caſum reſeruatum.v.g. depoſuit aliquis falsũ teſtimonium contra A, quia debet B, centum, ſi A, abſolutus eſt,non eſt caſus reſeruatus &c.Ita etiam ſentit Bellocchius p.2.de caſ.reſer.q.9.n.103.

Probatur,quia talis intentauit tantũ damnum inferre,& de facto damnum non intulit; ſed reſeruatio ſemper intelligitur de delicto conſummato, & non de intentato tantum, cum ſit ſtricti iuris cap. perpetuæ ſanctionis, de electione in 6.l.penult.§. docere ff.de eo per quem factum eſt &c. l. nomen §.fin. ff. de verb. ſignific. & ſæpè diximus in hoc tractatu; ergo talis deponens,non incidit in caſum noſtrum.

Nec dicas, quod talis teſtis intulit damnum circa nonnullas expenſas pro tali liberatione.

2 Quia hæ expenſæ non poſſunt eſſe ita exorbitantes, vt graue damnum inferant; etſi enim aſcendant ad ſummã materiæ peccati mortalis, non tamen aſcendere poſſunt ad ſummam materiæ excommunicationis, vt dixi in 6. notabili reſ.47. Et dato ꝙ tales expẽſę eſſent notabiles, & aſcendentes ad ſũmam neceſſariam pro excommunicatione, tamen talis neque incideret in caſum noſtrum reſeruatum; quia talis damnificatio, non proueniret pe ſe, & directè ab hac depoſitione,ſed omnino per accidens; & caſus noſter complectitur damnum per ſe illatum à depoſitione,dum dicit,Omnes qui falſum in iudicio depoſuerint &c.in graue damnum alterius &c. ergo depoſitio in graue damnum reſeruatur; at depoſitio in caſu noſtro non eſt in graue dãnum, etſi per accidens graue damnum inferat.Si enim reſeruatio diceret, teſtes conferentes graue damnum, vtiq; forſitan comprehenderet etiam caſum noſtrum; at quia dicit deponentes in graue damnum, depoſitio debet tendere per ſe ad graue damnum, vt ſit caſus reſeruatus.

3 Confirmatur, quia non dicitur condemnatus, contra quem ſententia eſt nulla l.4.§.condemnatum ff. de re iud. ergo non dicitur damnificatus, contra quem depoſitio teſtis eſt nulla; ſed nõ eſt reſeruata niſi depoſitio falſa cum damno:ergo talis depoſitio non eſt cõprehenſa in caſu noſtro.

Dices, quod hic talis, etſi actu non nocuit, tamen nocere potuit, & quantum eſt ex parte ſua nocuit quantum potuit; ergo incidit in caſum noſtrum.

4 Sed contra eſt, Nam,etſi talis nocere potuit, quia non nocuit in actu,ideo non incidit; quod vero nocere potuit, indicat prauum affectum, & voluntatẽ nocendi,non vero noxiam,ſeu damnũ; & lex ſeu ſtatutũ ſemper reſpicit opus, & non intentionem nocendi. can. ſi quis non iratus 15.q.1.

SVMMARIVM.

Confingere faciens falſum inſtrumentum à Notario, vel apocã à falſario de vero credito,quod recuperare non poteſt, ſi eo, vel ea vtatur in iudicio, licet peccet mortaliter,non tamen incidit in caſum noſtrum. n.1.& 15.

Iuſtitia eſt duplex, Legalis, & Particularis. Legalis eſt inter ius cõmunitatis in ordine ad ciuem tanquam ad compartem, & debitum ciuis in ordine ad communitatem, tanquam ad totum: quæ legalis iuſtitia ſtrictius obligat, quam pietatis obligatio. num.2.

Ciuis duplicem habet obligationem ad ſuam patriam, vel quatenus eſt illius compars, & dicitur obligatio legalis; vel quatenus eſt ab illa beneficatus circa ſuum ortum, & dicitur obligatio pietatis.n.eod.

Iuſtitia legalis in ſubdito eſt complexio omnium virtutum,quatenus legi obtemperat; in ſuperiore verò eſt eadem complexio, quatenus inclinat illum, vt curet leges ſer-

Digitized by Google

ſeruare. num. eodem.

Multis modis poteſt ſuperior inclinari ad curandum vt leges ſeruentur, in quibus diuerſas virtutes exercet.n.eod.

Iuſtitia legalis ſi vocanda eſt virtus particularis, debet potius nomine Obedientia vocari, quam alio nomine.n.eod.

Iuſtitia particulares duplex eſt, Commutatiua vna, Diſtributiua altera. Commutatiua diſponit priuatum hominem ad priuatũ, dirigit commutationes, reſpicit conditionẽ rei alterius, vt reddat æquale, eiuſque finis eſt æqualitatem ponere inter datum, & acceptum; Diſtributiua verò diſponit communitatem ad priuatum hominem, dirigit diſtributiones, reſpicit conditionem perſonæ, eiuſque finis intrinſecus eſt ponere æqualitatem inter proportionem, & proportionem.n.3.

Iuſtitia diſtributiua aliquando inuoluit iuſtitiam commutatiuam, vt ſi à teſtatore relinquantur 100.pauperibus, diſtribuens non ſolum ex iuſtitia commutatiua tenetur erga ſingulos, ſed etiam ex iuſtitia diſtributiua tenetur eam proportionem ſeruare inter eleemoſynam, & eleemoſinam, quæ eſt inter inopiam, & inopiam.n.4.

Triplex reperitur habitudo in Republica, nempè Partis ad partem, Totius ad partẽ, & Partis ad totum. Virtus diſponens partem ad partem eſt iuſtitia commutatiua. Virtus diſponens partem ad totum eſt iuſtitia legalis. Virtus diſponens Totum, ſiue eum qui gerit vices totius ad partem eſt iuſtitia diſtributiua, quæ principaliter reſidet in Principe; reſidet etiam in priuatis, quatenus iſti diſtributionem iuſtam amant.n.5.

Leges ciuiles, quando ſunt iuſtæ obligant in conſcientia.n.6.

Legiſlator ſæcularis in ferendo leges eſt Dei miniſter, à quo poteſtatem recepit. num. eodem.

Lex poſitiua non eſt aliud niſi determinatio, ſiue conſequentia legis æternæ.n.eod.

Leges ciuiles non ſolum prohibent, ſed etiam acriter puniunt falſarios; qui condemnati mortem non euadunt per poſitionem pilei alicuius Cardinalis obuiam habiti, & poſſunt condẽnari ſine accuſatore, & amittũt nobilitatis priuilegium.n.7.

Crimen falſi non tollitur mutua compenſatione, ſicut alia delicta.n.eod.

Suſpicio falſi habetur pro veritate.n.eod.

Quilibet tenetur in conſcientia ſeruare iuſtitiam commutatiuam, diſtributiuam, & legalem, ſed cum maiori vinculo hanc quam illas.n.8.

Leges ciuiles falſitatem prohibentes non continent manifeſtam iniuſtitiam, imò manifeſte continent oppoſitum.n.9.

Nec ad vitam tuendam, ſeu ad mortem euitandam, nec ad recuperanda bona mentiri licet.n.10.

Teſtis interrogatus à iudice non ſuo, vel iuris ordine non ſeruatò reſpondere non tenetur; quod ſi ad reſpondendum cogitur, mentiri non poteſt, & mentiendo peccat. num.11.

Ad excludendam actoris intentionem poſſumus pluribus vti titulis, non quidem collectiuè, ſed diſiunctiuè.n.12.

Reus contra actorem non poteſt ſe defendere duobus titulis directè contrarijs, cum ex ipſis alterum neceſſario falſum eſſe oporteat.n.13.

Exceptiones ſiue directè, ſiue indirectè contrariæ non ſunt admittendæ, ſicut neque vna exceptio ſibi ipſi contraria, cum neceſſario mendacium in ſe dicant.n.14.

RESOLVTIO L.

Quidam mutuauit centum Petro ſine apoca, & ſine inſtrumẽto, deinde non habet vnde poſſit recuperare hoc ſuum creditum, & ad finem recuperandi prædicta centum confingere fecit falſum inſtrumentum à notario de hoc vero credito, vel apocam amiſſam reficere fecit à falſario, & deinde tali apoca, ſeu inſtrumento falſo vſus eſt in iudicio. An talis peccet mortali-

tali-

taliter, & incidat in caſum noſtrum?

1 RESpondeo talem peccare mortaliter, non tamen incidere in casũ noſtrum reſeruatũ. Quod peccet mortaliter affirmant Layman lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 4. num. 3. Diana p. 9. tract. 8. reſol. 61. qui citat Eminentiſſ. de Lugo de iuſt. tom. 2. diſp. 40. ſect. 3. num. 27. Mazzuchellũ tract. de caſ. reſer. diſp. 2. cap. 18. q. 2. num. 31. Idem Diana p. 3. tract. 6. reſol. 56. Sà verb. Falſarius n. 2. ex D. Thoma 2. 2. q. 71. art. 3. & q. 40. art. 3. Panor. in cap. ſicut in 3. col. 6. de iureiurando, & in cap. Olim in 1. col. vòl. de teſt. ſpol. Bald. in rubr. C. de fide inſtr. num. 30. Imola in cap. 1. nu. 13. de mutuis petiti. Tiraquel. de vtrique retract. num. 70. Iaſon in l. cum proponas col. 2. C. de pact. & in §. in bonæ fidei de Action. num. 81. quam opinionem fatetur communem eſſe Aretin. in l. decem num. 7. ff. de verb. Nec oppoſitum ſentit Gyptius vt putat sũma Diana verb. Falſarius nu. 1. circa medium, nam, etſi dicat quod talis non ſit falſarius, tamẽ non affirmat, quod non peccet mortaliter. Quod vero non incidat in caſum reſeruatum affirmat Gyptius de caſ. reſer. cap. 13. in ſeptimum caſũm reſer. n. 7. Graffius de caſ. reſer. lib. 1. cap. 17. n. 12. Pro probatione primæ partis, quod ſcilicet talis peccet mortaliter.

2 Suppono primo, dari Iuſtitiã legalẽ, & Iuſtitiam particularem. Iuſtitia legalis eſt inter Ius, & debitum, quod ciuis habet ciuitati, ſiue communitati tanquam compars huius communitatis, ſeu ciuitatis, & Ius quod habet communitas, ſeu ciuitas, vt totum huius partis, nempè ciuitas in ordine ad hunc ciuem cõpartem; eſt enim hæc obligatio illa eadem, quam habet membrum in ordine ad corpus, cuius eſt membrum; quæ obligatio longe maior eſt illa, qua tenemur patrię ratione auxilij, quod nobis contulit ad noſtrum ortum; hæc enim ad pietatem ſpectat, illa ad iuſtitiam legalem, & obligatio partis ad totum longe ſtrictior eſt debito effectus ſuæ cauſæ ſecundariæ, & hominis ſuæ patriæ ratione auxilij præſtiti ad eius ortum, quæ dicitur obligatio ratione pietatis. Nam vnuſquiſque quatenus eſt pars communitatis tenetur ſuam rempublicam, cuius eſt membrum, præferre parenti, & vitæ propriæ, & tamen parens magis eſt principium ortus, quam patria; ergo obligatio iuſtitiæ legalis eſt ſtrictior obligatione pietatis; ciuis enim habet duplicem obligationem in ordine ad ſuam ciuitatẽ, ſeu rẽpublicã, vna eſt quatenus eſt cõpars huius totius, quod eſt ciuitas, alia eſt quatenus eſt beneficatus circa ſuũ ortum, ſeu quatenus recepit beneficiũ ortus, prima obligatio ſpectat ad iuſtitiam legalem, ſecunda ad pietatem; vnde ciuis procurat idem bonum reipublicæ, & ex pietate, & ex iuſtitia legali, & hoc ex mente D. Thomæ 1. 2. q. 58. art. 5. 6. 7. Poteſt tamen conſiderari hæc iuſtitia legalis ex mente Ariſtotelis lib. 5. Eth. cap. 1. & 2. in ſubdito, & non eſt aliud quam omnium virtutum complexio, quatenus ſubditus legi obtemperat: in ſuperiore vero eſt eadem complexio virtutum, quatenus inclinat illum, vt curet leges ſeruare. Et quia poteſt ſuperior multis modis inclinari ad curandum, vt leges ſeruentur, Ideo ſecundum diuerſas inclinationes diuerſas virtutes exercet; & primo ſi hæc cura à ſuperiore exercetur vt debita ex officio, exercet tunc princeps virtutem iuſtitiæ particularis. Si quia eſt præcipuum membrum reipublicæ, & tunc ex mente D. Thomæ exercet iuſtitiam legalem. Si quia hæc cura exercetur, tanquam debita patriæ, quæ ipſum ſuperiorem genuit, tunc ſuperior exercet virtutem pietatis. Si hæc cura à principe exercetur, vt debita ex honeſtate ſingularum virtutum, de quibus ſunt leges, & hoc modo tota virtutum collectio inclinat principem ad eam curam; quæuis enim virtus ſi poteſt, curat, vt alius

quoque ſit virtute prӕditus;& tandem ſi exercetur hӕc cura, vt debita ex inclinatione naturalis charitatis in hominem,tunc exercet charitatem naturalem, de quibus omnibus hucuſque dictis vide Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 1. dub. 3. à num. 14. Hӕc iuſtitia legalis, ſi eſt vocanda virtus particularis,dicẽda erit virtus obedientiӕ, cum virtuti obedientiӕ maximè conueniat hoc nomen, quia attributa ab Ariſtotele iuſtitiӕ legali magis conueniunt obedientiӕ, quam vlli alteri virtuti particulari.vide Leſſ.l.c.n.19.

3 Iuſtitia vero particularis eſt duplex, Diſtributiua vna,Commutatiua altera ſecundum Ariſtotelem 5. eth.cap.2.& D.Thomam l.c.q.61. art. 1. & hӕc diſtinguitur ab illa; nam iuſtitia Commutatiua diſponit priuatum hominem ad priuatum, vel eos qui ſe inſtar priuatorum habent; Iuſtitia diſtributiua diſponit communitatem, vel eum qui communitatem reprӕſentat ad priuatum hominem.Item iuſtitia commutatiua dirigit commutationes, diſtributiua uerò diſtributiones. Item commutatiua reſpicit conditionem rei alterius vt reddat ӕquale, diſtributiua conditionem perſonӕ (vt ſit nè Diues,vel Pauper; Nobilis,an ignobilis; Doctus, an Indoctus; idoneus ad officium, an ineptus?) vt ſecundum proportionem illarum conditionum fiat diſtributio. Inſuper finis iuſtitiӕ commutatiuӕ, eſt conſtituere ӕqualem inter datum,& acceptum; finis vero intrinſecus iuſtitiӕ diſtributiuӕ,eſt conſtituere ӕqualem inter proportionem, & proportionem,vt eadem ſit proportio inter res quӕ diſtribuuntur,quӕ eſt inter conditiones perſonarum quibus ſit diſtributio,v.g. is cuius dignitas eſt vt duo, accipiat rem diſtribuendam vt duo,& non vt tria;ideſt duos aureos,ſi aurei ſunt diſtribuendi,& non tres; is cuius dignitas eſt vt quatuor, accipiet quatuor aureos diſtribuendos, & ſic de cӕteris;Videte Ariſtotelẽ lib.5.eth. cap.3.& 4.

4 Aduerte tamen,quod aliquando iuſtitia diſtributiua inuoluit eſſentialiter iuſtitiam commutatiuam, vt quando quis relinquit centum aureos diſtribuendos inter pauperes ſtudentes alicuius collegij iuxta eorum neceſſitatem; tunc talis diſtributor tenetur ex iuſtitia commutatiua erga ſingulos,erga omnes tamen tenetur formam ſeruare iuſtitiӕ diſtributiuӕ,vt ſit ea proportio eleemoſynӕ ad eleemoſynam, quӕ eſt inopiӕ ad inopiam. Vnde ſi alicui pauperiori minus dederit, tenebitur ex iuſtitia commutatiua ei reſtituere ad iuſtam proportionem;non ſecus ac ſi donator ei in particulari reliquiſſet, v.g. centum aureos, & diſtributor ſolum dediſſet quinque; ſi enim à donatore prӕcipiatur talis ſtricta obſeruantia in diſtribuendo,ſingulis pauperibus à tali donatore aſſignatur sũma iuxta proportionem inopiӕ, quӕ ſingulis debetur lege iuſtitiӕ commutatiuӕ. Sicut ſi dominus miſiſſet cuidã pauperi certam ſummam per ſeruum, & ſeruus ſurriperet medietatem talis ſummӕ, tenetur reſtituere ex iuſtitia commutatiua illi pauperi, quod ſurripuit; de quibus omnibus vide Leſſ.de iuſt.lib.2.cap.1.dub.4.à nu.21.

5 Breuiter igitur aſſumendo omnia hucuſque dicta,in Republica adeſt triplex habitudo;prima eſt Partis ad partem, ſecunda Totius ad partem, tertia Partium ad totum. Virtus quӕ partes diſponit ad bonum totius reipublicӕ eſt iuſtitia legalis; Virtus quӕ diſponit partem ad partem, ſcilicet ciuem ad ciuem, vt in ipſorum actionibus, quibus inter ſe communicant, ſeruetur ӕqualitas, dicitur Iuſtitia commutatiua; Virtus vero, quӕ totum diſponit ad partes,ideſt communitatẽ, vel hos, qui eius gerunt vices in diſtribuendis inter ciues officijs,oneribus,& alijs rebus communibus iuxta proportionem inter ipſos repertam, dicitur Iuſtitia diſtributiua. Hӕc propriè, & principaliter reſidet in Principe, vel Magiſtratu, quatenus ad ipſos ſpectant huiuſmo-

iuſmodi diſtributiones; reſidet etiam in priuatis, quatenus iſti diſponuntur à tali virtute, vt ament iuſtam diſtributionem, & tali diſtributione iuſta acquieſcant; hæc omnia colligit Leſſ. à D.Th.l.c.q.61.art.1.

6 Suppono ſecundo, leges ciuiles prohibentes aliquid fieri, ſi iuſtæ ſint, obligare in conſcientia; Hoc enim vel eſt de fide, vel fidei proximum; colligitur ex D. Paulo ad Rom. 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ſibi ipſi damnationem acquirunt &c. quod de dānatione æterna, & apud Deum intelligunt D.Chriſoſt. homil. 23. & alij Patres Græci, & Latini; & dum D.Paulus ibi rationem attulit; Dei enim miniſter eſt &c. ſubdit ſtatim, non propter irā, ſed etiam propter conſcientiam &c. ideſt propter vitandam culpam intelligunt D.Ambroſius, Theodor. D.Anſelmus, &c. D.Thomas. Idē deducitur ex 1.Epiſt.D.Petri c. 2. ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū, ſiue Regi &c. quia ſic eſt voluntas Dei. Item ex Prouerb. 8. Per me reges regnant &c. & ex his ſcripturis colligitur ratio. Tum quia legiſlator ſæcularis in leges ferendo eſt miniſter Dei, à quo ſaltem mediate poteſtatem recepit; ergo qui non obedit huic, Deo non obedit, & conſequenter facit contra conſcientiam. Tum quia Ius Diuinum, & Naturale docēt ſeruandas eſſe leges iuſtas poſitas à legitimis Principibus; ſed in caſu noſtro lex eſt iuſta, vt ſupponimus, & poſita à legitimo legiſlatore: ergo ſeruanda ex vi legis Diuinæ, & naturalis. Tum quia lex poſitiua non eſt aliud, quā determinatio, ſiue conſequentia legis naturalis, ſeu diuinæ per legem naturalem, vt dixi in prima parte mearum reſolutionū reſ. 68.n.9.ex D.Thom.1.2.q.96.art.4. in corp.Caiet. ibidem art. 5. Ita ſentiunt Sotus lib.1.de iuſt.q.6.ar.4.ad 8.Nauar. in ſum.cap. 23.num. 54. Suarez lib.3. de leg.cap. 21. num.5. Merolla tom.2. diſp.2.cap.3. num dub.21.num.205.& alij apud præcit. auctores.

7 Suppono tertio, leges ciuiles non ſolum prohibere, ſed etiam acriter punire falſitates, vt videre eſt toto tit.ff. de falſis, & C.ad l.Cornel.de falſis; eſt de iure communi pœna falſitatis depoſitio, & omnium bonorum confiſcatio in libero laico, in ſeruo mors l.1.ff. de falſis, gl. in can.in memoriam diſt. 19. verb. falſum. At in regno noſtro periurus punitur pœna truncationis manus, vt per Afflictum in conſt. regni lib.3.in rubr.55.num.2. in fin. de periuro. Gloſſa vero in can. Rex 23.q. 3. affirmat teſtem falſum puniri pœna mortis, ſi in cauſa capitali digna morte falſum deponat; quæ pœna debetur etiam ſi huius falſæ depoſitionis condemnatio contra reum non ſequatur gl. in cap. falſidicus de crim. falſi. Si talis falſarius clericus eſt, ſtatim deponitur, & traditur curiæ ſæculari.cap. ad falſariorum, de crimine falſi. Sed in generali indulto, ſeu remiſſione peccatorum excluditur crimen falſi. Bart. in l.Lucius in fin.ff. ad Senatus Cōſul. Turpill. Si falſarius ducitur ad mortē, & habeat obuiam Cardinalem, etiam ſi hic ponat pileum ſuper caput ipſius falſatij condemnati, non liberatur à morte. Barbatius in tract.de Cardin.in 9.q.primæ partis. In alijs tamen criminibus liberatur. Ita Bartol. & Paulus de Caſtro in l. addictos C.de appellationibus. Iaſon in §.pœnales in 24.col. de action. Eſt ergo tale delictum contra bonum publicum, & ideo etſi cætera delicta compenſatione mutua tollantur. l. vito atque vxori ff. ſolut. matrim. Non tamen hoc procedit in crimine falſi, ſed vtriuſque falſarij puniuntur, ſecundum Baldum in Rubr. C.de fide inſtrum.verſ.incidēter quæro &c. Inſuper ſuſpicio falſi habetur pro veritate. Geminian. & Archidiac. in can.in memoriā diſt.19. Inſuper nemo ſine accuſatore regulariter cōdēnatur can.nihil 2.qu.1.l.munerū §.defenſores ff. de muneribus. & honorib. Hoc tamen non procedit in crimine

falſi. Ideo etiam falſarius amittit priuilegium nobilitatis, & eſt infamis. Lucas de Penna in l.mulieres C.de dignitatibus lib.12. col.4. & allegat tex. in cap.1.de purgat.canon. His poſitis.

8 Probatur reſponſio primæ partis, quod ſcilicet talis peccet mortaliter; Nam hic non ſolum tenetur in conſcientia ſeruare iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam,ſed etiam legalem; imo cum maiori vinculo hanc; quam illas, cum hæ reſpiciant particulare bonum, illa vero reſpicit bonum commune debitum toti à comparte, vt in primo ſuppoſito; ſed huiuſmodi falſitates ſunt Republicæ perincioſiſſimæ;ideo enim prohibentur,& ſeuere puniuntur,vt in tertio ſuppoſito: ergo qui has facit,etſi non teneatur ad reſtitutionem, peccat mortaliter; cum Ius communitatis ſit læſum. Conſequentia hæc patet, nam ſi talis falſitas læderet Ius iuſtitiæ commutatiuæ eſſet mortalis;ergo quia lędit ius iuſtitiæ legalis, debet etiam eſſe mortalis, iuſtitia enim commutatiua nihil aliud addit ſupra hanc entitatem actus peccaminoſi,niſi tantum obligationem reſtitutionis, Reſtitutio enim, ſeu entitas reſtituenda non eſt culpa,imò culpam potius ſupponit conſtitutam, & ſic ſi entitas peccaminoſa inuariata contra iuſtitiam cōmutatiuā erit mortalis,erit ēt mortalis contra iuſtitiā diſtributiuā.

9 Confirmatur primo, quia leges ciuiles, quando ſunt iuſtæ, obligant in conſcientia, vt in ſecundo ſuppoſito; ſed leges ciuiles hoc prohibentes præſupponuntur iuſtæ, cum iniuſtitia non ſit manifeſta,imò oppoſitum potius ſit manifeſtum: ergo obligant in conſcientia.

10 Confirmatur ſecūdo,quia nō licet mentiri,nec ad vitam tuendam, ſeu ad mortem euitandam can.Nequis,& ſequenti 22. q. 2. ergo neque licebit in iudicio ad bona recuperanda; offendit enim iudicem,dum ipſum decipit, etſi non in re,ſaltem in modo procedendi. Nec dicas,quod tale mendacium eſſet læue, & conſequenter de peccato veniali.Nam ſi talis entitas peccaminoſa inuariata cōtra iuſtitiam commutatiuam eſſet mortalis: ergo etiam contra diſtributiuam.

11 Confirmatur tertio, quia teſtis, vel principalis interrogatus à iudice non ſuo,vel non ſeruato ordine iuris, non tenetur reſpondere; ſi tamen coactus vult reſpondere, non poteſt mentiri, etſi poſſit æquiuocare, q ſi mentiatur peccat ſecundum D. Auguſt. lib. de conflictu vitiorum can. ſi quis, & can. 1.22.q.1.D.Thom.2.2.q.69.art. 1. Caiet. q. 89. art. 7. Sotum de tegendo ſecreto membro 3. quæſt. 3. concl. 5. & lib.5.de iuſt.q.6.art.2. & alios apud Couar.l.c.num. 2. ergo à pari licet debitum tuum ſit verum, tamen ſi cupis illud petere, non potes cum mendacio petere,& ſi ita petis,peccas.

Dices,quod licet aliquando mentiri in iudicio, nempè ad finem excludendi actoris intentionem, tunc enim conuentus pluribus vti poteſt titulis, ac defenſionibus reg. Nullus de reg. iuris in 6. cap. conſtitutus de teſt. cap. poſt electionem de conceſ. præbend. & ibi DD. & tamen verum eſt, quod vno titulo acquiſitum, ex alio acquiri non poteſt l. 3. §. ex pluribus ff.de acquir.poſſeſſ. cum ibi communiter annotatis: ergo ſi conuentus pluribus titulis vtitur, neceſſario mentitur in iudicio,quia non poteſt vno,& alio titulo illud acquirere. Vnde ſi vno titulo ex expoſitis acquiſiuit, alius titulus neceſſario erit falſus ex l. 3. cit. ſed hoc eſt licitum ex iuribus citatis:ergo licitum eſt aliquando in iudicio mentiri, & à fortiori ad repetendum proprium creditum.

12 Reſpondet Couar.l.c.Quod qui excludit actoris intentionem pluribus titulis,non mentitur, ſed allegat titulos varios diſiunctiuè, & non collectiuè v. g. Allegat conuentus in propriam defenſionem Priuilegium, & Præſumptionē, vel Donationem,& Emptionē quæ contingere potuerunt in vna, &

eadem

eadem re, hæc allegatio facit hunc sẽſum, ſi prçſumptioni locus non eſt, priuilegium admittatur; ſimiliter ſi Donatio iure admitti nequit, emptionis titulus cõſideretur, & ſic talis nullo modo mentitur. Colligit hoc idem Couar. ex Innocẽt. & Abbat. col. 8. in cap. Auditis de præſcriptione Dec. in cap. Paſtoralis de except. num. 3. Felin. & alijs; Dignus eſt enim, vt ea interpretatione à mẽdacio excuſetur, qui in iudicio ad eius defenſionem aſſerit ea, quæ vere contigere potuerunt: Si ergo talis non mentitur, neque licitum erit mentiri pro recuperatione propriorum bonorum.

13 Hinc eſt, quod non poteſt reus ſe defendere per diuerſos titulos directe contrarios, quia tunc neceſſario mendacium interuenit; nam ex duobus directe contrarijs, vel ſimul impoſſibilibus neceſſe eſt alterum falſum eſſe ex Ariſtotele 2. Topic. l. ſed ſi pupillus §. ſi inſtitoria ff. de inſtitor. l. 1. C. de furtis l. hæc verba ille ff. de verb. ſignif. cã. cum renunciatur 32. quæſt. 1. can. quicumque ab origine, de pœniten. diſt. 2.

14 Ita etiam exceptiones indirectè cõtrariæ admittendæ non ſunt v. g. ſi quis conuentus actione perſonali ad centũ ex mutuo, excipiat ſe ipſum dicta totũ actori ſoluiſſe Romæ 30. die Ianuarij, & eodem die actorẽ Neapoli donaſſe, vel pactum feciſſe de non petendo, neceſſe eſt alterum falſum eſſe, & ideo non poteſt non mentiri excipiens. Sic à fortiori admittendæ non erunt exceptiones duæ, quæ ſint directe contrariæ, vt patet ex l. 1. verſ. Sed ſi alius ff. quando appel. ſit. Quia mendacium intercedit; quæ ratio procedit, ſiue ſit vna, & eadem exceptio ſibi ipſi contrariã, ſiue ſint duæ exceptiones contrariæ l. ſcripturæ, & cap. imputari, de fide inſtrum.

15 Quod vero non incidat in caſum noſtrum patet; Tum quia talis ſcriptura non eſt in graue damnum tertij, imò in nullum damnum tertij, cum debitũ ſit verum, & nullum afferat præiudiciũ alteri, vt ſupponimus. Tum quia tale mendacium coadiuuat primordio veritatis, cum reuera talis mutuauerit illa centum, & conſequenter ſimpliciter, & abſolute falſũ non dicit in indicio. Tum quia id, ſecundum quod falſum dici poteſt hoc inſtrumentum, veritatem non mutat ſecundum entitatem mutuationis, & conſequenter deficit in conditione eſſentiali ſecundum quod damnum inferre debet. Ita ſentit Gyptius, & Graff. ll. ſupra cit.

SVMMARIVM.

Mutuatarius à mutuante in iudicio conuentus pro certa ſumma, cuius partem tantum debet, ſi cum iuramento deponit ſe non debere illam ſummam, nec peccat, nec incidit in caſum noſtrum reſeruatum. n. 1.

Iniuſtæ, & non legitimæ petitioni reſpondere licet æquiuocando, nec debitum eſt reſpondendi ei, qui ius non habet poſtulandi. num. 2.

Iuramentum cum æquiuocatione ſine neceſſitate eſt tantum peccatum veniale. num. eod.

Maior ſumma non continetur in minori, quamuis minor in maiori contineatur. num. 3.

Verum eſt, cuius oppoſitum eſt falſum, nam veritas falſitati opponitur. n. 4.

Vna ſumma maior continet quidem plures ſummas minores, non disiunctiuè, ſed collectiuè. n. 5.

Significatio orationis, quæ ſumitur ex tota oratione, ſi in aliquo falſa eſt, totam orationem falſam efficit. n. 6.

Maior ſumma negatiua nec naturaliter, nec ciuiliter minorem ſummam continet. num. 7.

Pactum de non petendo maiorem ſummam continet pactum de non petendo minorem, etiamſi minor tantum debeatur. n. eodem.

Iuſiurandum appoſitum ſupra actum natura ſua diuiſibilẽ, & diuiduum, reddit illum indiuiſibilem, & indiuiduum. n. 8.

Ad periurium euitandum eſt accipienda ea interpretatio ſermonum, quæ à periurio reſ-

reſpondentem excuſat.n.eod.

Implicitè interroganti nemo explicitè reſpondere tenetur.n.9.

Si conductor intendat conducere domum quinque,& locator locare decem, non valet conductio, cum de conductoris incommodo agatur. Quod ſi conductor decem,locator verò quinque locare intendat, valet conductio, quia de conductoris commodo agitur.n.10.

Summa negatiua maior minorem aliquando continet, aliquando verò non, non ex intrinſeca natura ſua, ſed ab extrinſeco fine, ſeu à proferentis intentione.n.11.

Sententia iudicis circa totum comprehendit etiam partē,ne iudicium inutile reddatur & eluſorium.n.12.

In Moralibus quod vltimo determinat, & dat eſſe ſpecificum rei dicitur forma; quod verò determinatur dicitur materia n.13.

Mendacium, & periurium ſimplici taciturnitate non committuntur; nec ſi non reſpondeatur explicitè ad id,quod fuit implicitè interrogatum.n.14.

Legitime interrogatus ſiue mentiendo reſpondeat, ſiue æquiuocando, quo caſu non mentitur,ſemper tenetur de falſo;illegitimè verò interrogatus, ſi æquiuocando veritatem occultat,nec mendacium dicit,nec de falſo tenetur.n.15.

Interrogatus indefinitè de aliqua re nō tenetur reſpondere de parte illius, ſed debet Superioris præcepto cogi ad reſpondendum de parte.n.16.

Interrogatus an fundum poſſideat, & debet reſpondere de toto,ſi totum poſſidet; & de parte,ſi partem poſſidet;cum ſit interrogatio indefinita æquipollens vniuerſali, & potens eſſe particularis,& tam de toto,quā de parte fundi verificari poſſit.num.17.

Creditor in parte, ſi totum debitum petit,& non ſe offert recipere partē illam debiti,nō conſtituit debitorem in mora;nec talis debitor totum debitum negans eſt condemnādus in expenſis.n.18.

Dominus à quo bos ſubtractus fuit, ſi Corij pretium à fure recepit,bouem quoque condicere poteſt, non quia minor ſumma continetur in maiori, ſed quia actio ad bouem,cum oriatur à diuerſo furto,eſt diſtincta ab actione ad corium.n.19.

Debitor in debito liquido, ſi non ſe offert ad partem debiti, conſtituitur in mora;in debito verò non liquido,nequaquam.n.20.

In maiori ſumma continetur quidem minor, non formaliter,ſed materialiter; at in poſtulatione maioris ſummæ non continetur poſtulatio minoris, cū poſtulatio maioris ſit de re indiuiſibili conſtituta in ſua ſpecie non per minorem ſummam, ſed per vltimum illius numerum.n.21.

Debitor negans totum ne cogatur ſoluere partem,quam debet;vel negat, quia impotens eſt ad ſoluendum, vel negat ne via indebita ſoluere cogatur, & ſic negando non peccat; quod ſi negat,quia non vult omnino reddere debitum, tunc non peccat negando, ſed eſt in peccato ratione praui affectus,quo non vult rem alienam reddere.n.22.

Nec peccat quia cogit actorem ad probandam partem illam verè debitam,cum talis coactio non à negante originaliter, ſed ab ipſomet creditore iniuſtè totum petente proueniat.n.23.

Nemo bono proximi conſulere tenetur,quando proximus damnum inferre procurat. num. 24.

Peccatum non eſt non reddere bonum pro malo,quamuis perfectionis ſit bonum pro malo reddere; at malum pro malo reddere eſt iniquum.n.eod.

Explicitæ interrogationi explicita reſponſio correſpondet,non implicita.num.25.

RESOLVTIO LI.

Quidam mutuo accepit mille à Sempronio,& reſtituit poſtea quincentos ſine apoca receptionis, Sempronius deinde talem mutuatarium in iudicio conuenire fecit pro tota ſumma illorum mille,& hic cum iuramēto depoſuit in iudicio, ſe non debere ſoluere tale debitum, prout

poni-

ponitur. Quæritur An peccauerit mortaliter, & inciderit in caſum noſtrum?

1 RESpondeo talem non peccaſſe mortaliter, & conſequenter, nec incidiſſe in caſum noſtrum. Hoc videtur dicere Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 6. num. 33. in fine dum dicit, quod talis poterit, ſi non ex capite periurij, & mendacij, ſaltem ex alio capite eſſe reus &c. Non ergo affirmat, quod ſit reus, ſed poteſt eſſe reus, modo forſan quo dicam infra. Ita ſentit Azorius tom. 1. lib. cap. 8. in fin. Guttierez quęſt. pract. lib. 1. q. 81. num. 2. Speculator tit. de poſitionibus §. 5. verſ. ſecundo vero exemplo &c. & in tit. de litis conteſtatione §. 2. num. 3. gl. in cap. vlt. de confeſſ. in 6. Bald. in cap. dudum il ſecondo de elect. num. 29. Decius in l. non poteſt videri improbus ff. de reg. iuris, & alij apud Couar. variarum lib. 1. cap. 2. num. 5. verſ. tertio à contrarijs in fin. etſi oppoſitum ſentiat in verſ. verum quod attinet &c. Audacter tamen fatetur in verſ. ſecundo aſſeram &c. talē non periurum eſſe, nec mendacium committere. Nobiſcum etiam ſentit Merlinus tom. 2. controu. centuria 2. cap. 22. à nu. 11. Idem ſentit gl. in cap. 2. verſ. abſque rationabili cauſa de cōfeſſ. in 6. & in cap. præſentium verb. ſigillatim de teſtibus in 6.

2 Probatur primo. Nam petitio hæc illorum mille tendit per ſe primo, & directè ad effectiuam ſolutionem totius ſummæ: ergo eſt ſimpliciter, & abſolutè iniuſta, (medium enim ſapit naturam ſui finis) & conſequenter non legitime facta: ſed petitioni non legitimè factæ vtique licitum eſt reſpondere æquiuocando, nam ſi talis non habet ius poſtulandi vt poſtulet, mihi non eſt debitum reſpondendi: ergo ſi talis reſpondeat non debere illos mille aureos, prout ponitur, nullam committit culpam, etiamſi iuret; quando enim licita eſt æquiuocatio, licitum eſt etiam iuramentū circa illam. Imò iuramētū cum æquiuocatione ſine neceſſitate, eſt tantum veniale, vt optimè Sāchez in ſumma lib. 3. cap. 6. n. 22.

3 Confirmatur, quia maior ſumma nō continetur in minori, etſi minor in maiori mille enim non continentur in quincentis, etſi quincenti contineantur in mille l. pupillus §. fin. ff. de verb. ſignif. ergo qui poſtulat mille, poſtulat ſummam non contentam in quincentis debitis; & conſequenter, qui negat debere mille, verum dicit, quia ſumma poſtulata non continetur in ſumma debita; ſi verum dicit, conſequenter non mentitur.

4 Probatur ſecundo, quia illud dicitur verum, cuius oppoſitū eſt falſum, veritas enim opponitur falſitati; ſed ſi debitor in caſu noſtro interrogatus An debeat mille, reſponderet ſe debere mille, falſum diceret, & hæc reſponſio eſſet falſa, quia debet tātum quincentos: ergo ſi reſponderet ſe non deberè mille, hæc reſponſio eſt vera; ſi enim debeo eſt falſum, non debeo eſt verum.

5 Confirmatur primo. Quia vna ſumma continet plures ſummas minores, ſiue explicitè, ſiue implicitè, non diſiunctiuè, ſed copulatiuè; mille enim continet duas ſummas. ſ. quincētos, & quīcētos, nō diſiūctiuè, ſed copulatiuè l. ſcire debemus in princ. ff. de verb. obligat. ergo etſi in mille ſint quincenti, qui mille negat non mentitur, quia quincenti non continentur diſiunctiuè in ſumma illa, ſed tantum copulatiuè, & per modum vnius; ſi non mentitur: ergo nullam committit culpam.

6 Confirmatur ſecundo. Quia ſignificatio orationis, quæ ſumitur ex vniuerſa oratione, ſi in aliquo falſa eſt, totam orationem falſam efficit l. ſi is qui ducenta §. verum verſ. Quia ſignificat ff. de rebus dubijs: ergo quia poſtulatio in caſu noſtro continet aliquid falſum, quod eſt iterum petere quincentos receptos, tota falſa erit dicenda.

7 Con-

7 Confirmatur tertio. Quia maior ſũma negatiua, non continet minorem ſummam naturaliter, nec ciuiliter, ſecundum communiſſimam ſententiam in l. 1. §. ſi ſtipulanti ff. de verborum obligat. DD. enim ibi contendunt, An maior ſumma affirmatiua cõtineat minorem affirmatiuam, non vero diſputant de maiori negatiua, cum omnes ſupponant non continere; & patet ex Clem. 2. de magiſtris; non enim ſequitur prohibeo in hoc actu impendere centum aureos, nec poſſum expendere quinquaginta; nec qui aſſerit non habere centum, ſequitur nec habere quinquaginta. Si ergo maior ſumma negatiua non continet minorem, conſequenter dum quis negat ſummam de mille, non negat ſummam de quincentis.

Nec talis argumentatio eſt vana, & refellenda ex l. ſi vnus §. ſi cum mihi ff. de pactis. Vbi habetur quod pactum de non petendo viginti cum decem tantum debeantur, ad illa decem etiã referri.

Quia in tali caſu negatio illa continet tacitam affirmationem, dum enim paciſcitur ſe non petiturum viginti, tunc remittit illa decem debita à fortiori; qui enim non vult, & remittit viginti, à fortiori remittit decem, vt bene Couar. l. c.

8 Confirmatur quarto, quia hoc in ſe habet Iuſiurandum, vt quando apponitur ſuper actu ſua natura diuiſibili, ſeu diuiduo, reddit actum illum indiuiſibilem, ſeu indiuiduum, vt in propoſito notat Surdus deciſ. 58. num. 12. & ex Bald. & Soccin. in l. 1. §. ſi ſtipulãti num. 5. in fin. de verb. obligat. ergo etſi ſumma de mille diuiſibiliter contineat ſummam bis quincentorum, tamen iuramentum ſuper hanc ſummam appoſitum reddit totam ſummam indiuiduam, & conſequenter talis non mentitur. Ad periurium enim euitandum ſemper eſt accipienda ea interpretatio ſermonum, qua reſpondens à periurio excuſatur cap. Petitio veſtra de Iureiurando.

9 Confirmatur quinto, quia Petrus implicitè interrogatus non tenetur explicitè reſpondere, ſufficit enim ſi implicitè etiam reſpondeat. Ita notat Bald. in l. 2. §. quod obſeruari num. 22. C. de iureiurãdo, vbi ait, Nam iuuolutæ, & corruptæ poſitioni non debet dari reſponſio; ergo ſic in caſu noſtro.

Nec obſtat tex. in l. ſi decem ff. locati, vbi hæc habes, Si decem tibi locẽ fundum, tu autem exiſtimes quinque te cõducere, nihil agitur. Sed & ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere, vtique non pluris erit cõductio, quam ego putaui &c. ergo minor ſumma continetur in maiori; & nõ è contra; Ideo enim locatio erit valida in ſecundo caſu, & non in primo, quia quinque continentur in decem, & non è contra

10 Nam hoc non prouenit, quia minor ſũma cõtinetur in maiori, & nõ è cõtra ſic enim non eſſet maior ratiq de p timo caſu, ac de ſecundo; & cur quinque conductoris non contineantur in illis decem locantis; ſicut illa quinque locantis continentur in illis decem conductoris? Sed hoc prouenit quia cum agatur de commodo conductoris, & conductor conſentit in decem: ergo à fortiori conſentire debet in quinque. At quia quando conductor intendit ſoluere quinque, & locator intendit habere decem, agitur de incommodo conductoris, ideo ſi conſentit in quinque, non per hoc conſentit in decẽ; hoc videtur dicere gl. ibidem.

11 Sic etiam dicimus quando venditor dixit ſe non venditurum rem pro centum, implicat deinde, quod vẽdat pro octoginta; Non quia minor ſumma cõtinetur in maiori negatiua, ſed quia dum agitur de intereſſe venditoris, ideo non vult rem illam vendere pro centum, quia ſuo iudicio pretium non eſt æquale rei vendendæ: ſi ergo æqualitas non ſaluatur cum centenario, à fortiori non ſaluatur cum octoginta: & cum ſit maior iniuſtitia cum illo pretio, quam cum hoc, ideo mirum non eſt,

Digitized by Google

eſt, quod qui negat vendere pro centum, à fortiori negat pro octoginta. Quod magis patet; nam ſi venditor nollet vendere rem illam pro centum, ex eo quia eſſet timoratæ conſcientiæ, & pretium centenarium videretur ei exorbitans, & contra iuſtitiam, non valeret conſequentia, ergo neque vult vendere à fortiori pro octoginta, maximè ſi octoginta eſſet pretium iuſtũ, ſed maximè vellet vendere pro octoginta tanquam pretio iuſto. Sicut hoc idem videtur euidentius in emptore; ſi enim emptor dicat ſe nolle emere pro centum, rectè ſequitur ſe empturum pro octoginta, quia dum agitur de eius commodo, & pretiũ illud ſuo iudicio eſt exorbitans, quando reducitur ad iuſtitiam vult emere, & ſic propoſitio illa negatiua continet affirmatiuam implicitè. Non igitur aliquando maior ſumma negatiua continet minorem, & aliquando non continet ex ſua ratione intrinſeca ſummæ negatiuæ, ſed hoc totum prouenit à fine extrinſeco ſummæ, qui finis oritur ab intentione proferentis ſummam illam maiorem. Cum ergo maior ſumma negatiua nullo modo contineat minorẽ de natura ſua; in caſu noſtro negans ſe debere mille, non negat quincentos, & conſequenter non mentitur, nec eſt periurus.

Dices ſi iudex profert ſententiam fundum non eſſe Titij; non tantum de toto, ſed etiam de parte pronũciaſſe cenſendum eſt l. ſi quis cum totum ff. de except. rei iudicatæ: ergo cum debitor negat ſe debere mille, non ſolum de mille, ſed etiam de quincentis erit negatio.

12 Reſpondeo negando paritatem, & diſparitas eſt manifeſta, nam in ſententia iudicis procedit hoc, ne ſententia reddatur eluſoria. Si enim iudicatum fuerit me tibi non debere centum, & poſtea tu poſſes petere octoginta, non obſtante exceptione rei iudicatæ, inutile eſſet iudicium de non debẽdo cẽtum, vt optimè probat Couar. l.c. cum cõmuni DD. in l. 1. §. ſi ſtipulanti ff. de verborum obligat. At hoc non procedit in caſu noſtro vt patet; hoc idem ſentit Merlinus l. c. n. 22.

13 Probatur tertio. Quia in moralibus quod vltimo determinat, dicitur forma, & forma dat eſſe ſpecificum rei, quod vero determinatur, dicitur materia. Sic verba ſacramentorum dicuntur forma, quia determinant materiã ad hoc, & non illud ſignificandum; ſed extremus numerus determinat ſummam: ergo extremus numerus dat eſſe ſpecificum, ſeu conſtituit ſummam in tali ſpecie; ideo enim Ariſtoteles dixit quod eſſentiæ ſunt ſicut numeri: ergo ſumma milliarij recipit eſſe ſpecificum ab vltimo ſuo numero, & numeri in tali ſumma ſe habent per modum materiæ, dum ab vltimo numero determinantur: ergo verbum ſignificans ſummam milliarij, non continet ſummam quincentorum, ſaltem ex proprietate dictionis. Qui negat igitur debere mille, dum debet quincentos, non negat quincentos. arg. tex. in cap. cui de non ſacerdotali, de præb. in 6.

Dices primo. Ita falſum committit, qui interrogatus veritatem occultat, ac qui mẽdacium dicit cap. r. de crim. falſ. can. quiſquis 11. q. 3. & ibi gl. & in cap. cum dilecti in verb. Merã de accuſ. Bald. in l. data opera nu. 29. C. qui accuſ. non poſſ. Felin. in cap. 1. nu. 3. de teſt. cog. D. Thom. 2. 2. q. 72. ar. 1. Sed debitor in caſu noſtro eſt interrogatus, & veritatem occultat, dum occultat ſe debere quincentos: ergo falſum dicit.

14 Reſpondeo primo cum Couar. l. c. verſ. ſecundo aſſetani &c. quod Mendacium, & Periurium nõ committitur ſimplici taciturnitate. Quia ſimplex interrogatio dicit tantum implicitè interrogationem de minori ſumma, & non explicitè; & ad periurium, & mendacium requiritur explicita interrogatio, inquit Couar. l. c.

15 Reſpondeo ſecundo, quod interrogatus legitimè ſi veritatem occultat

Bb men-

mentiendo,& non æquiuocando mendacium dicit;quod ſi æquiuocando reſpôdeat, tenetur de falſo, cum legitimè interroganti reſpondere teneatur,quamuis mendacium non dicat; at illegitime interrogatus ſi veritatem occultat æquiuocando, mendacium nullo modo dicit, nec de falſo tenetur, quia reſpondere non tenetur iniuſtè interroganti; & in caſu noſtro talis eſt illegitimè interrogatus ſecundum totam ſummam, vt patet; tex.vero in cap.1. de crimine falſi non loquitur in caſu noſtro, ſed de deponente contra innocentem; ibi enim hæc habes:Falſidicus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius; primum Deo cuius præſentiam contemnit: inde Iudici quem mentiendo fallit; poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat,& qui mendacium dicit, quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat &c.Igitur loquitur tex.de occultante veritatem in bonum innocentis; at actor in caſu noſtro innocēs non eſt,dum poſtulat iterum, quod ei ſolutum eſt, vt patet. Imò potius talis actor eſt falſidicus, & non talis debitor, dum occultat veritatem, nempe receptionem contra debitorem innocentem, vt ex tex. apparet. Nec tenetur reus ſibi nocenti prodeſſe.

Dices ſecundo. Quod interrogatus An fundum poſſideat,ſi partem,& non totum poſſideat, tenetur reſpondere poſſidere partem,& non poteſt ſimpliciter negare,tex.eſt expreſſus in l. Qui ſeruum §. in iure ff. de interrogatorijs actionibus: ergo etiam à pari interrogatus an mille debeat,non poteſt ſimpliciter negare, ſed debet reſpondere, debere quincentos.

16 Reſpondeo primo,quod in tex.nihil tale,imò potius oppoſitum colligitur: ibi enim hæc habes. In iure interrogatus An fundum poſſideat, quæro An reſpondere cogendus ſit, & quota ex parte fundum poſſideat? Reſpondi. Iabolenus ſcribit poſſeſſorem fundi cogi debere reſpôdere,quota ex parte fūdi poſſideat: vt ſi minore ex parte poſſidere ſe dicat,in aliā partē quæ nō defendetur in poſſeſſionem actor mittatur &c.Si ergo Iabolenus dicit,quod interrogatus indefinitè, an fundum poſſideat cogendus eſt reſpondere,cogitur reus per præceptum nouum; coactio enim vim extrinſecā, ſeu ab alio denotat; aliter enim tex.dixiſſet,tenetur reſpondere, & non cogi debere; igitur non tenetur reſpondere ad propoſitionem indefinitam de toto, ſed nouo præcepto cogendus eſt à ſuperiore,An partem fundi poſſideat. Non igitur tenetur interrogatus de toto,reſpondere de parte. Ita ſentit Accurſius, & Decius in præcit. tex. & hanc reſponſionem videtur approbare Merlinus l.c. num. 21. ex Piccardo in §. ſi quis agens num. 42. inſt. de actionibus.

Nec obſtat, quod dicit Couar. l. c. verſ.non oberunt in fin. quod hæc reſponſio non omnino conueniat Iuriſconſulto, qui præmiſſa ſimplici interrogatione circa totum ſcribit, interrogatum cogendum eſſe de parte reſpôdere.

Quia hoc gratis fingitur, dum videmus, quod interrogatus de toto,non dicit,quod tenetur de parte reſpondere, ſed cogendum eſſe de parte; cogitur enim per præceptum à ſuperiore, & cum de parte cogitur, de parte eſt præcipienda reſponſio: ergo vſque dū de parte non præcipiatur reſponſio, interrogatus non cogitur de parte reſpondere, & niſi cogatur talis interrogatus à textu,ad hanc reſpondere non obligatur. Et clarius,coactio ſuperioris in caſu noſtro fit per præceptum: ergo ſuperior qui cogit de parte reſpondere interrogatum, de parte præceptum ferre debet, ſi de toto, de toto præceptum ferre debet.

17 Reſpondeo ſecundo, quod in tex. non dicitur,quod interrogatio fuit facta de toto fundo, dum dicit, In iure inter-

interrogatus an fundum poſſideat &c. Igitur interrogatio non fuit de toto fundo,ſed poteſt verificari, & de toto & de parte fundi, cum propoſitio ſit indefinita, quæ æquipollet vniuerſali, ſed non eſt vniuerſalis ; & poteſt eſſe etiam particularis ; pars enim fundi fundum eſt, etſi non totum. Non ſic in caſu noſtro, nam iudex interrogat,An mille debeat; quincenti enim non sũt mille,neque ſecundum quid,ſicut pars fundi dicitur fundum ſecundum quid. Et ideo mirum non eſt ſi in caſu expreſſo in tex. interrogatus de fundo teneatur reſpondere etiam de parte, ſecus vero in caſu noſtro.

Dices tertio, qui debitum petit,cõſtituit debitorem in mora, etiam ſi in parte tantum ſit creditor l. qui ſolidũ ff. de leg. 2. ergo qui mille petit in iudicio,ſi quincentos exigere debet,etiã legitime poſtulat; & conſequenter talis debitor erit à iudice legitime interrogatus.

18 Reſpondeo, quod ſi creditor non ſe offerat recipere etiam partem debiti, quando totum debitum petit,non cõſtituit talem debitorem in mora, & ita eſt intelligendus præfatus tex. in l.qui ſolidum. Sic enim loquuntur Paulus, Bartolus, Imola, & DD. omnes in illo tex.teſte Couar.l.c.verſ.Ad tex.qui teſtatur de communi DD. Et ideo dicũt, quod reus, qui negat totam petitionẽ, dum eſt partis eius vere debitor, non eſt condemnandus in expenſis, niſi creditor dixiſſet ſe paratum eſſe recipere partem pretij. Salicet. & Iaſon.in l.properandum §.ſin autem alterutra, C.de iudic. Decius in l. non poteſt videri improbus ff. de reg. iuris,per tex. in l.in fideicõmiſſi in princ.ff. de vſur.

Nec obſtat tex.in l.ſi ſeruus la ſecõda §.boue ff.de condict.furtiua;vbi habetur,quod ſi fur bouis dederit pretiũ corij domino, & dominus bouem repetijt, niſi fur offerat pretium bouis detracto pretio corij ſemel ſoluti, eſt in mora : ergo non ſolum ſi ſe offerat creditor recipere partem pretij, ſed etiam ſi reuera recipiat, & poſtea totã rẽ condixerit,conſtituit debitorem in mora.Ita Couar.l.c.

19 Quia facilè ſoluitur ex lectione ipſius tex. Verba .n.tex.hæc ſunt. Boue ſurrepto,& occiſo, condictio,& bouis, & corij, & carnis domino competit; ſi corium,& caro cõtrectata fuerint, cornua quoque condicentur;ſed ſi dominus condictione bouis pretium conſecutus fuerit,& poſtea aliquid eorum, de quibus ſupra dictum eſt,condicat, omnino exceptione ſubmouebitur;cõtra ſi corium condixerit, & pretium eius conſecutus, bouem condicat, offerente fure pretium bouis detracto pretio corij,doli mali exceptione ſubmouebitur. Ex hoc enim tex.habetur, quod dominus bouis habet actionem repetẽdi bouẽ,coriũ, & carnẽ p actiones diſtinctas,nec extinguitur actio ad bouem,etiam ſi accipiat pretium corij. Quando enim fur incipit poſſidere bouem per partes,tunc incipit contrectare aliam rem alienam, & ſic contrahit veluti aliud debitum ex tali contrectatione noua, vt optimè gl.ibi verb. Corij,circa med.Repetitio enim bouis nõ eſt repetitio corij bouis,& ideo repetẽs bouem,non repetit corium eius.Solutio vero corij eſt ſolutio extinguens repetitionem corij,& non bouis,& extingnit debitum contrectationis ſecũdi,& non primi furti; & ideo licitum eſt illi,qui pretium corij habuit, repetere bouem ; & quia ex vi iuſtitiæ fur bouis debet ponere æqualitatem inter Ius domini bouis , & ſuum debitũ & dum pretium corij ſoluit,ex defectu materiæ iam ſolutæ,non habet tantum debitum (pretium enim eſt indifferẽs, & poteſt eſſe, & ad bouem ſecundum partem, & ad corium ſecundum totũ) nec ille tantum ius , & conſequenter minus ponere debet ad ponendam æqualitatem.

Et nota,quod ex hoc tex.non minus pro nobis, quam contra nos ratio deſumitur. Nam ſi minor pars continetur formaliter in maiori, cur dominus

bouis,qui accepit pretium corij, poteſt iterum,& bouem repetere? hæc enim repetitio eſſet omnino iniuſta, cum petat totum,dum ei debetur pars, ſeu bos ſine corio;igitur dicendũ eſt,quod ideo poteſt bouem repetere,quia actio ad bouē eſt actio diſtincta ab actione ad coriũ, etſi actio ad coriũ pēdeat ab actione ad bouē;& ideo etſi extinguatur actio ad corium,non tamen extinguitur ad bouem. Quia vero actio ad quincentos non eſt noua actio proueniens ab alio nouo titulo, ſeu à nouo contractu,ſeu delicto, ſed eſt illa eadē de mille,etſi diminuta ratione ſolutionis quincentorum, Ideo mirum non eſt,ſi ſoluens pretium corij bouis conſtituatur in mora, ſi non offerat pretiũ bouis deducta ſolutione corij facta, quia hæc ſolutio extinxit nouam actionem contractam poſt furtum bouis, ſecundum gl.ibi: quãdo vero quis ſoluit partem debiti, & poſtea Dominus, ſeu creditor totum debitum poſtulat, non conſtituit talem debitorem in mora, niſi ſe offerat recipere etiam partem debiti.

20 Niſi velis dicere, quod caſus in l. qui ſolidum &c.loquitur de debito nõ liquido, ignoratur .n. quantum ex illo toto actori teneatur debitor ſoluere. At caſus in l. ſi ſeruus §. boue &c. loqtur de credito liqdo,vt patet;& ideo mirũ nõ eſt ſi debitor etiam ſi non offerat partem pretij non conſtituitur in mora;conſtituitur vero in alio caſu. Ita Couar.l.c.verſ.Ad tex.in fin.

Dices quarto.Quod quincenti continentur in mille;ergo qui mille petit, petit etiam quincentos: ergo qui mille negat, negat etiam quincentos.

21 Reſpondeo, quod in materia, ſeu maſſa de mille continentur quincenti tantum materialiter,& non formaliter; cum formæ conſtituantur in materia numerica per vltimum numerum, vt dixi.At poſtulatio de mille non eſt poſtulatio de quincentis; mille enim etſi in ſe ſint diuiſibilia,tñ prout continentur in poſtulatione, & prout relucent in ea,relucent in propria forma ſpecifica,ſeu per modum vnius,& veluti indiuiſibiliter;mille enim in ratione milliarij non ſuſcipit magis, & minus, & in ratione milliarij relucet in poſtulatione, quia ſi vnum de mille deficit, poſtulatio non erit illa. Et quia reſpõſio correſpondet poſtulationi, qui negat debere mille,negat prout relucent in poſtulatione, ſcilicet per modum indiuiſibilis.

Dices quinto ex Couar.l.c.verſ.Verum quod attinet &c.Sanchez in ſumma lib.3.cap.6.num.33. Quia etſi talis non ſit periurus,tamen erit reus culpæ ex alio capite,nimirum ſi neget,ne cogatur ſoluere partem quam debet, vel quia cogit actorem ad probandam partem illam vere debitam.

22 Reſpondeo,quod ſi talis debitor negat,ne cogatur ſoluere partem quam debet:ergo non peccat,quia negat,ſed quia non vult cogi ad ſoluendum; & ſi non vult cogi quia impotens eſt ad ſoluendum, tunc dico, quod neque peccat,quia ad impoſſibile nemo tenetur: dummodo tamen habeat animum ſoluendi, qñ commodè poteſt. Si uero non vult cogi tali via indebita, nempè ad petitionem indebitam de mille,ſed vult cogi ad petitionem iuſtam; tunc neque peccat, quia nõ negat ſimpliciter cogi, ſed cogi tali via indebita. Vel nõ vult cogi, quia nõ vult omninò ſoluere debitum, & tunc dico, quod talis eſt in peccato mortali ſiue neget, ſiue non neget tale debitum; ſemper enim habet animum non reſtituendi, quod eſt alienum, & ſic talis culpa non prouenit à negatione, ſed à prauo animo non reſtituendi.

Nec ex eo, quia cogit actorem ad probandam partem illam vere debitã, per hoc peccat mortaliter, vt putat Couar. Nam talis coactio non prouenit originaliter à tali negatione, ſed à praua petitione ipſius actoris: Praua enim illa petitio facit licitam talem negationem, & niſi ipſe indebitè peteret,talis iuſte negare non poſſet; cum ergo

ergo talis coactio non proueniat ſimpliciter, & abſolutè à tali negatione, ſed à praua ſua petitione; conſequenter talis coactio radicaliter ab ipſomet actore prouenit, & non à reo, ac proinde ſibi ipſi imputanda erit talis coactio, igitur nullo modo talis peccat.

Nec dicas, quod talis poteſt conſulere bono proximi, & non conſulit.

23 Quia non tenetur talis bono proximi conſulere, dum talis proximus dãnum inferre procurat cum iniuſta petitione. Perfectionis eſt reddere bonũ pro malo; at peccatum non eſt non reddere bonum pro malo, ſufficit enim ſi non reddat malum pro malo. Et hoc maximè, ſi non habeat chartam receptionis, qua poſſit in promptu indicare ſatisfactionem.

Dices ſexto. Quod interrogatus an debeat mille implicitè interrogatur an debeat quincentos: ergo ſi negat ſe debere, negat tam interrogationem explicitam, quam implicitam, & conſequenter falſa reſponſio.

24 Reſpondeo, quod explicitè interrogatus de mille non tenetur reſpondere explicitè, niſi ad explicitam interrogationem, & ad interrogationem implicitam, implicitè debet reſpondere, & dum negat vt ponitur, implicitè affirmat, ſi aliter poneretur. Addo, quod talis interrogatio iudicis eſt ad petitionem partis, & dum pars mille petit, & hoc intendit; conſequenter Iudex mille etiam petit, & hoc implicitè, & explicitè intendit; talis enim interrogatio, dum eſt ad petitionem partis, intentioni partis ſe debet conformare; & dum pars mille petit, dum poteſt quincentos verè debitos petere, ſignum eſt, quod mille intendit, & implicitè, & explicitè. Igitur negandum eſt, quod talis interrogatio iudicis de mille, implicitè eſt de quincentis. Ita deciſum in S. C. iunctis aulis, refert Merlinus l. c. n. 19. Quod idem ſẽtiũt Anellus Amatus conſil. 92. per totum. Additio ad Capellam Toloſ. deciſ. 209. Thomas Sanchez in ſumm. lib. 3. cap. 6. num. 33. Surdus deciſ. 58. n. 3. ad fin. & alij apud Merlinum, & alios ſupra citatos. Hanc q̃ſtionẽ fuſius, & diſtinctius tractatã inuenies apud Doctiſſimum, & amiciſſimum Ioannem Baptiſtam Hodiernam in ſuis eruditiſſimis additionibus ad Surdum deciſ. 65. per totam in nouiſſimis pag. mihi 136.

Si ergo talis non peccauit mortaliter, conſequenter non incidit in caſum noſtrum.

SVMMARIVM.

Teſtis, qui veritatem in iudicio dicere iurauit, ſi poſtea veritatem tacuit in graue dãnum tertij, quamuis periurium committat, & ad reſtitutionem damni inde ſequuti teneatur, non tamen incidit in caſũ noſtrum. n. 1.

Iurans Deum in teſtem vocat, ſiue iuret de re futura, vt in iuramento promiſſorio; ſiue iuret de re præſenti, vt in iuramento aſſertorio. n. 2.

Ratio formalis iuramenti eſt vocatio diuini nominis in teſtem; res verò præſens, vel futura materialiter ſe habent reſpectu iuramenti. n. eod.

Teſtis in iudicio habet obligationem ex iudicis imperio veritatem dicendi; quod ſi veritatem non dicit, eſt cauſa moralis dãni, quod inde ſequitur. n. 3.

Cauſa moralis damni, quando ex officio tenetur ad illud euitandum, ad reſtitutionẽ obligat. n. eod.

Damnum illatum p poſitionem actus, vt falſum dicendo, non differt ſpecie à damno illato per omiſſionem, vt veritatem tacendo; vnde ſicuti falſum deponens tenetur ad reſtitutionem damni illati, ita veritatem cælans. n. 4.

Caſus reſeruatus de falſitate cum iuramento commiſſa in iudicio loquitur de iuramento aſſertorio, non de promiſſorio. n. 5.

Qui verum non dicit, non deponit falſum, cũ differant inter ſe, falſum dicere, & verum non fateri. n. 6.

Teſtis veritatem cælans, quamuis falſum diceret, tamen non incideret in caſum reſeruatum,

uatum,cum tale falſum non tendat per ſe primo,ac directè in graue damnum tertij, vt in ſtatuto requiritur, ſed tantum per accidens.n.7.

Qui veritatem cum iuramento promiſſam cælat, eſt quidem periurus, ſed non falſi criminis reus; qui vero de aliqua re interrogatus negat ſe ſcire, quod verè ſcit, & eſt periurus, & falſi criminis reus. num.8.

Teſtis ſe occultans, ne in iudicio compareat ad veritatem dicendam, ſiue ſe occultet ante iudicis citationem, ſiue poſt, etiamſi per talem occultationem damnum tertio ſequatur, non tenetur ad reſtitutionem. num.9.

Obligatio,qua quis obligatur lege iuſtitiæ aliquod munus ſubire in gratiam proximi, non naſcitur ex ſuperioris præcepto, ſed ex illius acceptatione,& promiſſione.num. eod.

Poteſt Princeps facere,vt quis coactè munus aliquod ſubeat,quod deinde rectè adminiſtrare tenetur;ſicuti tutor, qui iudicis mãdato tutelam ſubit, tenetur rectè munus illud adminiſtrare.n.10.

Teſtis pretio conductus ad teſtificandum ad reſtitutionẽ damni illati tenetur,& quidẽ de laui culpa, non de leuiſſima; quod ſi gratis ad teſtificandum ſit inductus tenetur ad reſtitutionem damni illati ex dolo, vel lata culpa, non autem ex leui, vel leuiſſima.n.11.

Teſtis poſt iudicis interrogationem conſtituitur in officio teſtificandi, & procurandi recuperationem ſummæ debitæ, qui ſi per ſuam negationem eſt cauſa talis non recuperationis,peccat contra iuſtitiam commutatiuam, & ad reſtitutionem tenetur. num.12.

RESOLVTIO LII.

Quidam teſtis corã iudice iurauit dicere veritatem, & poſtea illã tacuit; negauit enim ſcire, quod verè ſciebat,in graue damnũ tertij. Quæritur An inciderit in caſum noſtrum reſeruatum?

1 Reſpondeo,quod etſi talis periuriũ commiſit, & ſi damnum intulit ad reſtitutionem tenetur; non tamen incidit in caſum noſtrnm reſeruatum, & ideo poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori. Ita videtur ſentire Graff. de caſ.reſer.cap. 17. num. 19. etſi oppoſitum dicit in n. 20. At abſolutè affirmat noſtram reſponſionem. Couarr.lib.1.var.cap.2.num.5.verſ.ſecundo aſſeram &c.circa fin.

2 Quod vero Periurium committat, Probatur.Nam qui iurat, Deum in teſtem vocat, & dum de re futura, nempè de dicenda veritate iurat, iuramentum eſt promiſſorium, & ſic veluti Deum ſponſorem appellat, quod non differt ſpecie à iuramento aſſertorio; nam in promiſſorio Deum in teſtem vocat ſuper futuro, in aſſertorio vero ſuper præſenti, & præterito; præſens enim,vel præteritum, vel futurum ſe habent materialiter in ordine ad vocandum Deum in teſtem,ſed ratio formalis iuramenti,eſt vocatio diuini nominis in teſtem, vt benè Caiet. 2.2. q. 89.art.1.Couar.in releċt. ſuper rubricã de pactis lib.6.§.1.num.3. & talis dum iurat dicere veritatem, & poſtea veritatem non dicit, facit contra iuramentum promiſſorium:ergo eſt periurus.

3 Quod vero teneatur ad reſtitutionẽ ſi damnum intulit cum tali taciturnitate; ſentit Malderus in 2. 2. tract. 6. cap.2. de g. §. dico tertio &c.Turrian. 2.2.diſp.52.num.2.Azorius p.3.lib.13. cap.27.dub.4.ex S.Thom.2.2.q. 70.ar. 1.Probat Leſſ.lib.2.de iuſt.cap.13.dub. 10.num. 76. Quia teſtis tunc ex imperio iudicis accipit obligationem, & quaſi officium manifeſtandæ veritatis, ſi iuridice interrogetur: & dum veritatem non dicit eſt cauſa moralis talis damni, quod nunc ex officio tenetur non inferre; cauſa enim moralis damni, quando ad id tenetur ex officio, obligat ad reſtitutionem, ſecundum omnes DD.

4 Confirmatur magis;Nam ſi talis teſtis falsũ deponeret,teneretur ad reſti-

tutio-

tutionem: ergo ex eo, quia veritatem non dicit, tenetur ad reſtitutionem. Hæc conſequentia patet, nam qui falſum deponit, ideo tenetur ad reſtitutionem, quia damnum intulit, & qui omittit dicere veritatem etiam damnũ infert; ſed damnum illatum per poſitionem actus, vel per omiſſionem non differt ſpecie, vt optimè probat D. Th. 1. 2. q. 72. art. 6. in corp. dum probat peccatum omiſſionis non differre ſpecie à peccato commiſſionis, ſed tantũ materialiter. argum. tex. can. inter cætera 22. q. 4. & can. qui abſtulerit 12. q. 2. can. Non ſatis 86. diſt. l. necare ff. de lib. agnoſ. ergo ſi tenetur ad reſtitutionem ille teſtis, qui per poſitionem actus damnum infert; tenetur etiam ad reſtitutionem ille, qui per negationem actus damnum intulit. Ratio enim formalis cur teneatur ad reſtitutionem, eſt illatio damni, vt patet; & damnum vterque contulit innocenti, vnus quia nocere deſiderat, alter vero quia prodeſſe non vult cap. 1. de crimine falſi. Hoc tamen intellige, ſi damnum de facto ſit ſequutum, nam ſi damnum non eſt ſequutum ex eo, quia alij teſtes verum depoſuerunt, hic talis negans veritatem ad nullam tenẽtur reſtitutionem.

5 Quod vero talis non incidat in caſũ noſtrum reſeruatum, & conſequenter ꝙ poſſit abſolui à quocumq; confeſſario inferiori patet. Nam talis, etſi periurium commiſit, non tamen falſum depoſuit in graue damnum tertij, cum caſus reſeruatus ſit expreſſus pro iuramento aſſertorio, non pro iuramento promiſſorio; loquitur enim de depoſitione facta in graue damnum, non vero de promiſſione facta, & falſitas in caſu concluſionis noſtræ fuit falſitas promiſſoria, (promiſerat enim iudici dicere veritatem) non falſitas aſſertoria; hæc enim duo differunt, vt optimè gl. in can. quicumque 6. q. 1. verb. Recipiatur, circa med. vbi habet quod iuramentum aſſertorium falſum infamat, ſecus vero promiſſorium, & gl. in l. Lucius Titius verb. debeant ff. de ijs qui notantur infam.

Dices primo, quod hic talis falſum depoſuit, dum dixit ignorare, quod vere ſciebat; ergo incidit in caſum noſtrũ reſeruatum.

6 Reſpondeo, cum gl. in l. Lucius Titius ff. de his qui notantur infam. quod teſtis qui falſum non dicit, non deponit falſum, ſed non dicit verum; differũt enim falſum dicere, & verum non fateri; nam hic nec falſum, nec verum deponit, ille vero falſum deponit.

7 Addo quod, etſi talis falſum dixiſſet (quod non concedo) tamen tale falsũ dictum non tendit per ſe primo, & directè in graue damnum tertij; nõ enim ex tali negatione damnum infertur per ſe primo, & directè, ſed tantum indirectè, & per accidẽs talis teſtis operatur, vt talis creditor ſuum creditum e. g. verificare non poſſit, ex qua non verificatione ſequitur damnum. Hinc eſt, quod ſi alij teſtes creditum illud verificent, nullum damnum ſequitur. Cum ergo tale damnum non inferatur per ſe primo, & directè à tali negãte ſcire veritatem, conſequenter non incidit in caſum noſtrum reſeruatum, in quo expreſsè habetur, quod deponentes falſum in graue damnum tertij ſint excommunicati, & in caſum reſeruatum incidant.

Dices ſecundo, quod qui dum teſtimonium dicit, veritatem tacet, falſarius eſt. Ita Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 310. num. 14. ex cap. 1. de crimine falſi: ergo hic talis in caſu noſtro verè dicitur falſarius, ſed caſus reſeruatus eſt poſitus pro falſarijs: ergo hos in caſu noſtro expreſſos, nempè qui veritatem tacent, caſus reſeruatus comprehendit.

8 Reſpondeo cum Couar. l. c. verſ. ſecundo aſſeram &c. in fin. Quod aliud eſt, me periurum eſſe, ex eo quod promittens iuramento dicere veritatem circa negotium aliquod, eam tacui, nec eam reuelaui ei, cui reuelare tenebar;

nebar; non tamen falſum cõmiſi; aliud me periurum eſſe ex eo, quod interrogatus ſub iuramento de negotio quodã reſpondi, me de hoc nõ aliud ſcire, cum vere pluſquam dixerim certiſſimè ſcirem, ſum profectò periurus, & falſi criminis reus. Hæc Couar. ibi. Vnde dixit Maſcardus de probat. concl. 745. num. 12. Si teſtis de aliqua veritate in particulari iurat dicere verum, vel ſi iurauit dicere verum in tota cauſa, & deinde non in tota cauſa verum dicit, ſed aliquid negat, tunc præſumeretur falſarius; ita Abbas in cap. 1. de crim. falſ. num. 3. & 4. Bartol. in Auth. de teſtibus per gl. ibi; Bald. in l. presbyteri C. de Epiſc. & cler. & in l. vbi exigitur §. dolo ff. de edendo. Menoch. de arbit. iud. caſu 310. num. 14. cent. 4. Itaque qui iurat dicere veritatem, & deinde omnino negat omnes interrogationes, hic talis præſumitur falſarius. At ſi dicit aliquid veritatis, & deinde negat etiam ſubſtantiam facti, non præſumitur falſarius.

Dices tertio: ergo etiam teſtis, qui ſe abſcondit, & non vult in iudicio cõparere, ſi damnum inferat alteri, tenetur ad reſtitutionem.

9 Reſpondeo cum probabiliori ſententia, negando conſequentiam; Nam talis adhuc non eſt conſtitutus à iudice in officio teſtificationis, & conſequenter non facit contra iuſtitiam cõmutatiuam. Vide Graff. l. c. nu. 21. Vnde Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 30. dub. 8. nu. 58. optimè probat, quod ſi teſtis ſe occultat, vel fugit prius quam iudicis præceptum, aut citatio ei legitime denuncietur, tunc non tenetur ad reſtitutionem damni defectu non teſtificationis ſecuti, etſi contra charitatem peccauerit, quia adhuc non obligatur præcepto ſuperioris; non enim debito modo impoſitum eſt. Imò nec tenetur teſtis poſt citationem factam per miniſtrum iudicis, ſi ſe occultat fuga, vel fraude aliqua, vt ſi dicat reum ſibi eſſe inimicum. Tum quia talis ſi non comparet, non dicitur iniuſtus, ſed inobediens, cum præceptum ſuperioris fuerit ad ſe ſiſtendum, ſeu præſentandum in iudicio ad teſtificandum, non vero ad dicendam veritatem. Tum quia obligatio, qua quis lege iuſtitiæ tenetur in gratiam proximi aliquam functionem, ſeu officium ſubire non naſcitur præcisè ex præcepto ſuperioris, ſed ex acceptatione eius, qui illam obit; hic enim acceptando functionem, ſeu officium implicitè promittit, & ita ſe ad illud obligat, & conſequẽter implicitè tribuit alteri ius ad illam à ſe exigendam; ſed talis promiſſio de dicenda veritate adhuc non eſt præſtita à tali teſte; ergo non tenetur.

Dices quarto: ergo neque tenetur ad reſtitutionem poſtquam iuramentum dedit de dicendo veritatem.

10 Reſpondet Leſſ. l. proximè cit. num. 60. concedendo totum. At verius mihi videtur negare conſequentiam; & ratio negationis eſt manifeſta, nam poteſt princeps, ſeu iudex facere, vt quis ſubeat munus, ad quod deinde tenetur ex iuſtitia miniſtrare, ſic videmus in tutoribus qui coactè, & ex mandato iudicis tutelas ſubeunt, poſtea tenentur ex iuſtitia ad rectam adminiſtrationem, & ſic de ſimilibus, & hoc maximè quando expedit bono publico. At quod quiſque habeat quod ſuum eſt, ſpectat ad bonum publicum, & ad rectam adminiſtrationem iuſtitiæ, cuius proprium eſt curare, vt quiſque ſuum poſſideat: ergo poteſt etiam iudex cogere aliquem, vt curet, ſeu vt faciat cuique ſuum habere: ergo poterit teſti imponere, vt tale munus ſubeat; tunc enim tale officium præbet, quando ei iuramentum imponit de dicenda veritate circa tale negotium, & dum teſtis iuramentum dat, veluti promittit tale officium fungi modo debito, & ſic veluti promittit, & ſe obligat. Etſi ergo impoſitio huius muneris fuerit coactè, & per obedientiã, tamen aſſumptio eſt veluti actus promiſſionis, & conſequẽter ex iuſtia tenetur rectè fungi tali officio.

Dices

Dices quinto: ergo teſtis tenetur ad reſtitutionem, etiamſi læuem culpam committat in damnificando proximũ, quia tenetur ex officio teſtificari.

11 Reſpõdet Azorius l.c. dub. 5. Si teſtis ſit ſtipendio, ſeu pretio conductus, tenetur etiam de læui culpa, non tamen de læuiſſima; tunc enim officium exercet tam in bonum ſuum, quam in bonum alterius. Si vero talis teſtis gratis ſit inductus ad teſtificandum, tunc tenetur ad reſtitutionem ratione damni illati, vel ex dolo, vel ex lata culpa, cũ tunc exerceat officium ſolum in gratiam alterius.

Dices ſexto ex della Cruz, Syluio, & Pitignano relatis à Diana p. 3. tract. 5. reſol. 101. Quod ante iudicis interrogationem non tenetur ad reſtitutionem; ergo neque poſtea, quia per interrogationem legitimam hic teſtis facit tantum contra iuſtitiam legalem, & non commutatiuam.

12 Reſpondeo, quod poſito, quod interrogetur à iudice, talis teſtis veluti conſtituitur in officio teſtificandi, & procurandi recuperationem illius ſũmæ; & poſito quod neget, eſt cauſa nõ recuperationis, quam tenebatur ex officio procurare, & conſequenter peccat etiam contra iuſtitiam commutatiuam ratione officij aſſumpti.

SVMMARIVM.

Teſtes Notarium, ſiue ſcribam ſubornantes vt ſuas depoſitiones accipiat ſine iuramento, ſi falſum in iudicio deponunt in graue damnum tertij, vel contra innocentem, quamuis mortaliter peccent, & ad reſtitutionem teneãtur, non tamen incidunt in caſum noſtrum. n. 1.

Teſti non iurato non creditur in iudicio in præiudicium alterius, etiamſi ſit bonæ vitæ religioſus: dummodo iuramentum ab eo, cuius intereſt non ſit remiſſum; vel dummodo nõ agatur de conſuetudine à populo introducta, vel fama probanda, vel dũmodo non adſit ſpeciale ſtatutum, vel Iudex non procedat ad informationem ſuam tantum, vel dummodo nõ agatur de executore litterarum cum clauſula, ſi idoneum eũ inueneris. n. 2.

Illi tantum incidunt in caſum noſtrum, qui falſum deponunt in iudicio dum cauſa diſcutitur, non autem qui ſine iuramento deponunt, cum his non credatur dum cauſa diſcutitur. n. 3.

Pontifex non poteſt facere, vt teſti non iurato credatur. n. eod.

Teſtis non iurans, quamuis ſecundum præſumptionem damnum inferat, de natura tamen ſua non eſt habilis ad inferendum damnum. n. 4.

In foro conſcientiæ non eſt attendenda præſumptio, ſed veritas; imò præſente veritate præſumptio ceſſat. n. eod.

Teſtis non præſumitur periurus, niſi probetur. n. eod.

Reſeruatio impoſita eſt pro vera depoſitione iudiciali, qualis non eſt depoſitio abſque iuramento. n. 5. & 7.

Teſtis falſus non iurans non punitur vt falſarius, ſed punitur pœna extraordinaria, ſcilicet pœna criminis ſtellionatus. num. 6. & 10.

Iura punientia falſum teſtem loquuntur de periuro. n. eod.

Iuramentum eſt de forma teſtimonij; vnde teſtimonium ſine iuramento non eſt verè teſtimonium. n. 8.

Iuramentum eſt quidem depoſitioni eſſentiale, non ad teſtificandum ſimpliciter, ſed ad fidem teſtificationi præſtandam, cum teſti non iurato non credatur in præiudicium partis; quod ſi à parte fuit iuramentum remiſſum, teſti non iurato creditur, non propter teſtificationem, ſed ex voluntate partis læſæ iuramentum remittentis. num. 9.

RESOLVTIO LIII.

Quidam teſtes Scribam, ſeu Notarium ſubornarunt, vt ſuas depoſitiones ſine iuramento acciperet penes acta in iudicio, qui teſtes falſum depoſuerunt in

graue damnũ tertij, vel contra innocentem. Quæritur, An iſti teſtes poſſint abſolui à quocumque confeſſario inferiori?

1 Reſpõdeo tales teſtes peccaſſe mortaliter, & teneri ad reſtitutionẽ, poſſe tamen abſolui à quocumque cõfeſſario inferiori. Ita Graff. de caſ. reſer.lib.1.cap.17.à num.25. Pro probatione.

2 Suppono, quod teſtibus non iuratis in iudicio non creditur, ſi agatur de præiudicio alterius cap. de teſtibus, cap.tuis cap. nuper de teſtibus, & atteſt.gl.in d. cap.de teſtibus verb. non iurati &c.gl.in d.cap. nuper verb. Niſi iuratus &c.quæ citat can.ſi teſtes §.itẽ iuſiurandi 4.q.3. & l. iuſiurandi C.de teſtibus,& can.hortamur 3.q.9. Quod verum eſt, etiamſi talis non iuratus teſtis ſit religioſus probatæ vitę &c.quia iuramentum eſt de forma teſtimonij. Maſcardus concl.1368.

Hoc tamen intellige, dummodo iuramentum non ſit remiſſum ab illo cuius intereſt d. cap. tuis, & ibi gl. verb. Remittatur &c. (An vero in tali remiſſione requiratur auctoritas iudicis difficultant DD. Abbas in d. cap. tuis verſ.ſed cõtra prædicta &c.tenet quod requiratur. Idem ſentit Felin.in d.cap. tuis quæſtionibus num. 3. de teſtibus l.ſi conuenerit ff.de re iudicata, & l. 1. §.vnde quæritur ff. de oper.noui nunciat.etſi oppoſitum alij ſentiant.) Vel dummodo non agatur de probanda conſuetudine, nam ſi agitur de probãda conſuetudine inducta à populo valet teſtis non iuratus Felinus l. c. num. 2. ex Antonino de Butreis in repet. cap.finalis pen. car. de conſuetud. Vel dummodo non agatur de probanda famã, nam quando agitur de probanda fama, vel notorio valet etiam teſtis non iuratus;Abbas in cap.cũ in tua de ſponſ.Felin.l.c. Vel dummodo non adſit ſpeciale ſtatutum, quia quando ſpeciale ſtatutum alicuius loci diſponit, quod dictum teſtis non iurati valeat, tunc valet. Romanus conſil. 110. incipien.Viſo puncto &c Abbas,& Felin.in d.cap.tuis de teſtibus. Vel dummodo iudex non procedat ad informationem ſuam tantum, quia tunc à teſtibus etiam non iuratis informationem ſumere poteſt. Innocent. in cap. cum in tua de ſponſal. Bald. in l. qui teſtamento §.per contrarium ff.de teſtamentis.Et dummodo non agatur de executore litterarum cum clauſula ſi idoneum cum inueneris, tunc enim poteſt recipere informationẽ à teſtibus nõ iuratis Felin.in cap. tuis de teſt.n.2. Maſcardus de prob. concl. 1368. Hoc poſito.

Probatur reſponſio, Quod ſcilicet peccet mortaliter, & conſequenter quod teneatur ad reſtitutionem. Nam talis teſtis non iuratus damnum notabile infert inuito domino, & dum dãnum infert,lædit iuſtitiam cõmutatiuã; & conſequenter tenetur ipſam adæquare per reſtitutionem,& de hoc non dubitamus vide Leſſ.de iuſt.c.30.dub. 7.num.52.

3 Quod vero non incidat in caſum noſtrum probo ſic. Nam hi tantum incidunt in caſum noſtrum, qui falſum in iudicio deponunt, vt patet ex verbis reſeruationis,& in iudicio deponere eſt deponere dum cauſa diſcutitur cap. forus de verb. ſignif. Sed quando cauſa diſcutitur, teſti, qui non iurauit, non creditur,vt in ſuppoſito ex cap.de teſtibus, & cap.tuis, & cap.nuper de teſtibus; nec Papa poteſt facere,vt teſti non iurato credatur Maſcard. loco citato num.4.ergo teſtis hic, qui non iurauit non incidit in caſum noſtrum.

Dices, quod talis teſtis habetur pro iurato, dum iuramentum præſumitur interpoſitum ſecundum naturam contractus l.vltima C. de non numerata pecun.Menoch.de prẹſumpt.lib.7.prẹſumpt.10.num.7.talis enim in caſu noſtro tantum valet, quantum iuratus;

nam

nam quod iurauit, vel non, non apparet, & ſic habet eandem vim ad damnum inferendum, vt patet.

4 Sed contra eſt; quia hic teſtis non iurans quantum eſt de natura ſua, & ſecundum veritatem non eſt habilis ad inferendum damnum proximo; etſi ſecundum præſumptionem damnum inferat; at in in foro conſcientiæ nõ eſt attendenda præſumptio, ſed veritas; imò præſente veritate præſumptio ceſſat, vt bene communiter Canoniſtæ, & DD. in cap. 1. de conſtitutionibus; Vide Azorium tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 4. Vaſquez p. 2. diſq. 163. cap. 3. Meroll. qui nonnullos citat diſp. 4. de leg. cap. 3. dub. 22. à num. 211. Iudex enim quia præſumit teſtem iuraſſe, ideo ei credit; non enim præſumitur teſtis periurus niſi probetur; at quia nõ iurauit, ideo præſumptio ad damnum inferendum omnino ceſſare debet in foro conſciẽtiæ. Et ſic cum ſit teſtis non iuratus in foro conſcientiæ eſt inhabilis ad damnificandum, & quia de facto damnum intulit, ideo tenetur ad reſtitutionem. Non vero incidit in caſum noſtrum, quia reſeruatio ſemper intelligitur de culpa conſummata per ſe, non vero per accidens, vt alibi dixi.

5 Confirmatur primo, quia reſeruatio cum excommunicatione eſt impoſita pro vera depoſitione iudiciali in graue damnum tertij; ſed depoſitio non iurata non eſt vera depoſitio iudicialis, ſed tantum præſumpta, imò eſt vera, & ſecundum veritatem depoſitio non iudicialis, dum iura requirunt in depoſitione iuramentum, vt in ſuppoſito: ergo pro hac depoſitione non eſt impoſita reſeruatio, & excommunicatio, & conſequenter talis poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori.

6 Confirmatur ſecundo, quia talis nõ punitur vt falſarius, nam iura quæ puniunt falſum teſtem, loquuntur de periuro Cap. Noſtra extra de procur. vnde optimè dixit Vrſillus ad Afflictum deciſ. 366. num. 5. quod talis non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria, .ſ. pœna criminis ſtellionatus, ideſt defraudantis impoſtura: ergo talis etſi mendacium dixit, tamen falſum iudicialiter non depoſuit, & conſequenter non incidit in caſum noſtrum.

7 Confirmatur tertio, quia talis vere damnum intulit, & vere falſum depoſuit, ſed non cum vera depoſitione iudiciali, ſed cum ficta, ſeu præſumpta depoſitione iudiciali; imò cum non vera depoſitione iudiciali, ſed reſeruatio eſt pœnalis: ergo eſt intelligenda impoſita pro vera, & non pro ficta depoſitione iudiciali; & conſequenter, etſi ad reſtitutionem teneatur, non tamen incidit in caſum noſtrum reſeruatum.

8 Confirmatur quarto, quia iuramentum eſt de forma teſtimonij. Decius conſil. 472. num. 2. & alij DD. apud Maſcard. de probat. concluſ. 1368. nu. 3. & ideo teſti non iurato non creditur in præiudicium alterius cap. de teſtibus, & alijs ſupra cit. de teſtibus vide Layman lib. 3. tract. 6. cap. 4. num. 5. ergo teſtimonium ſine iuramento eſt teſtimonium ſine forma, ſeu ſine eſſe teſtimonij, forma enim dat eſſe rei, & conſequenter ei non creditur: ergo ſi non creditur, non infert damnum deponendo ſecundum veritatem; etſi ſecundum præſumptionem damnum inferat, & ſic non incidit in caſum noſtrum reſeruatum, qui veritatem, & nõ præſumptionem intendit.

Dices primo, quod iuramentum nõ eſt de eſſentia teſtificationis: ergo etiã ſi relinquatur adhuc teſtificatio erit valida, & conſequenter talis vere depoſuit in iudicio. Antecedens patet, nã poteſt iuramentum à parte, cuius intereſt, remitti cap. tuis de teſtibus: ergo non eſt de eſſentia teſtificationis.

9 Sed contra eſt, Nam quando iuramentum non apparet remiſſum, habetur pro non remiſſo, vt in d. cap. tuis. Zabarella in cap. ex conſcientia de crim. falſi, & conſequenter dicto eius in nullo ſtatur in præiudicium partis.

Si ergo in nullo ſtatur dicto eius, iuramentum videtur veluti aliquid eſſentiale,non ad teſtificandum ſimpliciter, ſed ad fidem præſtandam teſtificationi contra tertium. Quando vero pars cuius intereſt vult iuramentum remittere,renuntiat ſuo fauori, & ſic creditur teſti non iurato,non ex vi teſtificationis,ſed ex voluntate partis læſæ cedentis tali iuri ſuo.

Dices ſecundo,quod de facto offendit aures iudicis, & ſic puniendus l. nullum C. de teſtibus.

10 Reſpondeo concedendo totum,ſed non pœna falſi,ſed pœna criminis ſtellionatus,vt dixi cum Vrſillo ſupra. Vnde licet poſſit à iudice puniri cuius maieſtatem læſit, non tamen tenetur pœna falſi teſtis, quæ tunc committitur quando per dictum eius parti præiudicari poteſt de natura ſua,non vero ex præſumptione hominis, vt bene Zabarella l.c.

SVMMARIVM.

Reus legitime in iudicio interrogatus, ſi ad euitandum graue damnum proprium, vel patris, vel propriæ domus æquiuocando verum occultat in graue damnum tertij nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur; quod ſi mentiendo reſpondeat, quamuis venialiter peccet, ad reſtitutionem tamen non tenetur.n.1.

Reus non tenetur reſpondere iudici legitime interroganti cum ſemiplena probatione, ſi timet periculum vitæ,triremis, mutilationis &c.n.2.

Defenſio propriæ vitæ eſt nobis à natura inſita,propter quod poſſum in extrema neceſſitate aliena ſurripere, & inuaſorem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ.n.eod.

Lex poſitiua non poteſt me cogere ad deponēdum contra meipſum, ſicut nec poteſt me cogere ad deponendum contra parentes. nu.eod.

Non implicat bellum ex vna parte probabiliter iuſtū, & ex altera etiā probabiliter; imò,ſecundum Peſantium, ex vtraq; parte ſimpliciter iuſtum.num.eod.

Poteſt reus tuta conſcientia carceres effringere,& fugere ad vitam mendam, quamuis Iudex illi ad pœnam mortis condemnato præceperit, ne fugeret. Sicut etiam ſeruus ad libertatem recuperandam poteſt aufugere, licet dominus iuſte illi præceperit,ne fugeret.n.eod.

Mendacium per ſe non eſt peccatum mortale,ſed tantū veniale, cū nec ſecūdum malitiam intrinſecam quam dicit, ſeu quatenus eſt verborum abuſio,neminem lædat; nec ſecundum malitiam extrinſecam, ſeu quatenus proximum decipit,& amicitiam lædit, ſit in ſe graue, quando ad proximū non ſpectat.n.3.

Mendacium ſecundum propriam rationem eſt duplex,ſcilicet Iactantia, qua quis maiora de ſe prædicat,quam inſint;& Ironia, qua quis maiora negat, quam inſint, vel laudabiliora quæ inſunt.n.eod.

Mendacium ratione effectus eſt triplex,Iocoſum,quando quis mentitur cauſa voluptatis,Officioſum,quando quis mentitur cauſa vtilitatis; quæ quidem non debent eſſe in alterius perniciem; & Pernicioſum, quando quis mentitur, vt alicui iniuſtè noceat.n.eod.

Mendacium ſiue Iocoſum, ſiue officioſum eſt tantum peccatum veniale; Perniciosum verò eſt de natura ſua peccatum mortale, quamuis ratione materiæ poſſit eſſe veniale.n.eod.

Peccata deſumunt ſuam ſpecificationem ab obiecto per ſe volito,nam actus, cuiuſmodi ſunt peccata,differunt ſpecie ratione obiecti,circa quod verſantur.n.4

Obiecta quia ſæpe non differunt in genere moris, quamuis differant in genere rei; vel è contra quia ſæpè non differunt in genere rei, quamuis differant in genere moris, ideo non ſpecificant peccata ſecundum ſe, ſed ſecundum quod diſconueniūt rectæ rationi.n.5.

Peccata,cum ſint actus carentes ordine, & conuenientia rationis, differunt ſpecie ad diuerſificationem ſpecificam priuationum, quam diuerſificationem priuationes deſumunt ab obiecto,quo priuant.n.eod.

In ratione damni illati ſi peccatum mortale non

non adeſt, nulla adeſt reſtituendi obligatio.n.6.

Actus iuſtitiam non lædens ad reſtitutionem non obligat.n.eod.

Alienum ſurripiens non tam ratione rei acceptæ, quam ratione iniuſtæ retentionis ad reſtitutionem obligatur.eod.

Si quis in damnificando alium culpam venialem committit, non tenetur reſtituere neque ſub mortali, cum obligatio non poſſit eſſe maior, quam iniuria ex qua naſcitur, neque ſub veniali.n.7.

Committens diuerſa furta leuia, quando ad magnam quantitatem peruenit, tenetur quidem reſtituere non ratione iniuſtæ acceptionis, ſed ratione iniuſtæ retentionis. num.8.

Peccatum contra iuſtitiam ſiue veniale, ſiue mortale, vt eſt furtum, deſumit ſuam malitiam ab inuoluntario veri domini rei furatæ, ſiue in re parua, ſiue magna; peccatum vero veniale in damno illato deſumit ſuam malitiam non ab inuoluntario domini damnificati, ſed ab inaduertentia, & negligentia operantis.n.eod.

Nemo cum proprio damno proximi bono ſubuenire tenetur, neque ex lege iuſtitiæ, neq; ex lege charitatis.n.9.

Occaſio remota non inducit obligationem reſtituendi.n.eod.

Reus qui æquiuocando iurauit veritatem dicere, verum occultando non committit peccatum periurij, cum non mentiatur.n. 10.

Si reus vere iurauit dicere veritatem, & poſtea mentitus eſt, quamuis periurium committat, ad reſtitutionē nō obligatur; nō enim omne peccatum mortale reſtituendi obligationem inducit, ſed illud tantum, quod eſt cauſa per ſe damni, & nō occaſio remota.n.11.

Reus, qui hominem occiſit ob ſui defenſionem, & factum in iudicio probare non poteſt, ſi tale homicidium cum iuramento neget nō peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, ſi inde damnum tertio ſequatur.n.12.

Teſtis, qui non poteſt veritatem dicere, niſi ſe ſocium criminis manifeſtet, illam dicere, & ſeipſum prodere non tenetur. num. eod.

Qui per fidē in ſcriptis dicit ſe cū iuramēto deponere aliquem crimen cōmiſiſſe, quod falſum eſt, non incidit in cenſuram reſeruatam, cum non iuret de formali, ſed promittat ſe cum iuramento deponere.n.13.

Iuramentum quoad eius vim, & effectum in multis differt à ſimplici loquela, & promiſſione non iurata.n.eod.

RESOLVTIO LIV.

Quidam Reus in iudicio legitime interrogatus ad euitādum graue damnum proprium, vel patris, vel propriæ domus verum occultat in graue damnum tertij. An poſſit abſolui à quocumque confeſſario inferiori?

1 RESpondeo, quod hic talis ſi æquiuocando reſpondeat, nullam cōmittit culpam, & ad nullam tenetur reſtitutionem. Si vero mentiendo reſpondeat, peccat tantum venialiter, & neque tenetur ad reſtitutionem. Ita Azorius part. 3. lib. 13. cap. 27. dub. 6.col.964.ex Soto in tractatu de ratione tegendi ſecretum membro 2. q. 7. dub.5. Ita Bellocchius de caſ. reſer.p. 2.q.1.num.355.ex Ioan. Baptiſta Corrado p.2.reſp.caſ.conſc.q. 117. & Michaele Salonio 2. 2.q.70.art.1.§.vltim. Graff. de caſ. reſer. lib. 1.cap. 17.num. 36.Pro probatione huius veritatis.

2 Suppono primo, Reum non teneri reſpondere iudici legitime interrogāti, ideſt, cum ſemiplena probatione, vel indicijs æquipollentibus, ſi timeat periculum vitæ, triremis, mutilationis, vel confiſcationis omnium, vel maioris partis bonorum. Ita ſentit Valerus in differentijs vtriuſque fori verb. Reſtitutio differ.49. Filluccius tom.2.tract. 40.num.266. Ioannes Sanchez in ſelectis diſp.43.num.29. Portellius in dubijs regular.titulo Correctio fratrum verb.Reus num.43. Petrinus titul. de religioſis ſubditis to. 1.q.1.cap.16.§.1.

Diana

Diana p. 2. tract. 15. & 1. miſcell. reſ. 27. Et patet. Tum quia defenſio propriæ vitæ &c. eſt nobis à natura inſita, & hoc ſecundum naturam rectam; ideo enim poſſum aliena ſurripere tēpore extremæ neceſſitatis, & inuaſorē occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ: ergo non teneor ego cōtra hoc dictamen naturale agere. Nec poteſt hoc agere lex poſitiua, quia ſi non poteſt me cogere ad teſtificandum contra parentes ſanguine coniunctos l. 4. ff. de teſtibus: ergo à fortiori non poterit cogere me ad deponendum contra me ipſum. Nec obſtat, quod ſic datur bellum iuſtum ex vtraque parte, quod implicat. Nam non implicat dari bellum iuſtum probabiliter ex vna parte, & probabiliter ex altera; bellum enim probabiliter iuſtum admittit ſecum bellum etiam probabile ex altera; ſic in caſu noſtro cum ſit opinio probabilis ex vtraque parte. Vel dic cum Peſantio diſp. vnica ad quæ. 70. in ſimilibus non eſſe abſurdum bellum iuſtum ex vtraque parte. Sic videmus quod iudex poteſt præcipere condemnato ad pœnam vltimi ſupplicij ne fugiat à carcere, & Reus poteſt in tuta conſcientia ad vitam tuendam etiam carceres infringere; ſicut dominus poteſt ſeruo ſuo iuſte præcipere ne fugiat, & ipſe ſeruus poteſt aufugere in tuta conſcientia ad propriam libertatem recuperandam; & citatus vt compareat, poteſt non comparere quamuis Iudex præcipiat, vt compareat; ita etiam in caſu noſtro. Et præceptum iudicis tunc Reo imponitur ſequendo Iudex propriam opinionē, quod Reus teneatur reſpondere, & Reus non reſpondendo ſequitur propriam opinionem, quod tunc præceptum iudicis eſt ad deterrendum Reum, & inducendū ad detegendam veritatem, non autem ad obligandum ipſum in conſcientia. Ita Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 31. dub. 3. nu. 18. Reginal. in praxi tom. 2. lib. 24. cap. 3. ſect. 3. n. 3.

3 Suppono ſecundo. Mendacium per ſe non eſſe peccatum mortale, ſed ſolū veniale. Ita probat Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 47. num. 40. Et patet, nam mendacium ſecundum ſuam malitiam intrinſecam dicit tantum abuſionem verborum, ſeu ſignorum, quia illis vtimur contra naturalem inſtitutionem, & finem, & ſic quod lingua affirmat mens negat, & quod mens negat lingua affirmat; ſecundum vero quod mendacium dicit malitiam extrinſecam, dicit deceptionem proximi, & conſequenter læſionem amicitiæ. At nec deordinatio, ſeu abuſus ſignorū, ſeu verborū aliquem grauiter lædit, nec ipſam naturam vt patet; nec deceptio proximi quando nihil ei intereſt, ſic, an aliter res ſe habeat, eſt grauis, ſed parui momenti, nec auertit vitæ ſociabilitatem, ſeu amicitiam, etſi illi non nihil incōmodet. Addo, quod mendacium non ſolum diuiditur ſecundum propriam rationem, ſcilicet, vt opponitur veritati, & eſt duplex, ſcilicet Iactantia, & Ironia; prima eſt quando quis maiora de ſe prædicat quam inſint, ſecūda vero eſt, quando quis negat maiora quā inſint, vel laudabiliora quæ inſunt, ſecundum D. Thomam ex lib. 4. ethic. cap. 7. Sed etiam diuiditur ratione finis vel effectus, & eſt triplex, nempè Iocoſum, Officioſum, & Pernicioſum; Iocoſum eſt, quando quis mentitur cauſa voluptatis, vel ſuæ, vel alienæ. Officioſum eſt, quando quis mentitur cauſa vtilitatis; vtrumque enim tale eſſe debet, vt nemini noceat. Mendacium vero Pernicioſum eſt quando quis mentitur, & mentiendo alicui iniuſte nocet, ſiue alteri proſit, ſiue non. Mendacium Iocoſum, & Officioſum ſunt tantum peccata venialia D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 4. Nam culpa mendacij minuitur ex eo, quod aliquod bonum, ſiue delectabile, ſiue vtile ad alicuius mali auerſionem abſque alicuius iniuria ordinetur. Mendacium vero Pernicioſū ſemper eſt de natura ſua peccatum mortale, quia vel eſt contra charitatē Dei, vt eſt mendacium in religione, in ſacra-

ſacramento confeſſionis &c. vel eſt contra charitatem proximi, vt in detractione, in falſo teſtimonio, in contractibus iniquis &c. Ratione tamen materiæ poteſt eſſe veniale, vt ſi nocumentum ſit paruum &c. Hæc omnia vide apud Leſſ. l. c. per totum caput.

4 Suppono tertio, ſpecificationem peccatorum deſumi ab obiecto per ſe volito à peccante. Ita D. Thom. p. 2. q. 72. art. 1. & patet, Nam peccata ſunt actus, at actus differunt ſpecie ratione obiecti circa quod verſantur; obiectum enim ſpecificat actum: ergo peccata differunt ſpecie ratione obiecti; & quia ſumus in materia peccaminoſa, non obiectum quomodocumque debet actum peccati ſpecificare, ſed obiectum per ſe volitum à peccante, nā ſecundum quod eſt volitum, eſt peccatum, & quod accidit voluntati, non dicitur ſaltem liberū, cū libertas ſit facultas ad oppoſitum, & vbi voluntariū non eſt, nec libertas eſſe poteſt.

5 At quia obiecta ſæpè non differunt in genere moris, etſi differāt in genere rei, & è contra ſæpè non differunt in genere rei, etſi differant in genere moris. Exemplū primi habes in intemperantia, quæ poteſt fieri per editionem carnium, & per editionem piſcium; piſces enim, & carnes differunt ſpecie inter ſe, & ſic in genere rei; at non differunt in ordine ad intemperantiam, & ſic non differunt in genere moris. Ita etiam occidere hominem vel iugulando, vel ſuffocando, vel igne exurendo, vel lapidando, vel crucifigendo, vel alijs modis, differunt hi modi in genere rei inter ſe, at non differunt in genere moris, & in ordine ad occiſionē. Exemplum ſecundi habes in ſurreptione; ſi enim quis centum aureos ſurripiat clam, & inſcio domino: aut per vim, & iniuriam illatam rapiat, & ſibi vſurpans; hæc duo furta in genere rei non differunt ſpecie; nihil enim in his duobus actibus inuenies ſecundum eſſe rei, per ꝙ ſpecie differant; at in genere moris ſunt duo peccata ſpecie diuerſa, Rapina, & Furtū, quia per vim, aut clanculum alienum occupare non eodē modo cū recta ratione diſſentit. Hinc eſt quod obiecta non ſecundum ſe ſpecificant peccata, ſed ſecundum quod diſconueniunt rectæ rationi. Nec obſtat dicere, quod peccatum conſiſtit formaliter in priuatione: ergo nō poſſūt differre ſpecie in ordine ad obiecta, quæ entia poſitiua ſunt. Quia facilè reſpondetur, quod peccatum eſt actus carens ordine, & conuenientia rationis, & ideo peccata differunt ſpecie ad diuerſificationem ſpecificam priuationum, quam differentiam ſpecificam priuationes deſumunt ab ente poſitiuo, cuius ſunt priuationes; e. g. furtum, & homicidium, odium Dei, & mendacium ſūt peccata ſpecie diſtincta, quia carent ordine, & conuenientia rationis in re, ſeu materia ſpecie diſtincta. Merito ergo D. Thomas differentias ſpecificas peccatorum per res obiectas diſtinxit, quorum ſunt actus. Vide Azorium p. 1. lib. 4. cap. 2. quæſt. 4. col. mihi 242.

6 Suppono quarto, quod vbi nullum eſt peccatum mortale, nullum adeſſe poteſt debitum reſtitutionis in conſcientia, ſi reſtitutio ſit facienda ratione damni illati. Ita Naldus in ſumm. verb. Damnum nu. 7. Toletus in ſum. lib. 5. cap. 18. verſ. primus &c. Sà verb. Culpa num. 7. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 7. dub. 6. num. 26. & cap. 9. num. 118. Layman in theol. moral. lib. 3. tract. 3. p. 6. qui pro hac ſententia citat Innocentium in cap. ſicuti dignum §. eos de homicidio, Abbatem in cap. ſi aggreſſus de iniurijs; Syluestrum verb. Reſtitutio 2. diſt. 12. Azorium tom. 3. lib. 4. cap. 7. Molinam diſp 98. num. 6. Et patet. Tum quia talis nullo modo peccat; ergo nullo modo iuſtitiam lædit, ſed actus non lędens iuſtitiam non obligat ad reſtitutionem: ergo &c. Si enim non habet rationem genericam peccati, conſequenter nec poteſt habere rationem ſpecificam. Nec dicas, quod qui alienum ſurripit credens eſſe ſuum nullo

nullo modo peccat, & tamen tenetur ad reſtitutionem. Quia talis tenetur ad reſtitutionem ratione rei acceptæ, quæ ſemper clamat ad dominum, & ratione iniuſtæ retentionis quæ fieret in mala fide. At in caſu noſtro nec res extat, nec damnificans aliquem videtur auferre ei id, in quo ipſum damnificat. Ita D.Thom.2.2.q.62.art.4.in corp. ſed res non extat, & conſequenter talis damnificans nec retinet rem alienam; alias rationes adduxi in 1. p. mearum reſolutionum reſol.10.à num. 13. vſq; ad 15.

7 Si vero culpam venialem quis cōmittit in damnificando, neque tenetur ad reſtitutionem. Ita ſentit Sanchez in ſum.lib. 2. cap. 23. num. 160. circa medium. Sotus lib.4. de iuſt.q.7.art.2. Leſſ.de iuſt.lib.2.cap. 7. num. 27. qui citat Petrum Nauar.lib.2.cap.1. n.48. Henriquez tract.de irregularitate cap. 15.Sà verb. Reſtitutio; & patet, Nam damnum illatum culpa veniali ſolum nō eſt illatum perfecto actu in ratione iniuriæ, ſed actu imperfecto: ergo ſaltē non inducit obligationem perfectam, quę aſtrīgat ſub peccato mortali; Obligatio enim non poteſt eſſe maior in ſuo ordine, quam fuerit iniuria ex qua naſcitur in ſuo.

Nec tenetur ſub veniali reſtituere vt bene Leſſ.l.c.nu.28. Nam obligatio in materia graui, non poteſt eſſe niſi ſub graui peccato; obligatio enim ex grauitate materiæ pendet, poſito præcepto naturali, vel poſitiuo. Mirum enim eſſet obligationem ſub veniali habere materiā decem millium aureorum e. g. nec poſſet damnificans liberari ab hoc peccato veniali niſi proponeret reſtituere ſummam ſic exorbitantem; cum ergo rariſſimè huiuſmodi damna interueniant ex veniali negligentia; nam ſæpè, & quaſi ſemper peccata venialia intercedunt in agendis rebus ita periculoſis; hinc eſt quod quaſi furtiua videri debent huiuſmodi damna, prout hæc, & alia videri poſſunt apud Leſſ. l.c.

Nec obſtat dictum Bonacinæ de reſt.diſp.1.part.1.punct.3.§.vnico nu. 5.& n.8.ꝙ ſi ex peccato veniali nō oriretur (hæc ſunt verba Bonacinæ) obligatio reſtituendi, ſequeretur eum, qui paulatim magnam abſtulit quantitatē, nec teneri ad reſtitutionem; nam ſi primum furtum leue, quod eſt tantum peccatum veniale, non obligat, nec ſecundum, & ſic deinceps. Sed abſurdū eſt dicere eum, qui paulatim magnam abſtulit quantitatem, non teneri ad reſtitutionem: ergo ex peccato veniali contra iuſtitiam conſurgit obligatio reſtituendi. Hæc Bonacina ibi.

8 Quia qui committit diuerſa furta leuia, non ſolum tenetur ad reſtitutionem ratione rei acceptæ, & iniuſtæ acceptionis, ſed etiā ratione rei acceptæ & iniuſtæ retentionis rei alienæ. Vnde fur peccata venialia cōmiſit accipiēdo rem paruam: at quia materiæ paruæ ſe continuarūt, euaſerunt vna materia grauis aliena; & quia eſt retenta à tali fure, ideo talis fur eſt in peccato mortali, non quia accepit, ſed quia retinet nunc rem alienā domino inuito; quod totum non habemus in materia damni illati. Nam ſi damnificans committit peccatum veniale in damnificando, hoc non prouenit à paruitate materiæ (hanc enim ſupponimus fuiſſe maximam) ſed prouenit à voluntario operantis, quod voluntarium cum non ſit plenum damnum, etſi graue, affert ſecum tantum venialem culpam. Cum ergo peccatum contra iuſtitiam deſumat ſuam malitiam ab inuoluntario veri domini illius rei, & inuolūtarium commenſuretur regulariter à damno illato, & damnum illatum cum defectu veniali non habeat malitiam ab inuoluntario domini recipientis damnum, ſed à non plena aduertentia in operādo; igitur malitia hæc materialis ratione inaduertentiæ, non ſpecificatur ab inuoluntario, & conſequenter non ſpecificatur à malitia iniuſtitiæ, ſed à negligentia in agendo actiones nociuas proximo. At in furto veniali ratione parui-

Digitized by Google

paruitatis materiæ habemus malitiam veram iniuſtitiæ, quæ prouenit ab inuoluntario domini poſſidentis, & quia inuoluntarium domini eſt in re parua, ideo dicitur peccatum veniale; cum igitur furtum paruum habeat malitiã furti,& damnum illatum cum inaduertentia de peccato veniali nullo modo habeat malitiam furti, quæ vt dixi prouenit ab inuoluntario domini damnificati; ideo mirum non eſt, ſi pro vno peccato veniali quis tenetur reſtituere,& non pro alio. Et ſic non bene argumentatur Bonacina à peccato veniali ratione materiæ in furto ad peccatum veniale in damno illato non ratione materiæ; ſed ratione inaduertentiæ; hæc enim non plena aduertẽtia in operando, etſi habeat materiam iniuſtitiæ, non tamen formaliter iniuſta dicitur, cum non habeat ſpecificatiuũ iniuſtitiæ, quod eſt inuoluntarium domini veri illius rei; ſed ſpecificatur à negligentia in operando, quæ non iuſtitiam lædit, ſed ſtudioſitatem in agẽdo. Negligentia enim hæc eſſet peccatum conſummatum, ſiue damnum ſequatur ex ipſa, ſiue non ſequatur, & ideo ius alterius læſum omnino per accidens ſe habet in ordine ad talem culpam conſummatam. His poſitis.

Probatur, quia dum hic talis æquiuocat coram iudice, vtitur iure ſuo, & non peccat, vt in primo ſuppoſito; & ſi mentitur, id quod per ſe intendit mẽtiendo non eſt damnum proximi, ſed tantum fuga propriæ pœnæ; peccatum enim ſpecificatur ab obiecto per ſe volito, vt in tertio ſuppoſito; & conſequenter mendacium hoc erit officioſum, quod tantum veniale eſt, vt in ſecundo ſuppoſito, & pro peccato veniali ratione damni illati ad nullam tenetur reſtitutionẽ, vt in quarto ſuppoſito: ergo hic talis non peccat mortaliter, nec ad reſtitutionem tenetur,& conſequenter non incidit in caſum noſtrum.

9 Confirmatur, quia non tenemur cũ tanto proprio damno ſubuenire bono proximi neq; ex lege iuſtitiæ, neque ex lege charitatis. Nec valet dicere ꝙ ꝓximus eſt innocens,& reus hic in caſu noſtro eſt nocens. Nam reus non eſt cauſa, ſeu negatio huius rei non eſt cauſa illius damni, ſed eſt occaſio remota, nam nullo modo ad damnum contra hunc influit, nec moraliter, quia non tenetur impedire cum tanto incommodo, nec phyſicè vt patet; ſed iudex inde occaſionem ſumit inquirendi contra tertium innocentem; & qui eſt occaſio remota,& non cauſa damni ad nullam tenetur reſtitutionẽ, vt ipſemet Bonacina de reſtitutione diſp.1.q.2.punct.3.num.11. Damnum enim non ſequitur ex negatione rei, ſed ex incuria iudicis, vel ex eo quia delictum eſt occulte commiſſum.

Dices quod hic talis iurauit dicere veritatem, & conſequenter eſt formaliter periurus: ergo peccauit mortaliter, ergo tenetur ad reſtitutionem. Nam ſi in damnificando quis committit culpam lethalem tenetur ad reſtitutionem, vt in quarto ſuppoſito.

10 Reſpondeo primo, quod ſi talis non mentiendo, ſed æquiuocando iurauit, non commiſit peccatum mortale periurij, nam tunc non itur contra mentem,& conſequenter non mentitur. Ita Clauis regia lib. 12. cap. 17. num. 16. Sanchez lib.3.cap.6.num. 13. & 14. & 22. Azor.tom.1.lib.11.cap.4.q. 5. Leſſ. lib.2.cap.42.dub.9. nu.48. Rodriquez in ſumma cap.191.num.7. Valentia 2.2.diſp.5.q.13.punct.2. Suarez de iuramento lib. 3. cap. 11. num. 4. 5. & 6. Filluccius tract. 25. cap. 11. q. 1. Layman lib.4.tract. 3.cap.13.nu.5. Bonac. circa ſecundum decalog. præc. diſp.4. q.1.punct 12. à nu. 1. Iurat nunc Reus in caſu noſtro cum cauſa in æquiuocane, vt patet. Etſi Sanchez l. c. num. 22. dicat quod etiam ſi ſine cauſa æquiuocet, & iuret, non peccat mortaliter, ſi non in iudicio iuridicè interrogatus, vel in præiudicium alterius iuret; quia in huiuſmodi iuramento deeſt tantum diſcretio, ſeu iudicium;& iura-

mentum ſine diſcretione, ſeu iudicio mortale non eſt, ſecundum veriorem ſententiam. Iurauit tamen dicere veritatem ſecundum ſuam intentionem, & non ſecundum intentionem iudicis, quia ſecundum intentionem iudicis non tenebatur veritatem manifeſtare, vt dixi.

11 Si vero mentitus eſt reus, & iurauit tunc dico, ꝙ etſi peccatũ periurij commiſit, tamen non tenetur ad reſtitutionem. Quia non omne peccatum mortale inducit obligationem reſtituendi, ſed peccatum mortale in inferendo damnum per ſe; at peccatum periurij non per ſe damnum infert, nec per accidens in caſu noſtro, quia non eſt cauſa, ſed occaſio remota tantum, vt iudex alteri damnum inferat, vt dixi. Et ideo poteſt à quolibet confeſſario inferiori abſolui talis periurus, quia non depoſuit falſum in iudicio in graue damnum, nec contra innocentem, ſed tantum depoſuit falſum in ſubleuatione proprij incommodi, & ad finẽ fugiendi mortem, iacturam bonorum &c. etſi per accidens damnum ſit alteri ſecutum. Non ergo ex depoſitione huius, ſed ex negligentia, ſeu incuria iudicis damnum alteri ſequitur.

12 Hinc habes, quod Reus qui hominẽ occidit ob ſui defenſionem, vel ſine culpa, & factum probare non poteſt in iudicio, ſi cum iuramento homicidium hoc neget, nullam culpam committit, nec ad aliquam reſtitutionem tenetur, ſi ex tali iuramento damnum tertio ſequatur. Ita Bellocchius de caſ. reſer. p. 2. q. 1. num. 341. Ex Ioan. Baptiſta Corrado 1. p. reſp. caſ. conſc. q. 171. Reginaldo lib. 24. cap. 3. ſect. 4. num. 38. tunc enim non tenetur iudici interroganti reſpondere, quia interrogatio eſt de homicidio crimnoſo, quale non eſt ſine culpa patratum.

Sic etiam dicendum erit ſi teſtis nõ poteſt veritatẽ dicere ſine manifeſtatione proprij criminis, tunc non tenetur ſeipſum prodere, & conſequenter veritatem dicere, vt bene Bellocchius l. c. n. 344.

Quæres. An ſi quis depoſuit falſum in iudicio per fidem in ſcriptis, vbi dixit ſe cum iuramento deponere talem feciſſe, vel crimen commiſiſſe &c. An incidat in caſum, & cenſuram noſtram?

13 Reſpondet Cancerius var. reſol. p. 2. cap. 8. à num. 41. talem non iuraſſe de formali, & conſequenter non incidiſſe in caſum noſtrum. Quia aliud eſt iurare, aliud cum iuramento, vel per iuramentum promittere, ſeu deponere, per textum ſecundum verum intellectum in cap. clericus de iureiurando, quem ita intelligendum eſſe dicit Mar. ab Azpilc. de iureiurando lib. 1. conſil. 3. num. 2. vol. 1. Quoad multa nota, quia iuramentum quo ad eius vim, & iuris effectus multum differt à ſimplici loquela, & promiſſione, quæ iurata non ſit, vt colligere licet ex traditis per DD. in Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. ven. cap. Debitores, & cap. cũ contingat de iureiurando, & cap. quãuis pactum de pactis in 6. Hæc Cancerius.

SVMMARIVM.

Caſus reſeruatus de confeſſarijs ſollicitantibus comprehendit tãtum confeſſarios approbatos, & approbandos. n. 1.

Simplex Sacerdos ſe confeſſarium fingens, ſi pænitentem ſollicitet, non incidit in caſum noſtrum: imò neque erit denunciandus, dũmodo communiter non exiſtimetur confeſſarius. n. 2. & 14.

Particula generalis appoſita enumeratis quibuſdam indiuiduis non ampliatur vltra enumerata. n. eod.

Præmium, ſiue Præfatio mentem diſponentis, & cauſam finalem diſponendi indicat. nu. eodem.

Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt. n. eod.

Confeſſarius approbatus tãtum prætextu cõfeſſionis ſollicitans eſt denunciandus, & non alij. n. eod.

Laici, ſiue clerici fingentes ſe confeſſarios ſi fæminas ad turpia ſollicitent, nec incidunt in caſum noſtrum, nec ex vi bullæ Gre-

Gregorij XV ſunt denunciandi. n.3.
Leges in pœnalibus non extenduntur ad caſus ſimiles. n. eod.
Laicus abſolutionem tribuẽs Sacramentalem, etiam ſi non ſollicitet, eſt denunciandus tãquam de hæreſi ſuſpectus, ſecus ſi illam nõ tribuat. n.4.
Sacerdos, quamuis habeat de iure diuino poteſtatem ordinis in ordine ad Sacramentum pœnitentiæ, non tamen eſt per ſe ſufficiẽs, & idoneus miniſter huius ſacramẽti, niſi habeat iuriſdictionem, ſiue ordinariã, ſiue delegatam; quæ delegata iuriſdictio habetur per approbationem Epiſcopi. n.5.
Delegatam iuriſdictionem tribuere poteſt Epiſcopus etiam electus tantũ; ſicut etiam Archiepiſcopus in ſua Prouincia dum actu viſitat, Vicarius, ſiue Generalis, ſiue Capitularis ſede vacante, Abbates ſæculares, & Priores magni exempti iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem habentes, & generaliter quicumque ordinariam habent poteſtatem imo etiam Delegatus à Papa. n. eod.
Parrochus quamuis ſit ordinarius alteri Sacerdoti delegare non poteſt abſoluendi poteſtatem, niſi ille ſit ab Epiſcopo approbatus. n. eod.
Hæc delegata poteſtas gratis eſt concedenda; quod ſi concedatur mediante pecunia, quãuis dans, & recipiens peccent, valide tamẽ conceditur. n.6.
Sacerdotes vt hanc delegationem habeant ſunt ab Ordinarijs locorum approbandi, vel per examen in ordine ad audiendas ſæcularium tantũ confeſſiones, non regularium, vel per curæ animarum commiſſionem etiam ad tempus, vel per Epiſcopi mandatum. n. eod.
Doctores, Licẽtiati, Lectores, & famoſi Prædicatores, quamuis publicè conſtet de eorum doctrina, hanc approbationem petere tenentur, quam non habent, ſi eis denegetur iniuſtè. n. eod.
Parrochus approbatus in ſua Parrochia non cenſetur approbatus extra illam; extra tamen tempus Iubilæi. n. eod.
Sollicitare idem eſt, ac pluries inſtare; in caſu tamen noſtro eſt pœnitentes ad turpes, ſiue obſcœnos actus verbis, vel factis allicere. num.7.
Confeſſarij ſollicitantes ſunt ſuſpecti de hæreſi, de læui quidem, non tamen de vehementi vt plurimum; quamuis ex diuerſis circumſtantijs poſſint eſſe ſuſpecti de vehementi n.8.
Suſpiciones ortum habent ab animis iudicũ, qui ex diuerſis circumſtantijs diuerſas depromunt coniecturas, & præſumptiones. n. eod.
Confeſſarius ſollicitans ſi valide Sacramentum contulit abiurare debet de vehementi, ſecus ſi inualidè, cum tunc ſacramento non abutatur. n. eod.
Non tam confeſſarij ſollicitantes in confeſſione ſunt ſuſpecti dè hæreſi, ſed etiam ſollicitantes in confeſſionario quamuis nulla habita, vel ſimulata confeſſione, ſiue in alio loco in quo confeſſionem ſimulent. n.9.
Inquiſitores Hiſpaniarum poſſunt procedere contra Sodomitas, non quia ſunt ſuſpecti de hæreſi, ſed ex ſpeciali delegatione Gregorij XIII. n eod.
Poſſet Tribunal Sancti Officij procedere contra ſollicitantes, quamuis non eſſent ſuſpecti de hæreſi. n. eod.
Sollicitare immediate poſt confeſſionem eſt, quando inter confeſſionem, & ſollicitationem nihil mediat; vnde ſi cõfeſſarius ante quam pœnitẽs ſollicitet, ipſe, vel pœnitens ad alios actus ſe diuerterit, nõ dicitur ſollicitare immediate poſt confeſſionem, nec confeſſarius incidit in caſum noſtrum, quamuis ſit denunciandus. n.10. & 11.
Confeſſarius, ſiue ante, ſiue poſt confeſſionem ſollicitans ſacrilegium committit neceſſario in confeſſione explicandum. n.11.
Pœnitens tenetur ſub mortali confeſſarium ſollicitantem denunciare, quamuis multæ conditiones bonæ in confeſſarij fauorẽ concurrant. n.12.
Non tam ſollicitati, ſed etiam quomodolibet ſcientes, etiam ſub ſigillo naturali, vel iuramento hos ſollicitantes denuntiare tenẽtur ſub mortali, & ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ. n.13.
Excuſat à tali denunciatione timor mortis, mutilationis membrorũ, vulnerũ, iacturæ famæ, vel honoris, amiſſionis omnium, vel maioris partis bonorũ. Sicut etiam conſanguinitas affinitas vſque ad quartum gradum,

dum, clauſura, infirmitas, & quæuis alia iuſta cauſa. n. 14.

Mandans confeſſario vt pænitentem ſollicitet, quamuis ſecundum aliquos non ſit denunciandus, probabiliter tamen denunciandus erit, cum mandãs mãdatarij forũ ſortiatur. n. 15.

Teſtes falſi in cauſa Polygamiæ efficiuntur de foro inquiſitorum, ſicut conſulentes, vel mandantes Polygamiam, & alia delicta ad tribunal Sancti Officij pertinentia. n. eod.

Conceſſa alicui iuriſdictione, cenſentur etiã conceſſa omnia illi acceſſoria. n. eod.

Hoc delictum plene probatur per teſtes ſingulares, non quidem ſingularitate obſtatiua, vel diuerſificatiua, ſed cumulatiua. n. 16.

Admittuntur etiam fœminæ ad probandum hoc delictum, quamuis criminoſæ, dummodo tempore depoſitionis ſint probatæ vitæ; imo etiam conſentientes ſollicitationi, licet conſenſus non ſit in actis ſcribendus. n. 17.

Duæ fœminæ hoc delictum non plenè probãt; quot autem plene probent, relinquitur arbitrio iudicis. n. eod.

Ad probandum confeſſarium, vt ſit reus pœnæ ordinariæ, præter teſtes ſingulares, requiruntur etiam inditia, & alia adminicula; vt autem ſit reus pœna extraordinaria ſufficiunt teſtes ſingulares abſque adminiculis. n. 18.

Vnica fœmina nec ad capturam, nec ad torturam inditiat, quamuis ſit honeſtiſſima. num. 19.

Confeſſarij ſollicitantes conuicti, & confeſſi ſemper ſunt torquendi circa intentionem; non conuicti vero torquendi ſunt pro veritate habenda. n. 20.

Confeſſarius conuictus de verbis importantibus clare ſollicitationem, ſed negans ſe habuiſſe animum ſollicitandi eſt etiam torquendus circa intentionem; cum vnuſquiſque præſumatur habere voluntatem prout verba ſonant. n. eod.

Confeſſarius vero conuictus de verbis importantibus dubiam ſollicitationem, ſi ſit malæ famæ eſt torquendus circa intentionem, & ſi in tortura perſiſtit, eſt ſuſpendẽdus tantum à mulierum confeſſionibus; quod ſi ſit bonæ famæ ſine tortura eſt ei credendum. n. eod.

Non tam confeſſarij ſollicitantes in actu confeſſionis, vel immediatè ante, vel poſt, vel in confeſſionario, etiam nulla habita confeſſione, ſed ſollicitantes occaſione, vel prætextu confeſſionis ſunt etiam denunciandi. num. 21.

Occaſio, ſecundum Feſtum, eſt opportunitas tẽporis caſu proueniens; ſecundum Ciceronẽ vero, eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem: in caſu tamen noſtro non tum modo dicto, quam etiam pro cauſa ficta, non vera, nec cum ratione ſufficienti ſumitur. Prætextus vero eſt ſimulatio, ſeu velamen, ſeu palliatio falſæ cauſæ. n. eod.

Pœnæ infligendæ his perditis hominibus mẽſurantur à qualitate criminum ſollicitationi annexorum. n. 22.

Pro caſu ſollicitationis graui ſollicitans eſt perpetuo priuandus munere audiendi cõfeſſiones, imò ſi per multos annos ſollicitauit, eſt etiam ſaltem per decennium detrudendus in carcere; regularis vero carceratur, ſed non in conuentu in quo audiebat confeſſiones, & ante carcerationem fuſtibus eſt caſtigandus à religioſis ſui conuentus per coronam, præſente notario Sãctæ Inquiſitionis. n. 23.

Quod ſi caſus non ſit ita grauis priuatur munere audiẽdi confeſſiones mulierum in perpetuum, & virorum per aliquot annos, & pro duobus ſaltem annis in monaſterio detruditur; regularis vero priuatur voce actiua, & paſſiua, & vltimum locum in ſuo monaſterio tenebit, & aliquoties ſententia iterum per ſecretarium conuentus legetur præſentibus omnibus religioſis. n. eod.

Pœna traditionis Curiæ ſæculari eſt arbitraria, cuius arbitrium ſumitur à diuerſis circumſtantijs tali delicto annexis. n. 24.

Si quæ delicti ſpecies ſollicitationi annexa inſpiceretur, præter pœnam ſuſpectis de hæreſi determinatam, deberetur etiam pœna tali delicto debita; dummodo delictum illud ſit ſufficienter probatum; quod non probatur ſufficienter per vnicam depoſitionem. n. 25.

Pœna priuationis ab audiendis confeſſionibus ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum ſemper

per

per eſt infligenda. num. 26.

Pro ſollicitatione cum ſimplici fornicatione debetur pœna depoſitionis, ſi clericus ſit publicus fornicator; ſecus ſi non ſit publicus, vel ſcandaloſus. n. 27.

Pœna priuationis à depoſitione differt; nam priuatus arcetur à fructibus beneficij, non vero ab exercitio ſacrorum; depoſitus vero à fructibus, & à ſacrorum exercitio arcetur. n. 28.

Pœna depoſitionis cum ſit grauiſſima in grauioribus delictis eſt imponenda, arbitrio tamen iudicum; vnde eſt infligenda confeſſario inceſtuoſo ſollicitãti, & rem habẽti cum filijs ſpiritualibus, affine, vel conſãguinea; adultero, vel ſacrilego; imò, ſecundum Souſam, eſt deponendus quamuis ad actum non perueniat. n. eod.

Pœna ſuſpenſionis, & priuationis beneficiorũ, cum ſit mitior frequenter imponitur, hoc tamen ordine, vt prima vice admoneatur, & arbitrarie puniatur. Secunda vice priuetur per tres menſes beneficiorum fructibus. Tertia vero priuetur in perpetuum; dummodo prima vice non ſit ita enormis ſollicitatio, vt ſtatim debeat beneficijs priuari. n. 19.

Pœna ad triremes, quamuis ſit arbitraria, nõ debet infligi, niſi in grauiſſimis cauſis, vti eſſet ſi pluries monitus ſollicitans ſæpè dilaberet, aut ſi horrendam iniuriam ſacramento faceret, vt ſimul matrem, & filiam, vel duas germanas, vel in eodem confeſſionario filias ſpirituales ſollicitando, & deflorando. n. 30.

Pœna degradationis actualis ad finem tradendi reum curiæ ſæculari eſt imponenda confeſſario ſollicitanti, ſi inueniatur hæreticus, vel ſi committat in ſollicitatione crimen aliquod, cui degradationis pœna de iure imponitur, vel ſi ter monitus, & alias punitus in idem crimen dilabatur. n. 31.

Frequentanti delictum cui eſt annexa pœna pecuniaria poteſt imponi etiam pœna ordinaria; frequentia tamen per tres vices induci videtur. n. eod.

RESOLVTIO LV.

Si in aliqua Diœceſi fieret caſus reſeruatio his verbis. Omnes confeſſarij approbati, ſiue approbandi ad confeſſiones audiẽdas quomodolibet, etiam Parrochi, qui ad res laſciuas ſollicitauerint in actu confeſſionis, vel poſt immediatè, pœnam excommunicationis incurrant. Quomodo eſſent intelligenda?

1 PRo intelligẽtia. Nota primo, quod confeſſarij approbati, vel approbãdi ſunt tm̃ cõprehenſi in hoc caſu. Nam ſimplices ſacerdotes ſunt confeſſarij ad venialia, & etiam ad mortalia tempore neceſſitatis vel alias abſoluta; at hi non sũt confeſſarij approbati, quia talem poteſtatem habent abſq; vlla Epiſcopi approbatione.

2 Hinc ſequitur primo, quod ſacerdotes ſimplices, qui fingunt confeſſiones audire, etſi ſint denunciandi ſi pœnitentes ſollicitent, tamen non incidunt in caſum noſtrum. Nec obſtat particula generalis, ſcilicet quomodolibet approbati &c. Quia hi ſacerdotes nullo modo ſunt, vt infra dicam, approbati; tanto magis, quia particula generalis quando apponitur enumeratis quibuſdam indiuiduis, non ampliatur enumeratio indiuiduorum, ſed ſtat in ſuis viribus, ſicut prius l. hæres meus §. 1. de leg. 3. l. 1. §. item ſi duæ ff. de auro, & arg. leg. Oltrandus conſil. 8. num. 4. Imo ego puto, quod ſacerdotes non approbati, ſi ſollicitent fœminas fingẽdo ipſarum audire confeſſiones (dummodo nõ ſint cõmuniter exiſtimati cõfeſſarij; tunc enim ex communi errore habent poteſtatem iuriſdictionis, vt optimè Pontius ex l. Barbarius ff. de officio præſ.) non ſint denunciandi. Ita Fagundez 2. Eccleſ. præc. lib. 4. cap. 3. num.

3. num. 79. Qui citat Souſam cap. 11. num.9. Idem ſentit Scobar de confeſſ. ſoll.p.1.q.2.n. 12. qui citat Portellium verb.Sollicitare fœminas, in addit.nu. 13. & ratio eſt, Tum quia conſtitutio Greg. XV. fuit lata (quod idem eſt de alijs pontificijs in ſuis) ad finem puniendi exceſſus confeſſariorum, commiſſos in confeſſione, ſeu dum confeſſiones audiunt, qui ad illius notitiam peruenerunt, & hi exceſſus fuerunt confeſſariorum approbatorum, vt patet ex breuibus aliorum Pontificum, ſeu ex proœmio breuium Summorum Pontificum, qui loquuntur ſemper de confeſſarijs curam animarum gerentibus, aut alias ad audiendas confeſſiones deputatis .i. approbatis. Proœmium vero mentem indicat diſponentis, atque demonſtrat cauſam finalem diſpoſitionis l.fin.vbi Bartol.& ſcribẽtes ff. de hæred. inſtit. probat Carolus Maranta in 1. p. ſuarum reſpon. reſp. 23.num. 41. & 42. præfationes enim mentem, & voluntatem diſponentis aperiunt, vt tradit Bald.in l.pen.num. 1.C.de teſtam.Ludouic. Bolog. conſil. 74.col.2.Pariſ.conſil.79.n.17.Mantica de coniecturis lib. 6. cap.13.Maſcard. de probat.concl.1422.num.27.tom.3. fol. 165.Tum quia non ex eo,quod talis confeſſarius videtur ſuſpectus de hæreſi, & facit iniuriam ſacramento erit denunciandus,quia etiam fœmina quæ ſollicitat confeſſarium in confeſſione eſt ſuſpecta, & iniuriam facit ſacramento,& tamen non eſt reuelanda; ſicut etiam laicus qui ſimulat ſe ſacerdotem,& confitetur,& ſollicitat: at ex vi huius bullæ ſunt reuelandi, ſeu denunciandi ſacerdotes tantum approbati ad audiendas confeſſiones. Nec obſtat dicere, quod ſacerdotes ſunt etiam approbati ad audiendas confeſſiones venialium, vel etiam mortaliũ tempore neceſſitatis.Quia leges adaptantur ad ea quæ frequentius accidũt, hæ enim confeſſiones de venialibus ſacerdotibus non approbatis ad audiendas confeſſiones, nunquam, ſeu raro accidunt, & quod tales ſollicitẽt, nec talium ſollicitationes peruenerũt ad aures Summorum Pontificum, ſed ſollicitationes confeſſariorum approbatorum,vt patet ex verbis ipſius bullæ. His accedit, quod tales non dicuntur approbati, ſed admittuntur ad tale officium vel ex neceſſitate, vt in moribundo, vel ex vi ordinis ſine vlla approbatione, vt in peccatis venialibus, & mortalibus alias abſolutis.

Nec obſtat dictum Dianæ p.1.tract. 4.de denunciationibus reſol.17. quod iſti prætextu confeſſionis ſollicitent, dum ſe fingunt confeſſarios contra bullam Greg. XV. qui vult,quod prætextu confeſſionis ſollicitantes ſint denunciandi.

Quia confeſſarij approbati tũ qui prætextu cõfeſſionis ſollicitãt ſunt denunciandi, non vero alij. Aliter enim etiã ſeculares fingentes ſe eſſe confeſſarios eſſent denunciandi,quod neque Diana concedit.l.c.reſol. 15. hi enim ẽt ſub prætextu confeſſionis ſollicitãt.

3 Sequitur ſecundo à fortiori non incurrere laicos, ſeu clericos fingentes ſe cõfeſſarios eſſe ſi fœminas,vel alios pœnitentes ſollicitent ad turpia. Nec ſunt denunciandi ex vi bullæ Gregorij XV.Nec aliorum Summorum Pontificum circa ſollicitationem; quia loquuntur de ſacerdotibus ſollicitantibus, & cum ſimus in pœnalibus, non debemus verba legis extendere ad caſus ſimiles. Ita Diana 1. p. tract.4.de denunciat.reſol.15. qui citat Portelliũ verb. ſollicitare fœminas in addit. nu. 14.Santarellum de hæreſi cap.46.dub. vnico num. 9. Acuña tract. de confeſ. ſollic.q.13.num.9. Idem ſentit Carena de officio ſanctæ Inquiſit.p.2.tit.6.§.5. num.21.qui citat Trimarcam de Confeſſario abutente ſacramento diſp. 7. ſect. 1.

4 Si vero prędictus laicus non dat abſolutionem ſacramentalem non eſt denunciandus; ſecus vero ſi abſolutionẽ tribuat, etiam ſi non ſollicitet: tunc enim eſt ſuſpectus de hæreſi, ſcilicet,

quod

quod laici poſſint ſacramentaliter abſoluere; vide Ioannem Sanchez in ſelect.diſp.11.num.36.Rodriquez q.reg. tom.2.q.28.art.2.Dianam l.c.reſol. 16.

5 Nota ſecundo, quod etſi verum ſit, quod omnis ſacerdos habeat poteſtatem ordinis in ordine ad ſacramentũ pœnitentiæ,& hoc de iure diuino; tamen ſacerdos ex vi inſtitutionis,& ordinis non eſt de iure diuino per ſe ſufficiens,& idoneus miniſter ſacramenti pœnitentiæ; ſed requiritur iuriſdictio ad hoc vt validè ſacramentum hoc adminiſtret;quæ iuriſdictio haberi poteſt, vel per ordinariam poteſtatem, vel per delegatam, vt clarè habetur in Concil.Trid.ſeſſ.14. cap. 7. & ſeſſ.23. de reform.cap.15.Quare ad hoc vt ſacerdos habeat hanc delegatam poteſtatem,debet eſſe vel per examen, vel alia ratione approbatus ab Epiſcopo iuriſdictionem habente iuxta Trid.d. cap. 15. quod ſufficit ſi Epiſcopus ſit electus,etſi non conſecratus,ad hoc vt poſſit approbare ad confeſſiones audiendas: cum hæc ſit poteſtas iuriſdictionis, vt benè probat Fagundez 2. Eccl.præc.lib.7.cap.2.n.47.

Hanc auctoritatem abſoluendi poteſt etiam tribuere Archiepiſcopus dũ actu viſitat; tunc enim habet iuriſdictionem in ſubditos Epiſcoporum cap. vltim. de cenſibus in 6. & conſequenter poteſt eam delegare Suarez tom.4. in 3.p.diſp.25.ſect.1.num.14.Coninck diſp.8.dub.3. num. 20. verſ. Nota Archiepiſcopum &c.

Poteſt etiam Vicarius Epiſcopi hãc poteſtatem abſoluendi delegare,vt benè Sanchez de matrim. lib. 3. diſp.29. num.14.

Sicut etiam poteſt Capitulum ſede vacante per Vicarium à ſe electum, cũ hic actus ſit iuriſdictionis ordinariæ,& non ordinis Epiſcopalis, & ad omnes actus iuriſdictionis ordinariæ ſuccedit Capitulum ſede vacante; vide Fagundez l.c.cap.2.num.54. Suarez l.c.diſp. 28.ſect.5.n.2.

Item poteſt hæc iuriſdictio delegari ab Abbatibus ſæcularibus,& à Prioribus magnis exemptis,qui in ſuas oues iuriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem, vt videre eſt apud Fagundez l.c. lib.7.cap.2.n.55.

Et generaliter poſſunt hanc iuriſdictionem delegare omnes, qui eam habent ordinariam cap. Cum Epiſcopus de officio Ordinarij,ideſt cui competit hæc iuriſdictio ex officio., vide ConincK diſp. 8.dub.3. & 4.Poteſt etiam delegatus à Papa cap.cum cauſam 62. de appellat.

Parochus tamen,etſi Ordinarius,nõ poteſt dare hanc facultatem alteri Sacerdoti ſine approbatione Ordinarij, ita omnes fere DD. vide Barb. l. c. n.25. etſi contra ſentiat Petrus de Ledeſma in 1. p. ſummæ de ſacram. pœnit.cap.12. verſ.à cerca d'eſta concluſion.

6 Hæc tamen delegatio gratis concedenda eſt,vt in concil.Trid.l.c.cap.15. Vnde ſi ex pecunia conceditur, etſi peccent mortaliter dantes,& recipientes,tamen iuriſdictio eſt valide conceſſa ſecundum Suarez l.c.diſp.28.ſect.5. num.10.fin. Fangund.l. c. lib.7.cap.2. num.66.

Ad hoc enim, vt ſacerdotes hanc delegationem habeant, ſunt ab ordinarijs locorum approbandi, vnde vbi confeſſiones audire vult confeſſarius, ab eius loci ordinario eſt approbandus.Quod patet ex Clem.Dudum de ſepulturis, & quia decretum Concil. Trid.ſeſſ.23.de reform.cap.15.eſt fundatum in dicta clement. etſi in concilio non ſit ita clarè expreſſum, exprimitur in præfata clementina. Ita Nauar.in manuali cap.27.§.2.nu.3. Barb. de poteſt.Epiſc.alleg.25.num.30.deciſum refert Quaranta in ſumma bull. verb.Confeſſor verſ.præter &c.& ConincK tom. 2. diſp. 8. num. 52. affert declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium. Eſt approbatio authenticum teſtimonium, quo approbatus declaratur idoneus,cui munus audiendi confeſſiones committatur.

Talis

Talis approbatio habetur, vel per examen, vt in Concil. Trident. l. c. quod intellige in ordine ad audiendas confeſſiones ſæcularium tantum, nō vero regularium, vt benè ConincK l.c.num.48.verſ. ex ijs &c. Vel etiam ſi ei committatur cura animarum, etiam ad tempus, vt ſi inſtituat Epiſcopus aliquem Parrochi Vicarium, vel ſi mādet alicui, vt confeſſiones audiat. Ita ConincK l.c.num. 49. Reginaldus lib. 1.num. 107. Barb. de poteſt. Epiſc. alleg.25.nu.12.

Doctores vero, Lectores, Licentiati, & famoſi Prædicatores, etſi conſtet de eorum doctrina per publicam facti euidentiam, tenentur hanc approbationem ab Epiſcopis petere. Vnde ſi licentiam peterent, & ab Epiſcopis etiā iniuſtè denegetur, non per hoc cenſentur approbati, ſecundū ConincK diſp. 8.num. 58. Barboſam de poteſt. Epiſc. alleg.25.n.14.& 15. Etſi oppoſitū ſentiat Fagūdez 2.Eccl.præc.lib. 7. c.2.n. 15.quoad regulares; quoad ſæculares vero ſequitur opinionem Coninck l.c.

Parrochi vero, qui fuerūt prouiſi de Parrochiali Eccleſia per cōcurſum cēſentur approbati, & idonei miniſtri ad audiendas confeſſiones dumtaxat in ea ciuitate, vel oppido, vbi ſita eſt Parrochia, nō autem per totam diœceſim. Ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione Cardin. refert Barb.l.c.nu.18. ex Piaſeg.in praxi Epiſcopa li p. 2. cap. 1. num.10.pag. 92. Fernandez in examine theol.moralis p.3.cap.9.§.8.num. 1. Homobono de bonis de examine eccl. tract.5.cap.3.q.15.Fagundez l.c.lib. 7. cap.2. à nu. 35. etſi cenſeatur idoneus etiam extra diœceſim tēpore Iubilęi, pro confeſſario à pœnitente eligendo. Ita Fagundez l.c.

7 Nota tertio, quod Sollicitare, idem eſt ac pluries inſtare, & requirere, vel moleſtare, offendere, ſeu faſtidire, vel experiri; tamen in caſu noſtro ſollicitare idem eſt, ac prouocare, ſeu allicere, vel precibus rogare, ſeu alia via attrahere, ſeu inuitare adulationibus, promiſſionibus, aut pretio pœnitentes ad turpia, & inhoneſta, ſeu ad actus carnales, & venereos. Ita DD. communiter. Vide Scobar de confeſſ. ſollicit. par.1.q.1. à num. 1. qui citat Acuñam de confeſſ.ſollic.q.1. à num.1. Souſam de confeſſ.ſollic.tract.1.cap.1. num.3. & in Aphoriſm.inquiſ.lib. 1. cap.34.n. 2.Santarell.in tract. de hæreſi q.44.nu. 7.Gyptium de caſ.reſer.cap. 14. nu.5. Paramum de orig.inquiſ.lib.3. q.10.n. 118.Quaranta in Bullar.verb.Cōfeſſor Prax.Archiep.Neap.cap.8. Rodriquez reg.q.tom.1.q.56.art.4.& tom.2.q.27. art.3.Bariolum in floribus pœnæ circa fin.de confeſſ.ſollic.verſ.1. Bonac.de onere, & oblig.denunc.diſp.6.punct.3. ſub num.2.Ioannem Sanchez diſp. 11. num.21. Trullench 1. decalogi cap.3. dub. 18. num. 12. Peirinum ad priuil. minim. & conſtit. 4. Gregorij XV.§.2. num.2.tom.2. Vel melius dic cum Menochio de arb.iud. lib. 2. cap.2.concl. 360. num. 50. quod ſollicitare dicitur qui mulierem alloquitur, & ei ſuadet vt ſuis votis annuat.gl. in l.1. in princ. ff.de extraord.crim. Et ſic ſortius ſollicitare dicitur, qui munera dedit & ſi mulier acceptis muneribus cōſenſit, inuita potius, quam volens peccare dicitur. Decius conſil.170. col.2. Marſil. ſingul.353.Datio. Vide Menoch.l.c.

8 Sunt huiuſmodi confeſſarij ſuſpecti de hæreſi, dum ſacramentum aſſumūt pro adimplendis ipſorum voluptatibus, vt clarè colligitur ex bulla Pij IV. ſub die 16.Aprilis 1561.incipiente Cū ſicuti, ibi, Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide catholica rectè ſentiunt, ſacramentis in eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant &c. & ex Bulla Gregorij XV.ſub die 30.Aug. 1622.incipiente Vniuerſi Dominici.& ex bulla Clementis VIII. die 3. Decembris 1592. incipiente Per præſentes. & ex bulla Pauli IV.& Pauli V.die 16.Septembris 1608.vide Fagundez 2.eccleſ. præcep. lib. 4. cap.4. à nu.36. Ferdin. à Caſtro Palao to.1.tract.4.diſp.9.punct.1.à n.1.

Non

Non tamen ſunt ſuſpecti de vehementi vt plurimum,ſed de leui. Verum quia ſuſpiciones omnes ortum cognoſcunt ab animis iudicum,qui ex diuerſis circumſtantijs diuerſas depromunt coniecturas, & præſumptiones l. ob carmen 21.§.ſi teſtes verſ.confirmauit ff.de teſtibus l. minor ff. de minoribus Menochius lib.1.præſumpt.q.5.nu.4. & ſeq.& q.7.n.44. Ideo dicimus,quod poſſunt eſſe ſuſpecti de vehementi,vt clarè colligitur ex verbis Bullæ Greg. XV. in illis verbis; In eos pro criminũ qualitate, & circumſtantijs, ſuſpenſionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum,dignitatum, & officiorũ quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa: Nec non vocis actiuæ,& paſſiuæ ſi regulares fuerint,exilij,damnationis ad triremes, & carceres etiã in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas diſcernant; eos quoq; ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione curiæ ſæculari puniendos tradant &c.

Nec obſtat,quod hæc ſollicitatio ſit abuſio ſacramenti. Quia confeſſor hic ſacramento non abutitur, ſed vel affectu pœnitentis ſi abſolutionem non tribuat;et ſi tribuit,abſolutio eſt nulla, & conſequenter ſacramẽtum nullum; ſi ergo nullum,non abutitur ſacramẽto. Si ſacramentum ſit re vera factum validè,tunc dico quod debet abiurare de vehementi; Carena vero l. c. §. 15. dicit, quod debet abiurare de vehementi.

9 Sunt ſuſpecti de hæreſi non ſolum confeſſarij ſollicitantes in confeſſione, ſed etiam ſollicitantes in confeſſionario, vel in hoc loquentes obſcœna, & turpia,nulla habita, neque ſimulata confeſſione. Sicut qui non in confeſſionario,ſed alio in loco confeſſionem ſimulant; & ideo hi debent abiurare ſaltem de læui. Ita Scobar l.c.num.16. Fagundez 2. eccleſ. præcep. lib.4.cap. 3.num. 80. quicquid contra dicat Carena de officio ſanctiſſimæ inquiſit.p.2. tit.6. §. 16. Ratio affertur à Fagundez. Quia licet Gregorius XV. in criminibus additis, ac declaratis in hac ſua conſtitutione non dicat tales de crimine hæreſis eſſe ſuſpectos, id ſuppoſuit ex verbis conſtitutionis Pij IV. ibi inſertæ,& à ſe approbatæ,& confirmatæ; & ſic verba vtriuſque conſtitutionis ſunt veluti in vno contextu,& vnica terminatione terminata l. iam hoc iure ff.de vulgari.l. quamuis C.de impuber. Cum ergo in conſtitutione Pij IV.hi deperditi homines ſint declarati de crimine hæreſis ſuſpecti,conſequẽter,& etiam additi à Greg. XV. Addo, quod niſi eſſent de crimine hæreſis ſuſpecti non poſſet aſſignari ratio,cur eſſent denunciandi ad tribunal Sancti Officij,ad quod ſpectat cognoſcere de cauſis fidei, vel habentibus connexionem cum fide.

Nec obſtat dictum Carenæ, quod etiam Inquiſitores Hiſpaniæ habent facultatem procedendi contra ſodomitas, & tamen hi non abiurant, nec de læui.

Quia contra ſodomitas procedunt inquiſitores ex ſpeciali delegatione Gregorij XIII. ſub die 13. Auguſti 1574.nõ vero tãquã cõtra ſuſpectos de hæreſi,& ideo cæteri inquiſitores aliorum regnorum non procedunt contra tales. At in caſu noſtro proceditur cõtra confeſſarios in confeſſionario ſollicitantes tanquam contra ſuſpectos de hæreſi &c. vt Summi Pontifices ſe explicant; Ideo enim volunt vt contra eos procedant inquiſitores.

Poteſt tamen tribunal Sancti Officij recognoſcere confeſſarios ſollicitantes,etiamſi non iudicentur ſuſpecti de hæreſi, & poteſt tales punire;quia cognitio horum ſine reſtrictione eſt conceſſa inquiſitoribus in bullis Summorum Pontificum; vide Dianam part.1. tract.4.reſol.56. & par.4.tract. 5.reſol. 55. verſ. Non deſinam &c. & tract. 7. reſol.7.in fin.

10 Nota quarto, quod ſollicitare immediatè poſt confeſſionem eſt,quando

inter ſollicitationem, & confeſſionem nihil aliud mediat,itaut neque confeſſarius, neque pœnitens ad extraneos actus ſe diuerterint. Ita Ioánes Sãchez diſp.11.num.49. Ita vt ſi confeſſarius, vel pœnitens poſt impenſionem abſolutionis ſe ad extraneum actum diuerterit,non dicitur immediatè poſt ſollicitare. Sic Paulus tom. 1.tract.4.diſp. 9.punct.7. num. 2. Scobar.de confeſſ. ſollic.p.1.q.4.§.1.n.3.

11 Hinc eſt, quod etſi confeſſarius qui ſollicitat in confeſſionario, vel alio in loco pœnitentem ſit denunciandus, tamen non incidit in hanc noſtram excommunicationem reſeruatam, ſi ſe diuertit ad aliam actionem poſtquam impendit abſolutionem, & poſtea ſollicitat; quia tunc non eſt ſollicitare immediatè poſt confeſſionem. Confeſſarius vero qui in ſacramento pœnitentiæ ſollicitat, vel prope,ſeu immediatè ante, vel poſt confeſſionem ſacrilegium committit, & ideo neceſſario eſt in confeſſione explicanda talis conditio peccati, vt videre eſt apud Bonac. de matrim.q.4.punct.16.num.9.qui citat Pegna in direct. inquiſit. p.2.q.55. Henriquez lib.6.cap.22.num.6. ad fin. Prax.Neap.cap.66. vbi refert ſic fuiſſe declaratum à Clemente VIII.

12 Aduertè, quod pœnitens tenetur confeſſarium ſollicitantem denunciare ſub præcepto peccati mortalis; etiã ſi confeſſarius de tali crimine prius nõ fuerit diffamatus;etiam ſi fuerit emendatus; etiamſi verba dubia de ſollicitatione protulerit; etiãſi ſtatim ſe pœniteat;etiamſi fuit ſollicitatus, & conſentit; etiam ſi non abſoluit fœminam ipſam ſollicitatam; etiam ſi ſollicitata conſentiat;etiamſi ſperaretur emenda, ſi cortigeretur; etiam ſi ſollicitauerit in ordine ad alios; etiamſi non in cõfeſſione ſed ante,vel poſt illam immediatè; etiamſi non in confeſſione &c. ſed occaſione, vel prætextu confeſſionis; etiam ipſa confeſſione non ſequuta; etiamſi extra occaſionem confeſſionis, ſed in confeſſionario, vel in loco quocumque vbi confeſſiones ſacramẽtales audiuntur, ſeu electo ad confeſſionem audiendam, ſi ſimulat ibi confeſſionem audire, prout in bulla Gregorij XV. Vide Dianam par.4. tract.5. per totum.

13 Nec ſolum ſollicitati tenentur hos confeſſarios denunciare, ſed etiam ſcientes hos confeſſarios ſollicitantes, etiamſi ſciuerint ſub ſigillo naturali, vel ſub iuramento. Iuramentum enim promiſſorium cedens in damnum iniuſtum tertij non obligat in conſcientia,vt probat Leſſ.de iuſt.lib.2.cap.30. dub.6.num. 47. & cederet in caſu noſtro non ſolum in damnum ſacramenti, ſed etiam alicuius pœnitentis bona fide accedentis ad talem confeſſarium &c. Vide Palaum tom. 1.tract. 4.diſp. 9.punct.10.n. 5. Diana p.1.tract.5.de denunciat. reſolut.24.& par.4.tract.5. reſol.32.

Tenentur tamen non ſolum pœnitentes ſollicitati, & ſcientes ſub pœna peccati mortalis vt dixi, ſed etiam ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda; ſicut hi tenentur denunciare cæteros de hæreſi ſuſpectos. Ita ſtatuit Sacra Congregatio Cardinaliũ die 3.Ianuarij 1623.his verbis.Omnes, & ſingulos hæreticos, ſeu de hæreſi quomodolibet ſuſpectos de quibus notitiam habuerint,debeant nobis,vel reuerendo Commiſſario noſtro quoad habitantes in Vrbe, quo verò ad alios extra Vrbem, vel vbiuis locorum degentes, Inquiſitoribus, vel locorum Ordinarijs,vel eorum Vicarijs generalibus ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant,iudicialiter propalare; cuius excommunicationis maioris abſolutionem S. D. N.Papæ, & nobis reſeruamus &c. Etſi Bonacina de onere, & obligat.denunciandi diſp.6. punct. 2. num. 12. dicat tale præceptum eſſe extinctum poſt illos duodecim dies,à die promulgationis illius præcepti. Ego vero probabiliter oppoſitum ſentio cum commu-

muniſſima ſententia.

14 Excuſantur tamen pœnitentes, vel ſcientes à tali denunciatione, ſi timeatur mors ex tali denunciatione, vel membri abſciſſio, vulnera, vel iactura famæ, vel honoris, amiſſio omnium bonorum, vel partis notabilis ipſorum propriorum, vel conſanguinei, vel affinis vſque ad quartum gradum. Item excuſat clauſura, infirmitas, aut alia cauſa iuſta de quibus vide Dianam p. 4. tract. 5. reſol. 19. accurate per totam.

Non eſt denũciandus ſæcularis fingens ſe eſſe ſacerdotem, nec ſacerdos carens iuriſdictione, ſi ſcilicet pœnitens hoc ſciat, vt dixi in primo notabili. Nec interpres confeſſionis inquit Diana l.c. reſol. 22.

An vero ſit denunciandus Mandans confeſſario, vt in confeſſione ſollicitet pœnitentem? Diana p. 1. tract. 4. de denunciat. reſol. 24. cum alijs cẽſet, quod non ſit denunciandus. Quia hæc eſt lex pœnalis, quæ non debet extendi.

15 At oppoſitum probabile cenſeo cũ Carena de officio Sanctiſſimæ Inquiſ. p. 2. titulo 6. §. 6. per totum. Tum quia mandans ſortitur forum mandatarij, ſecundum omnes DD. & quod difficultatur eſt. An tale forum ſortiatur priuatiue, quoad forum originis, ſeu loci in quo dedit mandatum, vt ſcribit Coleual de foro compet. diſp. 2. q. 7. ſect. 1. num. 732. & hoc merito, nam delictum mandantis, & mandatarij eſt vnum Maſtrillus ad indultum regis noſtri cap. 29. num. 14. Carena l. c. nu. 42. Tum quia videmus teſtes falſos in cauſa Polygamiæ effici de foro inquiſitorum, ne continentia cauſæ diuidatur, vt probat Traſmier de Polygamia lib. 3. q. 16. num. 13. & ſeq. & DD. in l. nulli C. de inditijs. Sic etiam ob eandem rationem dicimus de conſulente Polygamiam, & in mandante, & conſulente maleficia, & alia delicta ad tribunal Sancti Officij pertinentia; vide Dianam p. 4. tract. 7. reſol. 4. Carena l.c. num. 45. Tum quia tale delictum mandantis, maneret impunitum, nam non poſſet puniri ab Inquiſitoribus ex defectu iuriſdictionis; non ab Ordinarijs ex defectu probationis, nam acta in Sancto Officio nunquam tranſmittuntur ad alia tribunalia. Igitur etſi pœna non eſt extendenda, & conſequenter pœna in hac noſtra conſtitutione Gregoriana nec ſe extendit ad tales mandãtes; iuriſdictio tamẽ ex lege pœnali eſt extendenda, cum hæc ſit fauorabilis vt delicta non maneant impunita; tanto magis quia quando alicui conceditur iuriſdictio, intelliguntur conceſſa quæ acceſſoria ſunt huic iuriſdictioni Tuſcus tom. 4. lit. 3. concl. 549. nu. 3. Dec. in cap. vt debitus de appell. num. 72. & 73. DD. omnes in l. omnes populi; vbi præcipuè Ioannes Baptiſta de Sancto Seuerino nu. 204. ff. de iuſt. & iure. At cum delictum mandantis, & mandatarij ſit vnicum, conſequenter punitio ſe debet extendere ad complicem &c. Nec eſt eadem ratio de fœmina ſollicitante, quæ non punitur à Sancto Officio. Quia hoc non eſt ita certum vt benè Trimar. de confeſſ. ſoll. diſp. 9. ſect. 5. Tũ q.a delictũ mulieris ſollicitantis, non eſt vnum, & idem cum delicto confeſſarij ſollicitati, ſicut eſt delictum mandantis, & mandatarij. vide Caren. l.c.

16 Admittuntur tamen ad plenè probandum hoc delictum teſtes ſingulares ad finem condemnandi reum ad pœnam ordinatiam. Tum quia agitur de crimine in quo aliter veritas haberi non poteſt, dum in ſacramento pœnitentiæ nullus interuenit, nec poteſt interuenire ordinarie loquendo; & ideo ne delicta maneant impunita teſtes inhabiles, & ſingulares admitti debent ſecundum Canoniſtas in cap. finali de teſtibus cogendis. Sanctarellus de hæreſ. cap. 44. dub. vnico concl. 3. num. 4. Tum quia contra confeſſarios reuelãtes cõfeſſiones admittuntur teſtes ſingulares, ſecundum Suarez de pœnit. diſp. 33. ſect. 8. num. 3. Henriquez lib. 6. cap. 19. n. 10. ergo etiã in caſu noſtro.

 Dixi

Dixi teſtes ſingulares, non ſingularitate obſtatiua, ex dictis quorum inſurgit repugnantia, & contrarietas, vt accidit in teſtibus Suſannæ. Nec ſingularitate diuerſificatiua, ex qua inducitur diuerſitas rei, & effectus in ſubſtãtia, vt ſi vnus dicat vidiſſe Petrum mutuare decem menſe Auguſti, alius mẽſe Septembris; ſed in caſu noſtro ſufficit teſtis ſingularis ſingularitate cumulatiua, vt cum dictum vnius coadiuuat dictum alterius; ſic vnus teſtis deponit de viſu, alter de auditu, vnus de actu, ſeu de facto, alter de fama. vide Carenam l.c.§.7.à num.50.

17 Admittuntur etiam fœminæ. Tum quia tale delictum aliter probari non poteſt. Tũ quia fœminę admittuntur in criminibus enormibus, vt probat Farinac.de hæreſi q.188.n.76. Delrio diſq. mag.lib. 5.in 2.appendice q.12. & 13.

Et fœminæ criminoſæ; maximè ſi tempore depoſitionis ſint probatæ vitæ, & deponant iuſſu proprij confeſſarij pro exoneratione conſcientiæ: & tunc etiam poſſunt plenè probare. Vide Carenam l.c.§.8.& 9.

Sicut etiam fœminæ conſentientes ad ſollicitationem admittuntur ad teſtificandum, & poſſunt plenè probare; etſi earum conſenſus non eſt in actis ſcribendus, vt per litteras ad Archiep. Mediolan. relatas à Carena l.c.n.57.

A duabus fœminis tale delictum nõ probatur plenè: quia ſi ſollicitans grauatur in probatione delicti per teſtes ſingulares, non debet grauari etiam quod per duas fœminas conuincatur ex l. cum qui ff. de iureiurando. Ita ſentit Sanctarellus de hæreſ. cap. 44. concl: 4. num. 6. Genuenſis in pract. Archiep. Neap. in noua cap.66. in veter.cap.81. Etſi oppoſitum ſentiat Paramo de orig. ſanctæ inquiſ. lib.3.q. 10.num.152. Riccius 2.p.var.reſol. reſol. 440. Bariola in floribus directorij de cõfeſ.ſoll.ver. Poſſunt mulieres &c.

Quot autem debeant eſſe mulieres ad conuincendum confeſſarium ſollicitantem, relinquitur arbitrio Ordinarij ſeu Inquiſitorum ſecundum Sanctarellum l.c. num. 6. Scobar de confeſſ. ſoll.p.3.q.4.§.3.num.10.

Teſtes vero ſufficienter conuincentes talem confeſſarium non debent pati alias exceptiones, præter ſexus, & ſingularitatis. Gregorius enim XV. diſpoſuit ſuper ſingularitate teſtis, & nõ circa aliud. Vide Carenam l.c. §. 11. num.60.

18 Aduertè tamen, quod ad probandũ confeſſarium ſollicitantem vt ſit reus poena ordinaria, & tradendus Curiæ ſæculari, præter teſtes ſingulares debent concurrere præſumptiones, indicia, & alia adminicula. At quo ad alias poenas in bulla contentas ſufficiunt teſtes ſingulares ſine adminiculis; ſicut de iure hæ ſufficiunt ad poenas extraordinarias; vt benè Locato in praxi inquiſit.verb. Teſtis num. 18. Penna in direct.3.p.comm.121.col.9.verſ. Quoties &c. Scobar l.c.n.24.

19 Et quia duæ foeminæ nõ plenè probant, ideo vnica foemina, etſi honeſtiſſima non inditiat ad torturam, nec ad capturam; adſunt litteræ Supremi Tribunalis de Vrbe directæ ad Vicarium Generalem Ianuenſẽ, relatæ à Marcello Vulpe in ſua praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici cap.de ſollicit.num.14. verſ. Quod confeſſarius non poſſit carcerari &c. Oppoſitum ſentit Didacus Cantera in ſuis varijs quæſt. criminalib.p. 4. de quæſt. tangentibus probationes cap.2.de probatione per teſtes q.3.circa fin. verſ. ſecundo intellige ſupradictam regulam &c.& latius q. 1. n. 47. per tot.

20 Iſti Confeſſarij ſollicitantes, etiam conuicti, vel confeſſi ſunt ſemper torquendi circa intentionem, An ſcilicet ſacramentum poenitentiæ concedant eſſe verum ſacramentum; & an licitum ſit abuti ſacramento poenitentiæ pro explenda libidine &c. Vide Genuenſẽ l.c.in noua cap.69.in antiq.cap.84.

Si vero non ſunt conuicti, nec confeſſi de tali crimine ſunt torquendi pro veritate habenda: & ſi in tortura perſi-

ſtunt,

Digitized by Google

ſtunt ; quia in Tribunali Sancti Officij nunquam grauiter torquentur, & conſequenter nunquam inditia ſunt plenè euacuata, ideo poterũt aliqua pœna multari, vt infra dicam. Vide Carenam l.c.n.73.

Si confeſſarius ſit conuictus de verbis importantibus clarè ſollicitationẽ, vel confeſſus ſit protuliſſe verba importantia ſollicitationem, negaret tàmen ſe habuiſſe intentionem ſollicitãdi; tunc non eſt torquendus circa intẽtionem, ſed haberi debet pro conuicto de tali intentione. Quia vnuſquiſque præſumitur habere voluntatem prout verba ſonant. l. Labeo §. idem Tubero ff. de ſupellect. leg. l. Nepos Proculo ff. de verb. ſignit. Bald. in cap. Rodulphus col. 3. de reſcriptis. Nullũ. n. eſt maius teſtimonium mentis noſtræ, quam qualitas inſerta verborum Bald. in l. ad recognoſcendos C. de ingen. manumis. Et voluntas conſiſtit in verbis ſicut facies in ſpeculo Bald. conſil. 101. col. 3. vol. 3. & verba ſunt imagines voluntatis. Vide Mantica de coniect. lib. 3. & 4. per totum. & Maſcard. de probat. cõcl. 1422. num. 24. & 25. Si vero verba ſint dubia de ſollicitatione, quia ſcilicet laudauit fœminæ pulchritudinem &c. huiuſmodi, tunc confeſſarius ſi ſit malæ famæ poteſt torqueri ſuper eius intentionem, & ſi in tortura perſiſtat, debet ſuſpendi ad tempus ab audiendis confeſſionibus mulierum. Si vero ſit bonæ famæ tunc eſt ei credendum ſine tortura, inquit Molfeſius relatus à Carena l.c. verſ. Si confeſſarius &c. vſque in fin. illius §.

21 Aduerte tamen quod non ſolum ſunt denunciandi confeſſarij, qui in actu confeſſionis, vel immediatè ante, vel poſt, vel in confeſſionario, etiam confeſſione nõ ſequuta &c. Sed etiam ſunt denunciandi confeſſarij qui occaſione, vel prætextu confeſſionis ſollicitant; vt in decreto Gregorij XV. Eſt occaſio opportunitas tẽporis caſu proueniens ſecundum Feſtum. At ſecundum Ciceronem 1. offic. Eſt tempus actionis opportunum &c. & 1. de inuent. Eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem. At in caſu noſtro non ſolũ ſumitur modo dicto, ſed etiam pro causa ficta, non vera, nec cum ratione ſufficienti. Ita ex Felino in cap. Solitæ de Maioritate, & obedientia Tuſc. lit. D. concl. 318. num. 2. tom. 2. Barb. dictione 236. n. 6. pag. 287. Menoch. conſil. 235. num. 25. & 26. Vnde ſi confeſſarius ſumat confeſſionem pro tempore opportuno ſollicitandi, ſeu ſumat confeſſionem pro colore, ſeu pro ficta causa ſollicitandi, ſemper eſt denunciandus.

Prætextus vero eſt ſimulatio, ſeu velamẽ, ſeu palliatio falsæ causę, vt in l. 1. C. depoſiti, iuxta gl. verb. commiſſi. l. non eſt ignotum. C. de adminiſtr. tutor. Vnde in caſu noſtro idem eſt prætextu, ac confeſſionem ſumere ſiue veram, ſiue fictam ad velandam ſollicitationem, ſiue locutionem de rebus obſcœnis. Vide Fagundez l.c.n. 71. & 72. Scobar l.c.p.1.q.4.§.1. à n.45.

22 Nota quinto, quod pœnæ infligendæ his perditis hominibus, ſeu Sacerdotibus ſunt menſurandæ à qualitate, & circumſtantijs criminum, quæ ſunt annexa ſollicitationi, vt patet ex verbis Gregorij XV. dum dicit, In eos pro criminis qualitate, & circumſtantijs, ſuſpenſionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatũ, officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa: Nec non vocis actiuæ, & paſſiuæ ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſq; vlla ſpe gratiæ &c. Eos quoque ſi pro delicti enormitate, grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione curiæ ſæculari puniendos tradant &c.

23 Hinc deducitur. Quod ſi caſus ſollicitationis ſit grauis, vt ſi pluries ſollicitauit, & ſollicitationis effectus ſit cõſecutus, talis confeſſarius eſt priuandus perpetuo ab audiendis confeſſionibus,

nibus, & prædicatione verbi Dei, & alijs pœnis afficiẽdus, vt infra. Ita Caſtrus Palaus to. 1.tract.4.diſp.9. punct. 11.nu.2.

Si vero confeſſarius per multos annos ſollicitauit eſt priuandus munere audiendi confeſſiones,& detrudendus in carcere ſaltem per decennium. Et ſi regularis ſit non carceratur in cõuentu,in quo confeſſiones,& ſollicitationes exercebat;imò ante carcerationem fuſtibus ab omnibus religioſis ſui conuentus per coronam eſt caſtigandus, præſente Notario Sanctæ Inquiſitionis,& etiam debent addi aliqua ieiunia, & abſtinentia à ſumptione Euchariſtiæ certis temporibus. Ita Freyta in addit.ad Acuñam q.24.n.50.

Si vero caſus non ſit ita grauis priuetur ab audiendis confeſſionibus virorum per aliquot annos, & ab audiẽdis confeſſionibus mulierum in perpetuum, & vno anno,vel duobus annis in aliquod monaſterium detrudatur.Quod ſi religioſus ſit,præcipitur in choro, vel refectorio,alijſque locis cõmunibus vt vltimum locum teneat, priuatus interim voce actiua, & paſſiua;& aliquoties hæc ſententia iterum per ſecretarium in ſuo conuentu præſentibus omnibus religioſis legatur. Vide Caſtrum Palaum l.c.

24 At quia Gregorius XV. habet illa verba, Et alijs adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & curiæ ſæculari, vt præfertur reum tradendum eſſe, pronunciandi &c. Ideo pœnam hanc dicimus eſſe omnino arbitrariam. Quod arbitrium eſt regulandum à circumſtantia temporis, vt ſi in ipſo actu confeſſionis quis ſollicitet, grauius eſt iudicandus, quam ſi ante, vel poſt immediatè ſollicitet. A circumſtantia confeſſionis, vt ſi ſollicitet in confeſſione ſimulata, & non vera, vel ſi prætextu ſimulatæ confeſſionis, & in confeſſionario tantum, mitius eſt iudicanda hæc ſollicitatio,quam ſi prætextu, vel occaſione veræ confeſſionis. A circumſtantia ſollicitationis, nempè ſi verbis mitius eſt iudicandus, ſicut ſi ſcripto vel ſignis, quam ſi tactis obſcœnis quis ſollicitet,ſi cætera ſint paria; nam poteſt eſſe aliqd obſcœnius tactu &c. A circũſtãtia perſonæ ſollicitatæ, vt ſi corruptã, vel ſolutam quis ſollicitet ad ſimplicẽ fornicationem, mitius eſt iudicandus, quam qui coniugatam,vel virginem, vel viduam honeſte viuentem, aut affinem,vel conſanguineam, aut monialem,vel ſi puerum &c. A circumſtantia finis, vt ſi explendi cauſa libidinem mitius eſt iudicandus, quam qui ad ſacramentum contemnendum &c. ſollicitet. A circumſtãntia etiam delicti commiſſi in ſollicitatione,vt ſi monialem inducat ad exeundum à clauſura ad finem luxuriandi, vel ſi vxoratam ad occidendum proprium virum, vt liberius luxurientur, vel ſi fœminã; vel puerum ſollicitatum occidat &c. A circumſtantia confeſſarij ſollicitantis,vt ſi ſit bonæ famæ, ſi ex fragilitate tantum,vel ex habitu,vt ſi frequenter, vel ſemel tantum,ſi parrochus,vel delegatus &c. A circumſtantia fœminæ ſollicitatæ vt ſi bonæ, vel malæ famæ &c. Ex his enim, & ſimilibus circumſtantijs eſt metienda pœna his confeſſarijs ſollicitantibus infligenda. Vide Scobar de confeſſ. ſollicit. p. 3. q.4. à §. 1.

25 Aduerte tamen quod ſi quæ delicti ſpecies inſpiciatur in ſollicitatione,vt adulterij ſtupri &c.eſt pœna debita illi delicto infligenda, præter pœnam determinatam ſuſpectis de hæreſi; cum non ſit nouum quod pluribus delictis prouenientibus ex vno, & eodem facto plures pœnæ iuxta qualitatem delictorum infligantur l.nunquam plura ff.de priuat.delict.Couar.var.lib. 2.cap.10.num.8.verſ. ſecundo &c.

Quod intellige ſi delictum diuerſũ ſit ſufficienter probatum. At non dicitur delictum ſufficiẽter probatum per vnicam depoſitionem,vt diximus ſupra: non enim eſt puniendus pœna adulterij ex eo, quia coniugata depo-

ſuit

fuit talem confeſſarium ipſam ſollicitaſſe,& ſic de cæteris; ſed requiruntur alia adminicula, quibus adulterium dici poteſt plenè probatum, & ſic de cęteris.

26 Ideo dicimus, quod pœna priuationis ab audiendis confeſſionibus ſemper eſt infligenda confeſſarijs ſollicitātibus, ad tempus, vel in perpetuum; ſunt enim puniendi in officio, ſeu priuatione officij in quo deliquerunt l. ſi aliquid C. de ſuſceptoribus cap. ex tenore de ſent. excomm. iuxta grauitatē, vel læuitatem ſollicitationis, vt ſupra dixi.

27 Pro ſollicitatione cum ſimplici fornicatione eſt deponendus, ſecundum aliquos per tex. in can. 1. §. quilibet itaque can. ſi quis Epiſcopus 81. diſt. & cap. multis de ætat. & qualit. Etſi oppoſitum ſentiat Farin. 4. tom. q. 187. nu. 17. Vnde Scobar l. c. num. 7. in fin. ſubdit, Nunquam tamen vidi pœnam depoſitionis imponi pro ſimplici fornicatione; etiamſi ſit in ſacramento pœnitentiæ, niſi concurrerint graues circūſtantiæ, quibus conueniat dicta depoſitionis poena &c. Hæc Scobar ibi. Mihi tamen placet opinio Menochij de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 289. nu. 10. Vel clericus eſt publicus fornicator,& poteſt etiam deponi arbitrio iudicis, ita Nauar. in can. conſideret nu. 121. de poenit. diſt. 5. Vel non eſt publicus, vel ſcandaloſus,& tunc non eſt ſuſpendendus ab officijs &c. Vide Menochium.

28 Poena igitur depoſitionis, & priuationis differunt; nam priuatus arcetur ab omnibus fructibus beneficij, non vero ab exercitio ſpiritualium; Depoſitus vero arcetur à beneficio, & eius fructibus, & ab exercitio ſacrorū cap. 2. in princ. de poenis in 6. vide Scobar l. c. §. 5. num. 2. & cum ſit poena grauiſſima l. qui cum viro §. exauctoratus ff. de re milit. l. iudices C. de dignitatibus, etſi per ſe infamiam non inducat l. aut damnum ff. de poenis præcipuè in rubrica num. 4. Eſt infligenda confeſſario inceſtuoſo, vt ſi ſollicitet filias ſpirituales, vt in can. omnes, can. ſi quis & can. non debet 30. qu. 1. Decianus tract. crimin. lib. 6. cap. 21. num. 42. & cap. 23. num. 8. Quod verum eſt etiam de filia ſpirituali Parrochiæ Eccleſiæ Diaz in pract. crim. canon. cap. 82. Menochius de arbitr. iud. lib. 2. cent. 6. caſu 502. num. 29. Inceſtuoſi enim ſpoliantur omni dignitate de iure ciuili. Authent. Inceſtas C. de inceſt. nupt. ibi Cinguli ſpoliatio. Menoch. l. c. num. 51. & ſeq. Quæ poena extenditur etiam ad inceſtus de iure Pontificio introductos. vide Menoch. l. c. num. 66. Decian. in conſil. 58. num. 10. lib. 3. Farin. 4. to. crim. q. 138. à num. 27. & quæſt. 149. à num. 53.

Vel ſi confeſſarius rem habet cum ſua affine, vel conſanguinea Farin. tom. 4. q. 149. num. 34. Quod verum eſt etiā ſi effectus non ſit ſecutus, ſed tantum intentatus Farinac. l. c. num. 35. Scobar l. c. nu. 5.

Vel ſi confeſſarius ſollicitans adulterium committit cum ſollicitata can. ſi quis clericus. can. Romanus 81. diſt. gl. 1. in cap. vt clericorum de vita, & honeſt. clericorum Decian. lib. 6. crimin. cap. 23. num. 14. Farin. l. c. q. 141. n. 29. Et hoc maximè ſi ex confeſſione proprij Rei probatur adulterium, ſecus vero ſi per coniecturas, inquit Farinac. l. c. num. 31. & 32. Menoch. de arbitr. iud. caſu 419. n. 6.

Vel ſi confeſſarius ſollicitet monialem,& cum ipſa rem habeat can. ſi qua monacharum 27. q. 1. Menoch. l. c. caſu 360. num. 57. & caſu 398. num. 24. Farinac. l. c. q. 146. nu. 26. Bonac. de matr. punct. vlt. n. 2.

Vel ſi ſacrilegium committat, vt habendo rem cum ſollicitata, quæ votum caſtitatis habeat, vel in Eccleſia cum quacumque muliere. Vide Scobar l. c. n. 6. 8. & 12.

Imò Souſa tract. 2. de confeſſ. ſollic. cap. 15. num. 3. 10. & 11. dicit, quod confeſſarius ſollicitans ſemper eſt deponendus, ſiue ad actum perueniat, ſiue

ue non,quia hæc eſt propria poena ſacrilegij.

Vnde in omni crimine graui poteſt imponi pœna depoſitionis, quod relinquitur arbitrio iudicum Couar. 2. variarum cap.20.n.7. Quod arbitrium eſt regulandum per nouiores canones, non vero per antiquiores vt can. fraternitatis 34. diſt. & animaduertit Abbas in cap.At ſi clerici num. 34. de iudicijs.

29 Pœna vero ſuſpenſionis, ſeu priuationis beneficiorum, cũ ſit mitior,frequenter imponitur confeſſarijs ſollicitantibus; talis tamen ordo ſeruandus eſt,vt prima vice admoneatur,& arbitrarie puniatur. Si poſtea reincidat ſecunda vice ad ſollicitandum, priuatur perceptione fructuum ſuorum beneficiorum ſpatio trium menſium. Si tertio reincidat priuatur omnibus beneficijs,officijs,portionibus, & pentionibus; ſicut loquitur Trid.ſeſſ.25. de reform.cap. 14. de clerico concubinato. Vide Decianum lib.6.crimin. cap. 21. Menoch. de arbitr. iud.caſu 289.à nu. 1.& caſu 418.à num.1. Farinac.q.138. à n.36. Poteſt tamen ſollicitatio prima vice ita enormis eſſe, vt ſtatim ſuſpendatur à beneficijs &c.Vide Scobar l.c. num.15.

30 Pœna ad triremes eſt arbitraria, & poteſt imponi ab Inquiſitore, vt patet ex verbis bullæ Gregorij XV.Non debet tamen imponi niſi in cauſis grauiſſimis vt optimè Farinac.1.tom.q. 18. à num.83. Quæ cauſa grauiſſima eſſet in caſu noſtro,ſi confeſſarius diffamatus, & pluries monitus de crimine ſollicitationis,ſæpè dilaberet in hoc crimen. Aut ſi iniuriã horrendam ſacramento pœnitentiæ ob criminis immanitatem inferret; vt ſi ſollicitet in ſacramento pœnitentiæ duas germanas, & de facto defloret;vel ſi ſollicitet matrem, & filiam ſimul, & cum ipſis rem habeat; aut ſi in ipſo actu confeſſionis ſollicitet, & in eodem confeſſionario ſtatim filiam ſpiritualem defloret,ſiue ſtupret. Vide Scobar l.c.§.3.n.4.

31 Pœna vero degradationis actualis ad finem tradendi reum curiæ ſæculari poteſt imponi confeſſario ſollicitanti,vt patet ex Gregor.XV. illis verbis. Teſtibus etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe,arbitrio ſuo iudicandi,& curiæ ſeculari, vt præfertur reum tradendum eſſe pronunciandi.

Primo ſi hæreticus inueniatur talis cõfeſſarius ſollicitãs. Vel ſi in cõfeſſione delictũ commiſit, cui in iure pœna degradationis imponitur; vt ſi commiſit ſodomiam conſummatam, cum vitio ſodomiæ pœna degradationis,& traditionis ſit impoſita à Pio V.in bullario bulla 7.in ordine.vide Farinac.4. tom. de delictis carnis q. 148.à n.25. Couar.in clement. Si furioſus 2.par.in initio circa finẽ. Vel ſi occidat cõfeſſarius fœminam ſollicitatam in actu cõfeſſionis, quia noluit ſuæ libidini conſentire. Vnde in tali pœna infligenda non tam debemus inſpicere qualitatẽ ſuſpicionis in fide ex ſollicitatione ortam, quam enormitatẽ delicti in ipſamet ſollicitatione commiſſam,vt benè Acuña de confeſſ.ſoll.q.24. à num.25. Sic etiã,ſi confeſſarius ter monitus, & alijs pœnis punitus ẽt relabatur in hoc idem vitium, poteſt degradari ex tex. in l.non omnes §. qui deſertori ff. de re milit.l.vnica C.de ſuperexactoribus vbi DD.communiter.Maſcard de probat.concl. 838. à num.2. Couar.2. variarum cap.9.num. 7. frequentia enim delinquendi per tres vices inducitur gl.in can.Ita nos 25.q.2. Maſcard. l. c. num.11. & 12. Et per tres vices etiam conſuetudo delinquendi dicitur inducta l.ſeruos C. ad l. Iuliam de ui publ. can. omnes decimæ 16. q. vlt. Et frequentãti delictum cui eſt annexa pœna pecuniaria, poteſt imponi etiam pœna ordinaria vt in d. l. non omnes §.qui deſertori, & tenent DD. cit. At prout nunc proceditur in Sancto officio, moraliter eſt impoſſibile, quod correptus tertio labatur confeſſarius

ſolli-

ſollicitans; nam in prima, vel ad ſummum in ſecunda ſollicitatione, priuatur munere audiendi confeſſiones, & ſic non poteſt tertio punitus ſollicitare. Vide Scobar l.c.§.4.per totum.

SVMMARIVM.

Pœnitens non tenetur denunciare confeſſarium ipſam in confeſſionario oſculantē, ſi dum ſe paratam ad peccandum præbuit, peccare renuit cum proteſtatione, quod id egerit ob leuitatem animi, vel ob alium honeſtum finem.n.1.

Tactus, & oſcula nullam in ſe malitiam dicunt, nec conſtituunt peccatum in propria ſpecie; ſed ſumunt ſuam rationem ſpecificam ab actu, cui circumſtant; vnde ſi circumſtant delectationi prouenienti à concubitu licito, nullum dicūt in ſe peccatum; ſi circumſtant delectationi prouenienti à concubitu illicito, eandem malitiam dicūt, quam dicit concubitus.n.2.& 3.

Tactus, oſcula, &c. libidinoſa, quia ordinantur à natura ad concubitum, quamuis ab operante non appetantur vt ordinata ad illum, adhuc ſuam rationem ſpecificam ab illo deſumunt.n.eod.

Non referre actum ad proprium finem, propriam ſpeciem ab illo non aufert. num. eod.

Tactus, oſcula &c. duplicem dicunt delectationem, Libidinoſam vnam, quæ in ipſa carne ſentitur cum commotione ſpirituum generationi deſeruientium; Senſibilem alteram, quæ conſurgit ex ipſis, non quatenus libidinoſis, ſed quatenus ſunt obiecta proportionata organo tactus. Si primo modo appetantur, ſemper dicunt peccatum mortale; ſi ſecundo nullam mortalem culpam in ſe dicunt.n.3.

Tactus, oſcula, &c. libidinoſa ſunt adeo turpia, vt ea tantum ſufficiant, vt legatum relictum vxori cum conditione vt caſtè viuat, deperdatur.n.eod.

Interdicta re aliqua, cenſentur interdicta omnia, per quæ ad ipſam deuenitur. num. eodem.

Obiectum non efficitur malum ex delectatione, ſe delectatio ſit mala, quia verſatur circa obiectum malum.num.eod.

Tactus, oſcula &c. ioco, vel cauſa leuitatis habita abſque delectatione venerea, & ſi inde conſurgat, reprimatur, vel non intendatur, non excedunt culpam venialem: dummodo non ſit tactus partium verendarum, vel partium vicinarum verendis inter perſonas diſtincti ſexus; qui neque, ſecundum Caietanum, inter ſponſos ſunt liciti.n.4.

Tactus iſti ſi fiant ſupra veſtes nulla intenta delectatione conſurgente ex tactu immediato, ſed tantum leui ex tactu mediato, ſecundum Sanchez, non conſtituunt peccatum mortale.n.eod.

Tactus leuiores, vt tangere manus fœminæ, vel illius digitos intorquere &c. habiti etiam ad delectationem veneream inde captandam, quamuis, ſecundum Sanchez, non ſint materia peccati mortalis; tamen ab omnibus falſum exiſtimatur, cum dicāt in ſe delectationem, licet paruam, ordinatam ad copulam cum commotione ſpirituum generationi deſeruientium, quæ commotio ſufficit ad conſtituendam peccatum mortale. Ex quo in delectatione venerea paruitas materiæ dari non poteſt. num.5.

Non omnes Pœnitentiæ ſacramento abutentes ſunt denunciandi, ſed tantum confeſſarÿ ſollicitantes, vel turpia, & inhoneſta verba tractantes.n.6.

Nec pænitens confeſſarium ſollicitans, nec Interpres ſiue ſacerdos, ſiue non ſacerdos, nec tertius per confeſſarium pænitentem ſollicitantes ſunt denunciandi; quamuis probabilius tertius iſte denunciandus eſſet.n.eod.

Confeſſarius ſollicitans pænitentes ad alia peccata non inhoneſta, quamuis pænitentiæ ſacramento abutatur, non eſt denunciandus.n.eod.

Animus præcedentis actionis declaratur ex poſt factis.n.7.

Peccata de ſe venialia tam in materia caſtitatis, quam in alÿs nullo iure redduntur mortalia, ſi fiant in ſacramento Pœnitentiæ.n.8.

Confeſſarius pænitentem oſculans abſque animo prouocandi illam ad malum, non dicitur

dicitur illam ſollicitare; maximè ſi talis prouocatio non fuit ab ipſo præuiſa.n.9.

Oſculũ nõ libidinoſũ in ordine ad cõfeſſariũ, quãuis libidinoſũ in ordine ad pænitẽtem nõ facit, vt cõfeſſarius ſit denũciãdus.n.10.

Res in ſe indifferens prohibita in ordine ad religionem ob reuerentiam ſacris debitã, poteſt de indifferenti fieri mortalis; at res mala in ſe, prohibita in ordine ad religionem ob eandem reuerẽtiam ſacris debitã, prohibetur eo modo, quo in ſe eſt mala; vnde ſi in ſe eſt peccatum veniale, eſt etiam in ordine ad religionem peccatum veniale; ſi in ſe eſt peccatũ mortale, eſt etiam in ordine ad religionẽ peccatũ mortale.n.11.

RESOLVTIO LVI.

Quidam Confeſſarius in confeſſionario oſculatus eſt pœnitentem, & hæc ſe præbuit paratam ad peccandum; at confeſſarius renuit, & proteſtatus eſt ſe id egiſſe ob læuitatem animi, vel ob alium finem honeſtum. An talis fœmina teneatur denunciare talem confeſſarium?

1 RESpondeo talem fœminam non teneri denunciare talem confeſſarium. Ita ſentit Ferdinandus à Caſtro Palao tom. 1. tract. 4. diſp. 9. punct. 3. num. 2. & 3. Souſa in aphoriſ. inquiſ. lib. 1. cap. 33. num. 4. & de confeſſ. ſoll. tract. 1. cap. 1. num. 7. Portellius verb. Sollicitare fœminas in addit. nu. 4. Pro probatione.

2 Suppono primo, oſcula, & tactus nullam habere malitiam in ſe D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 4. Sunt enim de natura ſua circumſtantiæ actus, & ſic habent eundem finem, quem habet actus cui circumſtant, & ideo non habent diuerſam rationem ſpecificam ab actu, cuius ſũt circumſtantiæ, cum non habeãt diuerſum obiectum. Vnde non conſtituunt peccatum in propria ſpecie, ſed ſumũt rationem ſpecificam ab actu peccaminoſo, cui circũſtant; & ideo oſcula, tactus, amplexus &c. venerea quatenus delectabilia, ſpectant ad eandem ſpeciem delectationis, ad quam ſpectat delectatio conſequens coitum; quem coitum ſi tunc oſcula &c. adeſſent, circumſtarent, ſeu eſſent ipſius circumſtantiæ. Vnde ad delectationem concubitus matrimonij ſpectant, & nullum dicunt peccatum; ſpectant ad ſimplicẽ fornicationem, ſpectant ad inceſtum, & ſic de alijs. Oſcula .n. &c. libidinoſa, quatenus delectabilia ſecundum tactũ ſunt circumſtantiæ coitus, & à natura per ſe, & directè ordinata ad concubitum, vt videmus in cęteris animalibus, quæ per oſcula ſe excitant ad coitum. Et ideo, etſi ab operante non ordinentur ad concubitum, vel ad delectationem ex concubitu, adhuc ſuam rationem ſpecificam recipiunt ab ipſo coitu, ſeu concubitu; quia, etſi ex intentione operantis, abſtrahantur ab ordine ad concubitum, & illius delectatione: tamen non conſentitur eis, quatenus ſunt ordinata, quia quatenus delectabilia à natura ſunt ordinata ad concubitum, vel ad delectationem ex concubitu; vnde licet non conſentiatur in ipſum ordinem ad concubitum, conſentitur tamen ad ordinatum ad concubitum; & ideo ſemper à concubitu ſpecificantur. Quia non referre hos actus ad ſuum, quatenus in ſe eſt, finem, non aufert ab illis propriam ſpeciem, quia propriam ſpeciem habent ex hoc quod ſecundum ſe ordinantur ad talẽ finem, & non quod ab operante ordinantur ad talem finem. Sicut de ſeminatione humana dicimus quod non ex fine operantis, ſed ex fine operis ſpecificatur, vt optimè Caietanus in loco D.Th. ſuperius cit.

3 Et quia delectatio conſurgens ex oſculis &c. poteſt eſſe duplex. Vna libidinoſa, ſeu venerea, quæ transfunditur, & ſentitur in ipſa carne cum cõmotione ſpirituum ſubſeruientium generationi circa partes libidinoſas: Altera

Altera vero delectatio eſt, quæ conſurgit ex oſculis, tactibus &c. non quatenus libidinoſis, ſed quatenus ſunt obiecta proportionata, & connaturalia organo tactus; tactus enim rei blandæ delectat organo tactus, ſicut viſus rei pulchræ delectat organo viſus, & auditus cantus modulati delectat organo auditus, & ſic de cæteris ſenſibus. Ideo oſcula, amplexus, tactus &c. poſſunt appeti, vel ſecundum delectationem veneream; vel ſecundum delectationem ſenſibilem, ideſt ſenſui tactus proportionatam. Si appetantur ſecundum quod dicunt delectationem veneream, etiam ſi ab appetente præſcindantur à coitu, & prout præciſa appetantur, ſemper dicunt culpam lethalem; quia conſentitur ad opus ordinatum ad copulam ſecundum ſuam intrinſecam rationem; & ſi operans vult illa à tali ordine præſcindere, tendit ad impoſſibile, cum hic ordo habeatur à natura, vt dixi cum Caiet. l.c. Tum quia oſcula &c. libidinoſa de natura ſua copulæ proximè deſeruiunt, & excitant notabiliter commotionem ſpirituum deſeruientium generationi, & ſic hæc delectatio, eſt inchoatio copulæ. Tum quia oſcula &c. libidinoſa adeo turpia reputantur, vt ea ſufficiãt, vt legatum relictum vxori caſte viuẽti deperdatur ſecundum aliquos; & etiam ex eis probatur adulterium, ſecundum Maſcard. de probat. concl. 64. à num. 1. vſque ad 5. Tum quia quando res aliqua eſt interdicta, cenſentur interdicta omnia per quæ ad eam deuenirur l. oratio ff. de ſponſalibus, ſed coitus eſt interdictus in 6. decalogi præcepto: ergo etiam erunt interdicta oſcula &c. per quæ ad copulam deuenitur. Nec obſtat dicere quod oſcula &c. ſint indifferentia, & malitia operis indifferentis proueniat ab operante, ſecundum omnes. Quia oſcula vt ſic, abſolutè accepta, ſunt indifferentia; at hæc prout libidinoſa indifferentia non ſunt, ſed inuoluunt eſſentialiter malitiã modo quo ſupra diximus; oſcula .n. &c. prout libidinoſa delectantia dicũt effectum intrinſecè malum, qui eſt delectatio ordinata à natura ad copulã. Nec obſtat ſecundo dicere, quod oſcula &c. non participant malitiam copulæ, quæ eſt damnum prolis, cum tale damnum non inueniatur in oſculis &c. Quia ſatis eſt, quod hæc oſcula ſint media ad finem, vt participẽt malitiam finis. Nec obſtat tertio dicere, quod hæc delectatio comparata delectationi proueniẽti ex copula eſt multo minor, etſi eiuſdem ſpeciei, & conſequenter non mortalis ob paruitatẽ materiæ. Quia etſi minor, tamen parua non eſt, cum habeat totam, & adæquatam malitiam delectationis conſurgẽtis ex coitu; valde enim corpus immutat, ac ſpiritus generationi ſubſeruientes commouet. Sic etiam dicendum eſt de oĩbus actibus venereis ob veneream delectationem factis, vel cum perſonis eiuſdem ſexus, & ſpectant ad ſodomiam; vel cum ſeipſo, & ſpectant ad mollitiem; ſi vero ad perſonã diuerſi ſexus, ſpectabunt ad eam ſpeciem in qua obiectum reperitur, vt ſi obiectum ſit virgo, ad ſtuprum; ſi vxorata, ad adulterium &c. vide Sanchez l.c. à n. 12.

Si vero oſcula, tactus &c. appetãtur ſecundum quod dicunt delectationem ſenſui tactus proportionatam, tunc nullam dicunt culpam mortalem. Tum quia delectatio naturaliter conſequitur actum, & habet eandem malitiam, ac actus ipſe; ſed ſubſtantia oſculorũ, & tactuum vt ſic ex ſe non eſt peccatum, vt dixi; conſequenter delectatio conſequens nec peccaminoſa erit. Nõ enim delectatio habet vnde malitiam ſumat; non ab obiecto, quia quando libidinoſa non eſt, non ordinatur ad copulam; nec ab operante, ſicut ſupponimus. Tum quia ex Ariſtotele 10. ethic. obiectum non efficitur malum propter delectationem, ſed ideo delectatio eſt mala, quia verſatur circa malum obiectũ: ergo quia tactus, & oſcula nõ libidinoſa mala non ſunt, ideo delectatio

inde conſurgens neque mala erit, nec ſaltem lethaliter peccaminoſa: Tum quia delectatio conſurgens ex comextione delicati cibi mala de mortali non eſt, nec delectatio conſurgens ex melodia vocum, ſeu ex modulata muſica, nec delectatio conſurgens ex obiecto pulchro viſu, & ſic de alijs delectationibus conſurgentibus ab obiecto proportionato organo ſenſus: ergo ſic erit etiam dicendum de delectatione conſurgente ex tactu, oſculo, amplexu, &c. quatenus hæc ſunt obiecta proportionata organo tactus. Ita ſentit Sāchez lib.9.de matr.diſp.46. nu.5. in fin.& n.19.in fin.

4 Hinc à fortiori infertur, quod oſcula, tactus &c. ſolum ioco, vel cauſa vanitatis, vel læuitatis, vel aliā ſimili, vel etiam ob cauſam honeſtam, abſque delectatione venerea, & ſi inde cōſurgat reprimatur, vel omnino non intendatur, non excedūt culpam venialem. Ita Caiet. in ſumm. verb. Impudicitia. Sanchez de matrim. l.c. num. 10. Hoc tamen intellige dummodo tactus &c. non ſint in partes impudicas &c. vt tactus partium vicinarum verendis, vel ipſarum verendarum inter perſonas diſtincti ſexus. Quia hi tactus de natura rei ad delectationem venereā tendunt, & hanc valde excitāt, & maximam indecentiam præſeferunt. Et iſti tactus impudici neque inter ſponſos ſunt liciti, ſecundum Caiet. in ſum. verb. ſponſalia, & 2. 2. q. 154. art. 4. poſt primum dubium §. in reſponſione ad ſecundum. Nauar. in ſumm. cap. 16. num. 13. & cap. 14. num. 18. etſi Caiet. non ita clare loquatur. Sed à Sanchez lib.9.diſp.46.n.11.in fine dicitur, quod ſi tactus hi ſupra veſtes habeantur non intenta delectatione conſurgente ex tactu immediato, ſed intenta læui tantum ex tactu mediato, non ſūt mortale. Quia hæc delectatio ex ſuo genere non eſt tanta, nec tam propinqua copulæ, vt reputanda ſit materia grauis. Hæc Sanchez ibi.

5 Tactus vero læuiores, vt tāgere manus fœminæ, vel vellicare ipſam; vel digitum intorquere, vel pedem premere, vel brachium reſtringere &c. habiti etiam ad captandā delectationem venereām inde ſurgentem, non eſſe materiam peccati mortalis putat Sanchez l.c.num.16. ob læuitatem materiæ. At oppoſitum ſentio, cum talis delectatio ſit etiam ordinata à natura ad coitum; & conſequenter, etſi delectatio parua, tamen continet totam malitiam, quæ ſecundum eundem Sanchez eſt cohordinatio à natura ad coitum, & conſequenter mortale; & talis delectatio etſi parua, tamen ſpiritus ad coitum deſeruientes commouet, cum delectatio cū tali cōmotione ſit venerea. Vnde quāuis mihi placeat, ꝙ oſcula, & tactus non libidinoſi ſint ad ſummum peccata venialia, tamen omnino diſplicet opinio dicētiū in oſculis, & tactibus libidinoſis dari paruitatem materiæ; hoc enim fateor, me non intelligere, quomodo materia cum adæquata malitia peccati mortalis, poſſit dici venialis; commotio enim ſpirituum deſeruientium ad generationem conſtituit peccatum morle, & non quantitas ſpirituum; & etiam ordinatio delectationis ad generationem, & non ordinatio quantitatis delectationis. Si enim quantitas ſpirituū conſtitueret peccatum mortale; quanta quantitas horum ſpirituum eſſet neceſſaria ad peccatum conſtituendum? quis enim vidit hanc determinationē à natura ſtabilitam? Tanto magis quia videmus non nullos cum parua commotione ſpirituum ad pollutionem tranſcurrere, & è conuerſo alios cum maxima delectatione non pollui. Dicendum igitur eſt, quod delectatio cōmotionis ſpirituum deſeruientium ad generationem conſtituit pecccatum mortale, & non quantitas commotionis. Et ideo omnino negamus paruitatem materiæ in delectatione venerea. Ita ſentit Merolla 1.par. diſp.2.cap.4.à num.122. Diana Auctor modeſtiſſimus 3.p.tract.5.reſol.1. Qui citat Tauner. in p.2.diſp.4.q.8.dub.6.nu.109. Caſtrum

Pa-

Palaum tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 10.
§. 2. num. 4. Baſilium Pontium de matr.
lib. 10. cap. 16. §. 2. nu. 8. Leſſ. lib. 4. cap.
3. dub. 15. num. 109. Rebellium p. 2. lib.
3. quæſt. 19. ſect. 3. & decreuit Claudius
Aquauiua, quod Theologi omnes So-
cietatis Ieſu hanc opinionem debeant
docere, & ideo Thomas Sanchez ſe
retractauit in ſumm. tom. 2. lib. 5. cap.
16. num. 12.

6 Suppono ſecundo, non omnes abu-
tentes ſacramento pœnitentiæ denun-
ciandos eſſe; ſed confeſſarios tan-
tum ſollicitantes, vel illicita, & inhone-
ſta verba tractantes &c. & ideo ſi quis
pœnitentiæ ſacramento abutatur, &
confeſſarius non ſit, non eſt denun-
ciandus. Sic mulier ſollicitans con-
feſſarium dum confitetur, non eſt de-
nuncianda. Nec interpres confeſſio-
nis, etiam ſi ſit ſacerdos, tunc enim
non vt ſacerdos ſollicitat, cum tunc
ſe teneat ex parte pœnitentis. Nec
tertius qui mulierem, vel alium ſollici-
tat per confeſſarium in confeſſione;
quia leges latæ contra efficientes, non
ligant mandantes, etſi confeſſarius tã-
quam leno ſit denunciandus. Vide Dia-
nam 1. p. tract. de denunc. reſol. 22. &
23. etſi oppoſitum ſit probabilius, vt di-
xi cum Carena. Neque eſt denuncian-
dus confeſſarius pœnitentem ſollici-
tans ad alia peccata mortalia non in-
honeſta, vt ad furtum, ad homicidium
etſi hoc faciat cũ abuſu ſacramẽti pœ-
nitentiæ; quia bullæ loquuntur de con-
feſſarijs ſollicitantibus ad turpia &c.
vide eundem Dianam l. c. reſol. 26. &
p. 4. tract. 5. reſol. 17. Bonac. in tract.
vari. diſp. 6. punct. 3. num. 7. Freytam de
confeſſ. ſollic. cap. 17. num. 21. & q. 8. n.
18. Souſam de confeſſ. ſoll. tract. 1. cap.
13. à num. 4. Homobonum in conſult.
caſ. conſc. vol. 2. p. 5. reſp. 130. His po-
ſitis.

7 Probatur reſponſio. Nam talis con-
feſſarius peccauit tantum venialiter ad
ſummum, vel nullum commiſit pecca-
tum in foro conſcientiæ; cum hoc fieri
poſſit quandoque ſine culpa, vt in pri-
mo ſuppoſito; nec peccatum mortale
commiſit in foro fori, quia animus præ-
cedentis actionis declaratur ex poſt fa-
ctis l. item ſi filius 7. §. alias l. ſed Iulia-
nus §. proinde ff. ad S. C. Macedon. l.
fin. ff. de caſtrenſi peculio l. ſi qui
adulterij C. ad l. iuliam de adulterijs.
Maſcard. de probat. concl. 95. num. 7.
Menoch. lib. 1. de præſumpt. q. 19. num.
10. & lib. 3. præſumpt. 1. nu. 32. & præ-
ſumpt. 30. num. 54. ſed confeſſarius in
caſu noſtro nullum habuit animum
ſollicitandi pœnitentem, vt ſe decla-
rauit, dum pœnitens ſe paratam præ-
buit ad peccandum, & ipse renuit: er-
go nullo modo eſt denunciandus.

Nec dicas, quod etſi talis confeſſa-
rius non eſt denunciandus vti ſollici-
tator, eſt tamen denunciandus vti pro-
uocator; nam in bulla Greg. XV. adsũt
illa verba, ſimulantes ibidem confeſ-
ſiones audire, ſollicitare, vel prouoca-
re tentauerint.

Quia prouocatio hæc fuit præter in-
tentionem confeſſarij, vt ſupponimus,
& ex ſubſequentibus clarè colligitur;
& conſequenter non fuit peccamino-
ſa confeſſario, ſi non fuit præuiſa; ſi nõ
peccaminoſa: ergo non debet puniri
ſaltem in foro conſcientiæ.

Dices primo, quod oſcula non libi-
dinoſa, etſi extra ſacramentum pœni-
tentiæ mortalia non ſint; tamen in ſa-
cramento pœnitentiæ ratione reuerẽ-
tiæ ſunt mortalia, non contra tempe-
rantiam, ſed religionem.

8 Reſpondet Caſtrus Palaus l. c. n. 2.
Quod ex iure naturali, & diuino pec-
cata de ſe venialia in materia caſtita-
tis, eo quod fiant (hæc ſunt verba Ca-
ſtri) in ſacramento pœnitentiæ non
reddũtur mortalia contra religionem:
alias quodlibet peccatum veniale in
materia iuſtitiæ, humilitatis, & patien-
tiæ factum in ſacramento pœnitentiæ
eſſet mortale ſacrilegium, quod nemo
concedit: cum æque iure naturali, &
diuino prohibeantur. Neque hæc pec-
cata venialia à iure poſitiuo ratione
præcepti efficiuntur mortalia, cum in

bulla

bulla Pij IV. Clementis VIII.& Greg. XV.non ſint expreſsè prohibita peccata venialia, ſed tantum prohibetur id, quod de ſe malum, & inhoneſtum eſt; imò quia malum, & inhoneſtum eſt prohibetur:ergo ſi ſolum eſt malum in ratione peccati venialis, in rōne peccati venialis prohibetur ob religionē. Sicut prohibita percuſſione ob reuerētiam ordinis,non prohibetur percuſſio læuis ſub graui culpa. Neque furtum rei ſacræ ſub graui delicto,ſi læue ſit.

Dices ſecūdo, quod in bulla Pij IV. adſunt hæc verba.Qui mulieres pœnitentes ad actus inhoneſtos prouocant, & loco reconciliationis cum Deo grauiori peccatorum mole eas onerant,& in manus diaboli tradunt &c. ſed hoc totum effecit confeſſarius in caſu noſtro, dum præbuit occaſionem pœnitenti ſe præbendi paratam ad peccandum:ergo eſt denunciandus.

9 Reſpōdeo,quod prouocatio,& peccatum pœnitentis inde ſecutum eſt omnino extrinſecum huic actui,maximè ſi à confeſſario non fuit præuiſum, vt ſupponimus; nam hic actus à confeſſario non fuit ordinatus ad talem prouocationem, nec ad ſollicitationē, ſed tantum ad leuitatem,vel ad honeſtum finem, vt dixi. Vnde ſollicitatio hæc, & peccatum pœnitentis fuit omnino per accidens, & inuoluntarium reſpectu confeſſarij; ſi ergo fuit inuoluntarium, culpa lethalis non fuit reſpectu confeſſarij; ſi culpa lethalis non fuit, conſequenter puniri non debet tā acri pœna, qua puniuntur denunciati in ſancto officio.

Dices tertio,quod oſculum hoc,etſi non libidinoſum in ordine ad confeſſarium, eſt tamen libidinoſum in ordine ad pœnitentem; dum tantam,ac talem commotionem pœnitens ſentijt, quod ſe paratam præbere fecit ad peccandum; quia ergo fuit oſculum libidinoſum, ideo confeſſarius eſt denunciandus.

10 Reſpondeo, quia oſculum hoc eſt libidinoſum in ordine ad pœnitētem, non vero in ordine ad confeſſarium, ideo non eſt denunciandus confeſſarius, nec pœnitens.Non confeſſarius, quia in ordine ad hunc libidinoſum non eſt; & quæ ad libidinem non ſpectant,etſi commiſſa in ſacramento pœnitentiæ,denuncianda non ſunt, vt in ſecundo ſuppoſito. Non pœnitens, quia hæc ex vi bullarum non eſt denuncianda,vt notaui ſupra.

Dices quarto,ſumere modicum cibi intra genus temperantiæ læue peccatum eſt;at ſi illo ſumpto,deinde ſumatur Euchariſtia,grauiſſimum peccatum committitur:ergo poteſt,quod veniale eſt in ordine ad vnam virtutem, fieri mortale in ordine ad religionem. Sic ergo dicendum in caſu noſtro.

11 Reſpōdeo negādo paritatē,& diſparitas eſt manifeſta. Nā ſumere cibū non ſolum eſt peccatum veniale, ſed nullū eſt peccatum in ſe. Vnde quando prohibetur in ordine ad religionem, non prohibetur propter malitiā intrinſecā quā habet, ſed tantum propter reuerentiam ſacris debitam,& ideo poteſt etſi indifferens effici mortale. At actus inhoneſti prohibentur in ſacramento pœnitentiæ,quia ſūt mali in ſe, & qua ratione mali ſunt,prohibentur ne fiant in ſacramento pœnitentiæ; nam hæc peccata ſequuntur naturam,quam habent.Vnde ſi peccata venialia ſunt in ratione Iuſtitiæ, vel caſtitatis &c. peccata venialia ſunt in ordine ad religionem; ſi mortalia in ordine ad alias virtutes,etiam mortalia erunt in ordine ad virtutem religionis.Ita Ferdinādus à Caſtro Palao l.c.n.4.

SVMMARIVM.

Confeſſarius contentus tantum oſculari pœnitentem, à qua ſollicitatur ad fornicandum, & incidit in caſum noſtrum, & eſt denunciandus.n.1.&6.

Confeſſarius in hoc caſu ſollicitat ad actum ſpecie diuerſum à fornicatione, cum ſollicitet ad oſcula non vt ordinata ad copulā, ſed vt delectabilia in ſe, & commouentia tantum

tantum ſpiritus generationi deſeruientes. num. 2.

Quod eſt in obiecto ſed non volito à peccante accidit actui peccaminoſo, quamuis habeat eſſentialem connexionem cum ipſo obiecto; nec poteſt actum ſpecificare, qui ſpecificatur ab obiecto per ſe volito. n. eod.

Maleficia, ſeu peccata voluntate diſtinguuntur. n. eod.

Oſcula duplicem habent ſpecificationem Phyſicam vnam, Moralem alteram; Phyſica eſt, quæ à natura habetur, dum illa ad copulam ordinauit. Moralis vero, quę ab operante eſt, dū vult oſcula in ſe delectabilia, non vero vt à natura ad copulā ordinata, quæ deordinatio eſt etiam mala. Specificant autem confeſſarij peccatum ſecūdum moralem, non vero ſecūdum phyſicam ſpecificationem. n. eod.

Sollicitatio confeſſarij ad oſcula, quamuis non differret ſpecie à ſollicitatione pœnitentis ad fornicationem, adhuc differt numero, cum ſollicitet ad rem, ad quam non fuit à pœnitente ſollicitatus. n. 3.

Identitas rei haberi non poteſt ab actibus diuerſis. n. eod.

Si confeſſarius ſollicitatus à pœnitente ad omnes res laſciuas, nempe ad tactus, oſcula, copulam &c. ſe determinat ad oſcula tantum, non incidit in caſum noſtrum; ſecus ſi ſollicitatus ad copulam tātum, ſe determinaret ad oſcula. n. 4.

Sollicitatus ad copulam eſt quidem ſollicitatus ad oſcula, quatenus ſunt via ad illam; non vero eſt ſollicitatus ad oſcula, prout præciſa per intentionem operantis ab ordine ad copulam; cum valde diuerſa ſint inter ſe oſcula vt ordinata à natura ad copulam, & oſcula vt præciſa per intentionem operantis à tali ordine ad copulā. n. 5.

Oſcula habita ſine intentione fornicandi, etiā ſi fornicatio ſequatur, ſunt in confeſſione explicanda. n. eod.

Confeſſarius oſculari contentus pœnitentem ipſum ad fornicationem ſollicitantem eſt quidem denunciandus, nō vti ſollicitator, ſed quia in cōfeſſione inhoneſtos tractatus habet. n. 6.

RESOLVTIO LVII.

Quædam pœnitens ſollicitauit confeſſarium ad fornicandum cū ipſa, confeſſarius renuit, contentus tantūmodo ipſam oſculandi. An hic confeſſarius incidat in caſum noſtrum reſeruatum, & ſit denunciandus?

1 Reſpondeo eundem confeſſarium incidiſſe in caſum noſtrum reſeruatum, & denunciandum eſſe ex vi bullæ Gregorij XV. Tribunali Sancti Officij. Ita ſentit Scobar de confeſſ. ſoll. p. 1. q. 3. §. 1. nu. 49. & in hac materia zelantiſſimus Diana 4. p. tract. 5. reſol. 13. Ioannes Sanchez in ſelect. diſp. 11. nu. 28. & alij apud ipſos.

Quod incidat in caſum noſtrum probatur. Nam confeſſarius ſollicitat ad libidinoſum actum diuerſum, & explicitè non intentum à pœnitente: ergo vere ipſe confeſſarius ſollicitat pœnitentem, dum ad ſecundum hunc actum non ſollicitatur à pœnitente.

Dices primo, quod oſcula &c. ex dictis in priori reſolutione deſumunt ſuā ſpecificationem à copula: ergo qui ſollicitat ad copulam, conſequenter implicitè ſollicitat ad oſcula deſeruientia ad copulam, & ſic ad eundem actum non diuerſum ſpecie: ergo ſi confeſſarius eſt contentus oſculandi tantum pœnitentem ſollicitantem ad copulā, non ſollicitat; ſed ſollicitatur; & conſequenter non incidit in caſum noſtrum.

2 Reſpondeo primo, quod confeſſarius in caſu noſtro ſollicitat ad actum ſpecie diuerſum; & ratio eſt, quia actus peccaminoſus ſpecificatur ab obiecto per ſe volito à peccante, & quidquid eſt in obiecto ſed non volito à peccante accidit actui peccaminoſo, etſi habeat eſſentialem connexionem cum ipſo obiecto; eſt enim præter intentionem peccantis, & conſequenter non volitum.

volitum. Quod accidit non poteſt ſpecificare actum. Ita D.Thom.p. 2.q. 72. ar. 1. maleficia enim,ſeu peccata volũtate diſtinguuntur cap. cum voluntate de ſent. excomm. l. qui iniuriæ ff. de furt. Sed cõfeſſarius in caſu noſtro vult per ſe delectationem oſculorum libidinoſorum; quæ, etſi ordinata à natura ad coitum, tamen non ea vult vt coordinata, ſed quatenus in ſe delectabilia, & commouentia ſpiritus deſeruientes ad copulam: ergo coordinatio à natura ad copulam accidit huic actui peccaminoſo; ſi accidit, ergo hæc coordinatio non poteſt actum hunc ſpecificare, & conſequenter actus hic peccaminoſus differt in ratione ſpecifica à coitu peccaminoſo. Si differt: ergo confeſſarius ſollicitat ad alium actum ſpecie diuerſum, & conſequenter ad actũ, ad quem ipse ſollicitatus non fuit, & ſic vere ſollicitat.

Explicatur magis. Nam oſcula &c. habent duplicem ſpecificationem, phyſicam vnam, moralem alteram. Specificatio phyſica habetur à natura, dum ipſa oſcula coordinauit ad copulam, & eandem ſpeciem peccati conſtituunt oſcula, quam conſtituit copula. Specificatio moralis habetur ab intentione operãtis, quæ quia vult oſcula per ſe quatenus in ſe delectabilia (quæ delectatio deordinata à fine naturæ etiam mala eſt) Ideo ab oſculis tũ, etſi media ſint ad copulã à natura, tũ vt ab obiecto ꝑ se volito ab operãte, ſpecificatio moralis ſumitur. At ſpecificatio peccati habetur à morali, non à phyſico, ideo peccatum hoc cõfeſſarij differt ſpecie à peccato pœnitentis. Si quis enim credit habere copulam cum aliena, & habet copulam cum conſanguinea, hic committit ſimplicem fornicationem in eſſe morali, etſi in eſſe phyſico committat inceſtũ, & ſic de alijs diſcurrite.

3 Reſpondeo ſecundo. Quod etiamſi ſollicitatio ad oſcula non differret ſpecie à ſollicitatione ad coitum; tamen non poteſt negari, quod hæc ſollicitatio non differat numero ab illa, & conſequenter ſollicitat confeſſarius ad actum, ad quem non fuit ſollicitatus à pœnitente. Identitas enim rei nõ poteſt induci ab actibus diuerſis, & cõſequenter nec identitas ſollicitationis ex actibus diuerſis, inquit Scobar l.c.num 50. ex l. ſi maritus C. de donat. inter virum &c. l. illam C. de collat. l. Papinianus ff. de minor. l. ſi ſeruum §. non dixit Prætor ff. de acquir. hæred. l. fin. ff. de calumn. quæ eſt doctrina Bartoli in l. 1. §. idem Cornelio ff. de quæſt. Felin. & Dec. nu. 11. in cap. cum cauſam de probat. Paul. Emil. decis. Rotæ 98. nu. 4. p. 3.

Nec valet dicere, quod ſaltem implicitè confeſſarius fuit ſollicitatus ad oſcula. Quia cum copula haberi poſſit ſine oſculis; conſequenter hæc nullo modo fuerunt intenta à poenitente, & ſic præter intentionem ipſius, & ideo nec implicitè volita ſecundum quod dicunt ſpecificationem peccati. Secus vero in intentione confeſſarij vt dixi.

Dices ſecundo, quod confeſſarius fuit ſollicitatus ad res laſciuas ſeu carnales, & non ſollicitauit, ſed tantum correſpondit cum rebus laſciuis, ſeu carnalibus; ſed confeſſarij ſollicitantes incidunt in caſum noſtrum, & non correſpondentes; ergo hic confeſſarius nõ incidit in caſum noſtrum.

4 Reſpondeo, quod confeſſarius fuit ſollicitatus ad talem rem laſciuam, nẽpè ad fornicationem; non vero ad res laſciuas vt ſic; & dum ipſe renuit hãc, & voluit alteram, conſequenter ſollicitauit ad alteram. Si enim pœnitens ſollicitaſſet confeſſariũ ſimul ad oſcula, ad tactus, ad copulam &c. & confeſſarius se determinaſſet ad oſcula e.g. vtique tunc non incidiſſet in caſum noſtrum, etſi foret denunciandus ex infra dicendis.

Dices tertio ex Caſtro Palao tom. 1. tract. 4. diſp. 9. punct. 5. num. 4. Quod fœmina inducens ad congreſſum, tacitè, & in virtute inducit ad oſcula (hæc ſunt verba Caſtri) & tactus, vt

præuia

præuia ad illam; eaque de cauſa manifeſtato congreſſu in confeſſione, nulla eſt obligatio cõfitendi tactus, & oſcula &c. ergo confeſſarius ſuadens ſolũ tactus, renuens vlterius proſequi, non perſuadet fœminæ ad congreſſum ſollicitanti aliquod malum, ad quod ipſa non induxit: imò ſi bene perpendatur, ſolum perſuadet fœminæ vt contenta ſit ſollicitatione ad tactus, & oſcula, neque vltra velit procedere.

5 Reſpondeo, quod fœmina inducens ad congreſſum, tacite, & in virtute inducit ad oſcula &c. non quomodocũque, ſed quatenus ſunt via, & ordinata ad coitum; non vero quatenus ſpecificant actum peccaminoſum, & dicunt abuſionem delectationis ſurgentis ex ipſiſmet oſculis; cum igitur oſcula ordinata ad coitum differant ab oſculis ſpecificantibus peccatum prouenjens à delectatione ſurgente ab ipſiſmet oſculis, prout præciſis ab ipſo coitu iuxta intentionem operantis; conſequenter fœmina ad hæc oſcula prout talia nullo modo ſollicitauit. Ideo enim alibi diximus cum Vaſquez de pœnit. q. 91. ar. 1. dub. 5. num. 27. Cano in relect. de pœnit. p. 5. fol. 17. §. Hinc & aliud. Gaſpar Hurtado de ſacram. diſp. 9. de pœnit. diff. 6. Eminentiſſ. de Lug. de pœnit. diſp. 16. ſect. 14. num. 156. Diana 4. p. tract. 4. reſolut. 205. Quod oſcula &c. ſine intentione fornicandi, etiamſi fornicatio ſequatur, ſunt confitenda vt peccata diſtincta à fornicatione ipsâ. Vnde quando confeſſarius vult tantum deoſculari pœnitentem ſollicitantem, tunc perſuadet fœminæ, vt contenta ſit peccato diſtincto in ratione morali, & ideo denunciandus.

6 Quod vero ſit denunciandus præter dicta, probatur euidenter; nam in bulla Gregorij XV. adſunt illa verba, Aut cũ eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint &c. ſed hic cõfeſſarius, etſi ſollicitatus habet illicitos, ſeu inhoneſtos ſermones, & tractatus: ergo eſt denunciandus.

Non igitur ratione ſollicitationis, ſed ob illicitos, & inhoneſtos ſermones eſt denunciandus confeſſarius in caſu noſtro.

SVMMARIVM.

Confeſſarius minis grauibus inductus ad rē habendam cum pœnitente in actu confeſſionis, quamuis mortaliter peccet; non tamen eſt denunciandus, nec incidit in caſũ noſtrum. n. 1. & 19.

Actus à voluntate imperatus coactionem recipere poteſt; actus vero a voluntate elicitus ſimpliciter coactus eſſe non poteſt. num. 2.

Violentum, ſiue Inuoluntarium eſt, cuius principium eſt foris, nihil conferente ſecũdum proprium motum eo, qui vim paſſus eſt. nu. eod.

Voluntarium, vt eſt actus voluntatis, eſt à principio intrinſeco cum cognitione. num. 3.

Quæ metu quamuis graui fiunt, ſimpliciter, & abſolutè ſunt voluntaria, ſecundum quid vero inuoluntaria; cum metus vim conditionalem tantum voluntati afferat. num. 4.

Vnumquodque ſecundum quod eſt in actu dicitur eſſe ſimpliciter; ſecundum quod vero eſt in apprehenſione dicitur eſſe ſecundũ quid. n. eod.

Voluntas coacta voluntas eſt. n. 5.

Voluntas coacta, ſecundum Vaſquez ſufficit ad peccatum mortale, ſicut voluntas ſine coactione; ſi in voluntate coacta cætera ex parte materiæ adſint, & coactio conſiderationem non auferat. n. eod.

Metus aliquando tollit conſiderationem, aliquando verò mutat obligationem materię: & tunc voluntas coacta non ſufficit ad mortale. n. eod.

Metus interdũ facit, vt lex naturalis in ſua materia non obliget. n. eod.

Voluntas metu graui extorta ſufficit, ſecundũ Vaſquez, ad inducendam obligationem, in votis, & ad contractus perficiendos in quibus non defuit titulus; niſi alias votũ, vel contractus ſint naturali iure irrita; vel vouens, aut contrahens ad contrahen-

dum, vel vonendum ſint inhabiles. n.eod.

Metus granis, ſiue cadens in conſtantem virum non ſolum eſt metus mortis, mutilationis, ſernitutis, carceris, ſtupri ſiue in viro, ſiue in muliere; metus amittendi ſtatū, vel honorem, metus excommunicationis, amiſſionis omnium, vel maioris partis bonorum, metus reuerētialis, maximè ſi huic mina addantur, ſed etiam metus infamiæ, ſiue iuris, ſiue facti. n.6.

Timor infamiæ æquiparatur timori mortis. n.eod.

Melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ. n.eod.

Fama conſiſtit in interna multorum opinione de vita, & moribus alterius, quæ dum exit in verbum externum dicitur laus, vel vituperium. n.eod.

Confeſſarius ſollicitans eſt denunciandus ex vi ſolius præcepti eccleſiaſtici. n.7.

Qui metu graui inducitur ad faciendum cōtra præceptum eccleſiaſticum excuſatur à culpa. n.8.

Lex poſitiua præcipere, & obligare non poteſt cum periculo vitæ; quod ſi quando præcipit periculum adeſt, ceſſat præceptum. nu. eod.

Si ſimul duo præcepta concurrant, quorum vnum obſtet alteri, tunc antiquius, & ſupremi legislatoris eſt obſeruandum. num. eod.

Poteſtas legislatiua eſt apud communitatem, & ab hac Principi translata. n. eod.

Pontifex habet poteſtatem à Chriſto Domino, ſed non ſupra Ius naturale, ideoque iuri naturali probabilius diſpenſare non poteſt. num. eod.

Excommunicatus poſitus in extremæ vitæ periculo poteſt licitè neceſſaria quærere inter non excommunicatos; ſicut non excōmunicatus poſitus in eadem neceſſitate inter excommunicatos vitandos, illiſque cōmunicare. n.9.

Sacerdos irregularis, vel excommunicatus occultus pōt celebrare ad euitandam infamiam, vel mortis periculum. n.eod.

Extrema neceſſitas excuſat ab obſeruantia legis humanæ. n. eod.

Metus quamuis excuſet à peccato vrgēte puro præcepto eccleſiaſtico, non tamen excuſat vrgente præcepto naturali diuino, vt eſt præceptum de non contēnendo Eccleſiam; ratione cuius præcepti non excuſatur à peccato per metum communicans cum excommunicato in crimine criminoſo. n.10.

Debemus potius mortem ſubire, quam peccatum de ſe veniale committere. n. eod.

Ob leuem metum nullo modo licet communicare cum excommunicato, quando communicatio eſt in diuinis, vel in præiudiciū fidei, vel in contemptum eccleſiæ &c. n.eod.

Homo non ſecundum totum id quod habet, & ſecundum totum id quod eſt multitudinis eſt, & Principi ſæculari ſubditur; ſed tantum ſecundum id quod habet in ordine ad ſenſibilem communicationem cum cæteris, & ſecundum id quod eſt ſecundum eſſe ſēſibile in ordine ad conuictum; Vnde quia homo vt viuens ordinatur ad totum, vt viuens compars eſt totius, & Principi ſubditur, non vero vita ipſius. n.11.

Homo ſicut prius habet à natura eſſe ſimpliciter, & deinde fit compars communitatis, ita prius tenetur præcepto naturæ, & deinde communitatis, ſiue Principis. n.eod.

Licet præceptum poſitiuum aliquando obliget in conſcientia, tamē vrgente præcepto naturali oppoſito vim non habet, ac proinde in tali caſu tenemur ad naturale tantum, & non ad poſitiuum. n.12.

Lex humana poteſt obligare, cum perditione animæ, ſiue in conſcientia, quoties lex diuina non obſtat; at obligare non poteſt cū perditione vitæ corporalis, cum ſemper lex naturalis obſtet. n.13.

Omnes ciues, & omnes regnicoli tenentur ad conſeruationem, & defenſionem ciuitatis, vel regni ex vi legis naturalis, etiam cum vitæ diſpendio: dummodo maius ſit commune bonum, quam indiuidui vita. nu.14.

Bonum priuatum poſtponendum eſt bono cōmuni, conſeruato tamē debito ordine charitatis. n.eod.

Milites à communitate conſtituti obligant ſe ex vi contractus iurirgentium ad ſubeundum omnia pericula communitatis etiam cum vitæ periculo. Vnde quando alicui ex eis Dux præcipit vt excubias agat, exigit ab eo quod præſtare tenebatur ex vi dicti contractus, & ipſe miles obedire tenetur

non

non ex vi præcepti Ducis, ſed ex vi eiuſdẽ contractus. n. eod.

Dux exercitus exigens ſemper ab uno excubias, licet peccet contra iuſtitiam diſtributiuam, non tamen peccat contra iuſtitiam commutatiuam. n. eod.

Parrochus tenetur tempore peſtis aſſiſtere in propria Parrochia cum vitæ periculo ex præcepto Epiſcopi. n. eod.

Carthuſianus in mortis articulo non poteſt carnibus veſci, cum habeat alios cibos illis æquiualentes. Quod ſi eſſet euidenter certus, neceſſariam eſſe ad ſuæ vitæ ſubſtentationem carnium comextionem, tunc poſſet abſque ſcrupulo illas comedere. Illicitum enim, & à natura prohibitum, imò difficillimum regula non comprehendit, ſi ab ipſa non exprimitur. n. 15.

Contrahens matrimonium cum conſanguinea in gradu prohibito ab Eccleſia metu mortis, ſecundum Vaſquez, non peccat; peccaret tamen ad illam accedendo, cum matrimonium contractum ſit nullum. num. 16.

Præceptum prohibens ne verbis contrahatur inter conſanguineos, in doctrina Vaſquez, non obligat inſtante periculo mortis; quãuis ius irritãs matrimonium inter hos cõtractum vim habeat etiam inſtante eodem periculo. n. eod.

Ius poſitiuum non prohibet ne affines, vel cõſanguinei verbis contrahant, ſed inhabilitat illos ad contrahendum; unde quando eis vis infertur, non redduntur habiles, ſicut habiles redderentur, ſi tantum prohibitio adeſſet, ſed ſolum vis infertur ut faciant, quantũ poſſint, ac ſi in libertate eſſent: & ſic ſicut ſi in libertate contraherẽt ſine diſpenſatione, matrimonium contractum eſſet nullum, ita etiam quando vis infertur; cum hoc tamen diſcrimine, quod in libertate contrahendo peccarent, non tamen vi exiſtente. n. 17.

Poteſt ſacerdos, ſecundum Vaſquez, celebrare ſine veſtibus, corporali, calice, &c. ratione metus incuſſi; dummodo metus non ſit in contemptum religionis. n. 18.

Sacerdos non poteſt celebrare ſine veſtibus, corporali &c. ut populus in die feſto ſacrũ audiat, vel ut alicui ægroto uiaticum miniſtret, quamuis præceptum communionis ſit de iure diuino. n. eod.

Bulla Gregoriana illos tantum confeſſarios ſollicitantes comprehendit, qui occaſione confeſſionis pœnitentes inducunt ad turpes actus, ſiue tractatus; non vero qui per vim, vel metum inducuntur ab ipſis. num. 20.

Confeſſarius à pœnitente ſollicitatus, & conſentiens probabiliter non eſt denunciandus. num. 21.

RESOLVTIO LVIII.

Quidam Confeſſarius babuit rem cum pœnitente in actu confeſſionis, ſiue immediatè poſt; verum fuit inductus ad talem actum ab ipſamet pœnitente minis grauibus; dicebat enim ſe velle uociferare dicendo, quod ipſe confeſſarius ipſam opprimebat ad fornicãdum; & cauſa metus harum minarum cõſentijt. An ſit denunciandus, & incidat in caſum noſtrum?

1 Reſpondeo talem confeſſariũ peccaſſe mortaliter, non tamen eſſe denunciandum, nec incidiſſe in caſum noſtrum. Ita ſentit Ioannes Sanchez in ſelect. diſp. 11. num. 3. Diana 4. p. tract. 5. reſol. 15. Scobar 1. p. de ſoll. q. 2. n. 42. Ita videtur ſentire Salas de leg. tract. 14. diſp. 11. ſect. 1. verſ. Ex hac concluſione &c. Graff. ſuper conſil. 7. de pœnit. & remiſſ. in 1. dubio, & de caſ. reſ. lib. 2. cap. 12. num. 38. verſ. octauo ex verb. &c. Freytas in addit. ad Acuña de confeſſ. ſoll. q. 11. à nu. 18. Peirinus tom. 2. conſt. 4. Gregor XV. §. 2. num. 2. Homobonus de examine eccleſiaſt. to. 2. tract. 11. cap. 12. q. 26. Bonac. tract. vari. diſp. 6. punct. 3. num. 17. Portell. ad dub. reg. verb. Sollicitare fœminas

num. 10. Pro probatione.

2 Suppono primo; Quod etſi actus imperatus à voluntate, elicitus tamen ab alijs potentijs poſſit recipere coactionem, vt ambulare, mouere mēbra &c. ad hos enim actus poteſt voluntas cogi, vt arripiendo vi membra corporis, ne voluntatis imperio obſequantur: tamen actus à voluntate elicitus nullo modo poteſt eſſe coactus ſimpliciter. Quia violentum, ſeu inuoluntariū eſt, cuius principium eſt foris, nihil cōferente ſecundum proprium motum eo, qui vim paſſus eſt; & ly nihil, intelligitur non negatiuè, ſed contrarie. Vnde violentum eſt contra internum impetum, & quaſi conatum internum; vt videre eſt apud Vaſquez 1. 2. q. 6. art. 4. diſp. 25. cap. 2. num. 10. verſ. cæterum &c. & diſp. 27. cap. 2. num. 8. At conſenſus, & diſſenſus voluntatis, qui ſunt proprij actus eliciti ipſius, ſunt à voluntate, & non contra internum impetum, & conatum ipſius voluntatis: ergo nullus actus voluntatis eſt ſimpliciter violentus. Volitio enim quæ eſt in me recognoſcit pro ſuo principio meam voluntatem; cum volitio ſit actus vitalis, qui non poteſt dimanare niſi à principio vitali intrinſeco.

3 Confirmatur ex Vaſquez l. c. diſp. 26. cap. 1. num. 7. Quia voluntarium eſt à principio intrinſeco cum cognitione; actus autem quicumque elicitus à voluntate eſt à principio intrinſeco cum cognitione: ergo etiam ſi neceſſitate aliqua voluntas illum eliceret, nullam tamen vim in eo eliciendo pateretur. Hæc Vaſquez.

4 Ex quo manifeſte habetur, q̄ metu quātūcūq; graui fiunt, eſſe ſimpliciter, & abſolutè voluntaria, & libera. Tum quia voluntas coactionē non recipit vt dixi; & ſi coactionem non recipit, libera manet. Tum quia qui eſt coactus metu, poteſt abſolutè nolle; ſed liber dicitur qui poteſt elicere, & non elicere actum: ergo qui metu vult, libere vult.

Verum tamen eſt, quod metus, etſi vim præciſam non infert, infert tamen vim conditionalem; quia voluntas nollet, quod per vim nunc vult. Et ideo dicimus, quod quæ ſunt metu extorta dicuntur mixta ex voluntario, & inuoluntario; ſunt tamen appellanda ſimpliciter, & abſolute voluntaria, ſecundum quid vero inuoluntaria. Ita D. Thom. 1. 2. quæſt. 6. art. 6. Durandus in 4. diſt. 29. q. 2. ad 2. & ratio eſt, quia vnumquodque ſecundum quod eſt in actu, & in rerum natura dicitur eſſe ſimpliciter, & abſolute; ſecundum vero quod eſt in apprehenſione, dicitur ſecundum quid tale, & non ſimpliciter; ſi enim eſt in apprehēſione tale, & in actu eſt aliter, conſequenter ſecundum apprehenſionem, ſeu ſecundum quid dicitur tale; ſed volitio extracta in actu, & in rerum natura, ſeu in ſingulari eſt elicita à volūtate, & electa prout impedimentum alterius mali, quod timebatur: & eſt inuoluntaria vt eſt in apprehenſione, in quantum apprehenſa extra hunc caſum, & excluſis his ſingularibus circūſtantijs non eliceretur: ergo ſimpliciter talis volitio metu extracta eſt voluntaria, etſi ſecundum quid inuoluntaria.

Nec obſtat tex. in cap. Maiores §. itē q̄ritur, de baptiſmo, his verbis. Is qui terroribus, atq; ſupplicijs violenter attrahitur ad baptiſmum tanquam conditionaliter volens, licet abſolute non velit, cogendus eſt ad obſeruantiam fidei chriſtianæ.

Quia loquitur de baptiſmo prout eſt in apprehenſione, non de baptiſmo prout actu eſt; baptiſmus enim coactus in apprehenſione eſt ſimpliciter nolitus, in actu vero eſt ſimpliciter volitus; vt optimè Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 1. n. 5. in fin.

5 Hinc optimè dicitur in can. Merito 15. q. 1. & in l. ſi mulier §. penult. ff. de eo quod vi, metuſue cauſa fit. Quod voluntas coacta voluntas eſt. Vnde Vaſquez l. c. diſp. 27. cap. 3. nu. 17. colligit, Quod voluntas coacta ſufficiat

ad

ad peccatum mortale, ſicut volũtas ſine coactione, ſi cætera adſint in volũtate coacta ex parte materię, & coactio non tollat conſiderationem neceſſariam; propter metum enim incuſſum aliquando tollitur conſideratio, & ſic voluntas non ſufficit ad mortale; aliquando vero mutatur obligatio materiæ, quia lex poſitiua communiter non obligat cum tanto diſpendio; Imò interdum lex ipſa naturalis in ſua materia non obligat cum metu, & periculo grauis damni; etſi hoc oriatur ab ordine charitatis ſeruando. Colligit etiam Vaſquez, voluntatem metu graui extortam naturali iure ſufficere ad inducẽdam obligationẽ in votis, & ad perficiendos contractus in quibus non defuit titulus (aliter enim venditio ex neceſſitate, vel votum factum ratione periculi non valerent;) niſi alias talis contractus, vel votum ſint iure naturali irrita &c. vel contrahens, & vouens inhabiles ſint ad cõtrahendum, vel vouendum.

6 Suppono ſecundo, Metum grauem, ſeu cadentem in virum conſtantem non ſolum eſſe metum mortis, mutilationis, grauis corporis cruciatus. cap. cum dilectus, de his quæ vi. l. nec timorem ff. de eo quod vi, metusue cauſa. Metum ſeruitutis l. Ego puto, & l. iſti quidem ff. eod. Metum carceris l. nec timorem. l. qui carcerem ff. eod. quod intellige de carcere diuturno, ſecundũ DD. citandos. Metum ſtupri, ſiue in viro, ſiue in muliere l. iſti ad finem ff. eod. Quod intellige de fœmina honeſta, ſiue vidua illa ſit, ſiue virgo. Imo etiam de fœmina inhoneſta, dummodo eo timore reuera trahatur. Sanchez lib. 4. de matrim. diſp. 5. nu. 12. Metum amittendi ſtatum l. iſti quidem ff. eod. amittẽdi honorem, cum viro bono grauior ſit honoris iactura, quam vitæ gl. in cap. cum dilectus verb. Metum de his quæ vi. Metum excommunicationis cap. olim, il terzo, de reſtit. ſpoliat. & ibi gl. verb. timore ſententiæ &c. circa fin. etiam iniuſtæ, cum ſit timenda can. 1. 11. q. 3. & eſt maxima pœna can. corripiantur 24. q. 3. cap. ſacro de ſent. excomm. Metum amiſſionis maioris partis bonorum cap. 1. de reſtit. ſpol. l. propter litem ff. de excuſat. tutorum; damnum enim amiſſionis maioris partis bonorum æquiparatur morti, vt latè probat Tiraquella de nobilitate cap. 31. num. 369. Metum etiam reuerentialem, maximè ſi huic minæ addantur cap. ex litteris de ſponſal. impub. ſolus tamen non ſufficit cap. fin. qui clerici, vel vouentes. can. puellæ 20. q. 1. vbi ad annullandam profeſſionem præter imperium parentum requiritur coactio. Sanchez l. c. diſp. 6. num. 18. Non ſolum is, qui minas has probabiliter, & rationabiliter timet à perſona potente & ſolita exequi, & timens non poteſt facilè occurrere his malis, dicitur habere metum cadentem in virum conſtantem, & conſequenter metũm grauem.

Sed etiam qui infamiam timet, ſiue iuris, ſiue facti, niſi facilè occurri poſſit, dicitur habere metum grauem, & cadentem in virum conſtantem. Quod verum eſt ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti; Iuris enim patet ex l. nec timorem, & l. iſti quidẽ §. fi. ff. de eo quod vi, metusue cauſa &c. vbi gl. in d. l. nec timorem verb. Infamia.

De infamia vero facti probatur, quia timor infamiæ æquiparatur timori mortis. l. iuſta ff. de manumiſ. vindicta, & ibi gl. verb. Infamiæ. Sed timor mortis eſt timor grauis, & cadens in virũ conſtantem, vt diximus ex cap. cum dilectus, & l. nec timorem: ergo &c. Confirmatur ex prouerb. cap. 22. Melius eſt bonum nomen quam diuitiæ multæ; ſed timor amiſſionis bonorum eſt timor cadens in virum conſtantem, vt diximus ex cap. 1. de reſtit. ſpol. & l. propter litem ff. de excuſat. tutorum: ergo &c.

Nec obſtãt D. Thom. in 4. diſt. 29. q. vnica art. 2. ad 3. & Durandus ibidem q. 2. num. 4. in fin. Quia loquuntur de infamia læui, & nullius momenti. Sicut

etiam

etiam loquitur tex. in l. nec timorem ff. de eo quod metus cauſ. &c. ſecundū intentionem gl. ibidem verb. Infamia, dum exemplificat in minante ſe malā cantilenam de aliquo cantaturum, quæ infamiam læuem denotat. Ita tenet Sotus lib. 7. de Iuſt. q. 2. ar. 1. ad ſecundum verſ. Haud tamen hic pacabitur. Mazienz lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloſ. 1. nu. 189. Viual. Candel. 1. p. de matrim. nu. 59. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 5. n. 15. Merolla tom. 1. diſp. 1. cap. 3. n. 38. qui citát Paludanum in 4. diſt. 29. q. 1. art. 2. concl. 2. Sotum in 4. diſt. 29. q. 1. art. 2. in fin. Hēriquez lib. 11. de matr. cap. 9. num. 4. Farinac. 2. p. fragment. verb. Metus num. 92. Villagut. in tract. de extenſ. leg. tit. de extenſ. leg. pœn. propter metum n. 135.

Cum igitur fama conſiſtat in interna opinione multorum de vita, & moribus alterius, quæ dum exit in verbū externum dicitur laus, vel vituperium vide Leſſ. de Iuſt. cap. 11. à nu. 1. Timor amittendi opinionem bonam apud multos, dicitur metus grauis, ſiue cadens in virum conſtantem.

7 Suppono tertio. Cōfeſſarios ſollicitantes denunciandos eſſe ex vi ſolius pręcepti eccleſiaſtici, vt optimè Scobar de confeſſ. ſoll. p. 2. q. 2. §. 1. n. 12. & nu. 21. qui citat Souſam in addit. num. 27. & Ioannem Sanchez in ſelect. diſp. 11. ſub num. 20. Et ratio ipſa hoc perſuadet. Nam præciſis bullis pontificijs talis confeſſarius ſollicitans nō eſſet denunciandus: ergo præceptum denunciationis eſt à iure humano pontificio. Eſt ergo talis denunciatio pœna quædam confeſſario inflicta, orta à præcepto eccleſiaſtico.

8 Suppono quarto, quod faciens contra præceptum purum eccleſiaſticum excuſatur à culpa, ſi metu mortis, ſeu graui contra faciat; hoc videntur ſentire Sanchez in ſumm. lib. 1. cap. 18. nu. 4. Merolla tom. 1. diſp. 1. cap. 3. nu. 108. Azorius tom. 1. lib. 1. cap. 11. q. 1. expreſsè tamen hoc defendūt Almainus 1. moral. cap. 3. Maior in 4. diſt. 18. q. 4. non longe à princ. Valentia diſp. 7. q. 5. punct. 6.

Et patet. Nam lex poſitiua non non poteſt præcipere cum periculo vitæ, & ſtatim ac præcipit, & periculum ſubeſt, ceſſat præceptum. Tum quia quando concurrunt duo præcepta ſimul, & vnum eſt oppoſitum alteri, ſemper magis abſolutum, antiquius, fortius, & ſupremi legiſlatoris eſt obſeruandum, arg. tex. in can. duo mala diſtinct. 13. ſentit Fagundez 1. eccleſ. præcep. lib. 2. cap. 9. num. 7. in fin. ergo quando vrget præceptum poſitiuum pugnans præcepto naturali, naturali parendum eſt, poſitiuo poſtpoſito; ſed præceptum de conſeruanda vita eſt à natura ſecundum omnes: ergo hoc præceptum naturale vti magis abſolutum, & antiquius, fortius, & à ſupremo legiſlatore ſeruandum eſt, poſtpoſito præcepto humano. Tum quia poteſtas legiſlatiua eſt apud communitatem, & ab hac Principi translata l. 1. ff. de conſtit. princip. l. 2. §. nouiſſimè ff. de orig. iuris. Belar. tom. 1. lib. 3. de laicis cap. 6. Sotus lib. 4. de iuſt. q. 4. ar. 1. §. hic aūt Valen. p. 2. diſp. 7. q. 1. punct. 2. §. ſecundo diximus. Molin. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 32. & apertè colligitur ex D. Thom. 1. 2. q. 90. a. 3. ad 2. & communitas conſtituitur ex indiuiduis, & ab indiuiduis, vt patet: ergo illa poteſtas cōmunicabitur principi à communitatē, quam communitas habet ab indiuiduis; & illa poteſtas communicabitur communitati ab indiuiduis, quam ipſa indiuidua in ſe habent; ſed poteſtatē in vita, vel in membris proprijs indiuidua non habent, cum nemo ſit dominus ſuorum membrorum l. liber homo ff. ad l. Aquiliam: ergo communitas hanc poteſtatem ab indiuiduis, & Princeps à communitate communicatam non habent. Nemo enim dat quod nō habet. Nec valet dicere, quod Pontifex habet hanc poteſtatem à Chriſto Domino. Quia habet, infra tamen Ius naturale; & ideo Iuri natutali diſpenſare non poteſt, ſecundum veriſſimam ſen-

ſententiam D.Thom. 1.2.q. 100.ar.8.& quodlibet.4.ar.13.Almain.de poteſtate Eccleſiæ cap.13.concl.1.Abul. Exodi 20.q. 5. ad medium.Turrecrem.in ſumm.lib.3.cap.54.& 57. Nauar.conſ. 4.de deſponſ.impuber.num.16.Syluester verb. Papa q. 16. Couar.reg. peccat.p.2.§.11.n.3.Suarez lib.2.de leg.c. 14.n.15.Beccan.p.2.tract.3. c.3. q.3.n. 4.vide Meroll.to.2.diſp.4. cap.2. n.81.

9 Prætetea poteſt excommunicatus poſitus in extremo vitæ periculo neceſſaria ſine peccato quærere inter nõ excommunicatos, ſicut poteſt non excommunicatus inter excommunicatos vitandos neceſſaria ad ſuæ vitæ ſuſtentationem requirere, & inter ipſos tranſire, & cum illis cõmunicare ad finem euitandi periculum mortis, vel recuperandi propria bona can. quoniam 11.q.3.cap.inter de ſent. excõm. & cap. intelleximus de iud. & cap. ſi vere §.eſt autem de ſent. excomm. Sicut poteſt Irregularis ſacerdos, vel excommunicatus occultus celebrare ad euitandam infamiam, vel periculum mortis, vt cum communiſſima ſententia tenet Nauar. in manuali cap.27.nu. 239. Ergo ſi ſubditi poſſunt hæc agere non obſtante præcepto ſuperioris, ſignum euidens eſt, quod ſuperior non poſſit cum tanto pondere præcipere.

Addo quod extrema neceſſitas à legis humanæ obſeruatione excuſat.can. Sicut de conſecrat.diſt.1.can. Sanctam diſt. 4. cap. conſilium de obſeru. ieiun. cap.quod non eſt de reg.iur.

Nec obſtat Cap. Sacris.de iis quæ vi, metuſue cauſa fiunt.

10 Quia tex.loquitur quando communicare cum excommunicato eſt peccatum mortale, quod tunc accidit, quando cum contemptu eccleſiæ cõmunicatur, vt eſt in crimine crimino ſo can.vltim. 24.q. 1. & tunc vrget præceptum diuinum, & naturale de non contemnendo eccleſiam, vt bene Azorius l.c.verſ.ad argumẽta. Multa enim fieri poſſunt aliquando, ſi abeſt contẽptus eccleſiæ, ratione mortis periculi, quæ cum contemptu eccleſiæ fieri non poſſunt ob præceptũ naturæ ſuperius vrgens. Sic legimus 1. Machabæorum cap. 2. Iudæos metu coactos ſe defenderunt die ſabbato ab inimicis, quod eis vetitum erat; & tamen 2. Machabæorum cap. 7. legimus, quod ijdem Iudæi noluerunt in contemptum legis carnes porcinas comedere. Igitur tex. in cap.ſacris dicit tantum, quod metus non excuſat à præcepto naturali diuino, quod eſt quando obſtat contemptus eccleſiæ, vel legis Diuinæ; non vero quando vrget purum præceptum eccleſiaſticum. Et hæc expoſitio eſt cõgrua, & vera, qua pcipitur verus sẽſus huius tex. Et quod dicit Couar. in cap. Alma mater de ſent.excomm.in 6.§.3. num.9.verſ. tertio ſolet &c. in fin.pag. 365. Nempè nos debere mortem ſubire potius, quam veniale committere can. Primum, & can. Ne quis 22.q. 2. Verum eſt; quia veniale eſt intrinſecè malum, & conſequenter à natura prohibitum, & eſt noſtra actio peccaminoſa; at mortem ſubire eſt paſſio nobis ab alio illata, & ideo mala non eſt: ſed nõ eſt verum, quod quando vrget periculum mortis non poſſumus cum excõmunicato communicare in humanis, cum hoc ſit veniale peccatum; nam tunc dicimus nullum præceptum eccleſiaſticum vrgere, præſente præcepto naturali de conſeruatione vitæ arg. tex. in can. quoniam 11.q. 3. & cũ nullum ſit præceptum eccleſiaſticum, conſequẽter cõicatio nullum eſt peccatũ.

Niſi velis dicere cum Vaſquez p. 2. diſp. 161.cap.4.num. 27. verſ. Tertia, denique Couar.l.c. verſ. Quarta licet in fin. quod tex. loquitur de metu leui, ratione cuius nullo modo licet communicare cum excommunicato: quoties communicatio contingit in diuinis, quoad præiudicium fidei catholicæ, vel in crimine crimino ſo, aut in cõtemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ. 11

Dices primo ex Caiet. 2.2.q.96. art. 4.his verbis. Hanc opinionem erroneã eſſe multipliciter mõſtratur. Primo &c.

quia

Digitized by Google

quia quilibet homo non ſolum ſecundum id quod habet, ſed hoc ipſum quod eſt, multitudinis eſt; ſicut quælibet pars, id quod eſt, totius eſt; ex hoc namque ſequitur, quod lex humana, ſicut quælibet alia lex q̃ ad cõmune bonum reſpicit, poteſtatem habet ſupra id quod eſt quilibet homo, ac per hoc ſuper vitam ipſius; & per hoc poteſt diſponere, & ordinare de expoſitiõne vitæ cuiuſcumque pro communi bono &c. Hæc Caiet. ibi.

11 Reſpondeo tale argumentum pluſquam intendit probare. Si enim ly ſecundum id quod habet, Caiet. intelligit indefinite, probat quod ſubditur homo principi ſæculari etiam ſecundũ gratiam, & fidem diuinam, ſecundum gloriam, & famam temporalem; & ſic licitè poſſet princeps ſæcularis diſponere de gratia diuina ſubditi, & de fide ipſa, de gloria, & de fama; vnde poſſet princeps præcipere aliquid, per quod ſubditus amitteret gratiam diuinam, famam, gloriam &c. & teneretur ſubditus obedire, dum hoc eſſet etiam in ſui diſpoſitione, quando opus eſſet pro communi bono, quod eſt impium, & hæreticum. Si per ly, ſecundum id quod habet, Caiet. intelligit, quod ſubditus habet vt compars, & ea quæ ſpectant ad ipſum ſubditum vt comparte huius multitudinis, hoc verum eſt. At correſpondendo id quod habet, ad id quod eſt, dicendum erit ſecundum quod eſt compars huius multitudinis, & non ſimpliciter ſecundum id, quod eſt, totius eſt; eſt enim non ſolum compars huius communitatis, ſed etiam membrum eccleſiæ &c. & tamen ſecũdum hanc rationem non eſt ſubiectus principi ſæculari. At homo eſt compars alicuius multitudinis ſecundum quod dicit communicationem ſenſibilem cum cæteris ciuibus; ideo enim extra ciuitatem ius dicenti non paretur impune, cap. 2. de ſentent. excommunicationis, etiam ſi ſubditus ſit non pariens, ſecundum gl. ibi. Quia ſenſibiliter tunc non communicat, etiam ſi habeat animum communicandi. Ergo ſecundum id quod habet in ordine ad ſenſibilem communicationem cum cæteris, & ſecũdum id quod eſt ſecundum eſſe ſenſibile in ordine ad conuictum, totius eſt; ſic enim eſt pars, & vt ſic eſt totius. At viuens eſt pars, & ordinatur, & non vita viuentis ordinatur ad conuictum &c. ergo viuens prout talis debet ordinari ad cõmune bonum totius; in tantum enim eſt pars homo huius communitatis, in quantum viuit; ergo in quantum viuit ſubordinatur. Non ergo, vita hominis, ſed homo viuens eſt compars, & vt viuens eſt totius: igitur non vita hominis eſt ſubiecta principi, ſed homo viuens; ergo poteſt princeps diſponere de homine viuente, non vero de vita hominis.

Et cũ homo prius ſimpliciter ſit, & deinde efficiatur ciuis ſeu compars, & eſſe ſimpliciter habeat à natura, prius tenetur præcepto naturæ, & deinde communitatis ſeu principis. Igitur quando princeps præcipit cũ periculo vitæ, natura præcipit conſeruationem ipſiuſmet vitæ, tũc tenetur homo vitã conſeruare, & non legem poſitiuam obſeruare.

Dices ſecundo ex eod. Caiet. l. c. lex humana eſt præceptiua, & obligatiua ad peccatum mortale, vt manifeſte patet, cum præcipitur aliquid ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vel ſub pœna capitis; ergo eſt conſtitutiua alicuius actus in hoc, quod ſit peccatum mortale: ergo eſt obligatiua ad vitandum magis actum illũ, quã mortẽ corporalẽ; quia mors animæ fugienda eſt magis, quam mors corporis. Hæc Caiet.

12 Reſpondeo breuiter cum Vaſquez l. c. diſp. 61. cap. 2. n. 14. in fin. Nos non aſſerere vrgente periculo mortis, manere peccatum, & nihilominus propter tuendam vitam committendum eſſe; ſed in eo caſu legis obligationem, imo potius legem ipſam, ſeu præceptũ ceſſare. Hæc Vaſquez. Itaque dicimus

quod

quod quando vrget præceptum naturale, tunc non vrget poſitiuū, & ideo tenemur ad legem naturalē, cum nulla ſit poſitiua. Etſi ergo lex poſitiua obliget in conſcientia, dum vim habet à diuina, vt alias dixi cū D. Th. 1.2.q.96. ar.4.in corp.tamē præſēte naturali oppoſita, ipſa non vrget; quia non eſt, ſeu vim non habet.

Nec obſtat dicere, quod lex humana obligat cum perditione animę, dum obligat in conſcientia: cur etiam non poteſt obligare cum perditione vitæ corporalis? quæ eſt inferioris ordinis.

13 Quia obligat cum perditione animę quando non habet aliam legem diuinam repugnantem; at quando habet, neque obligat tunc ad perditionem animæ, quia tunc lex non eſt, ſeu vim non habet; cum lex diuina non poſſit pugnare cum ſe ipſa; & dum lex poſitiua vim habet à diuina non poteſt præcipere aliquid contra ipſammet legem diuinam. At quando lex poſitiua eſt, & non poteſt ſubditus ſatisfacere ei, niſi cum periculo vitæ, tunc adeſt præceptum naturale de conſeruanda propria vita; quo vrgente, præceptum poſitiuum ceſſat, ſeu vim non habet; cum non poſſit princeps præcipere aliquid contra Ius naturale.

Dices tertio ex Soto lib. 1.de iuſt.q. 6.ar.4.& in 4.diſt.22.q.1.ar.4.exemplo Ducis exercitus; qui ita poteſt præcipere alicui militi excubias agere, vel ſtationem ſuam tenere in bello, vt neque propter mortis periculum illam deſerere poſſit; cum tamen ante præceptum Ducis nullus deberet talem locum tenere, aut non potius hic, quā ille ad hoc eſſet obligatus.

Confirmatur exemplo regulæ Carthuſianorum, qui tenentur etiam in articulo mortis ſe abſtinere ab eſu carnium. Sic diſcurrit Vaſquez l.c.cap.2. n.7.ex Soto ll.cc.

14 Reſpondeo, quod omnes ciues in ordine ad conſeruationem ciuitatis, & omnes regniculi in ordine ad conſeruationem regni tenētur ex vi legis naturalis ratione Iuſtitiæ legalis ad cōſeruationem regni, ſicut pars tenetur ad conſeruationem totius. Vnde bonū proprium particulare poſtponendum eſt bono cōmuni, conſeruato tū debito ordine charitatis. At quia hoc adeo verum eſt, vt vita ipſa pro defenſione ciuitatis, vel regni ab indiuiduo ponenda ſit; dummodo vtile commune maius ſit quam vita indiuidui: ſic enim videmus cætera membra occurrere ſaluti totius corporis, etiam cum ſui deperditione. Ideo communitates conſtituunt nonnullos milites, qui ſe obligant ex vi contractus (qui an ſit innominatus nempè facio vt des, vel ſit inſtar religionis cum religioſo, non eſt huius loci diſputare; vide tamen Syluestr.verb.Bellū 1.n.8.ver.quarto.Molinā tract.2. de Iuſt.diſp.116. Criſpolū in ſuis caſibus militaribus caſu 1. Cieſpes de dubijs militaribus dub. 3.) ad ſubeundum omnia pericula, etiam cū vitæ diſpendio pro defenſione huius ciuitatis, vel regni, ſeu huius totius; qui contractus, & obligatio eſt iuriſgentiū. Deinde hæc communitas, ſeu hoc totū habens hos milites obligatos conſtituit Ducem exercitus, qui Dux exigit ab his militibus quod neceſſarium eſt pro defenſione huius totius, ſeu corporis. Quādo igitur Dux præcipit huic militi, vt excubias agat, vel ſtationem teneat cum vitæ periculo, tunc exigit ab hoc milite quod tenebatur præſtare ex vi contractus, ad quem contractū miles tenebatur ante præceptum Ducis; & non ſolum hic miles, qui actu excubias agit, tenetur; ſed etiam ille alius miles, qui ſe obligauit ad militādum pro hoc corpore, ſeu ciuitate, & Dux nunc exigit ab hoc, deinde ab illo alio &c. Et etiam ſi ſemper ab vno exigeret, non peccaret contra Iuſtitiā commutatiuam, ſed diſtributiuam vt patet. Exemplo res declaratur. Si princeps haberet nōnullos debitores obligatos, & ad exigendum hæc credita conſtitueret aliquem ſuum agentem, ſeu procuratorem, qui vniformiter diſ-

formiter ab his debitoribus exigeret; ſi agens ſeu procurator exigit non vniformiter difformiter, ſed totum debitum ab vno,& non ab alio, tenetur hic debitor totum debitũ ſoluere nunc,& alius debitor non tenetur nunc; quia talis agens, ſeu procurator ab alio debitore debitum non poſtulat, etſi teneatur ex vi contractus. Sic etiam diſcurrendum eſt in caſu noſtro.

Tenetur igitur miles obedire Duci militiæ etiam cum periculo vitæ, non ex vi præcepti Ducis,ſed ex vi contractus iuriſgentium; & eſt manifeſta ratio cur potius hic miles nunc teneatur,& non ille,vt dixi.Sic etiam dicendum eſt de Parocho,qui tenetur tempore peſtis aſſiſtere in propria Parrochia cum vitæ periculo ex præcepto Epiſcopi,vide Vaſquez ipſum l.c. diſp. 161. cap. 3. num. 18.verſ. ad tertium exemplum &c. & inuenies aliam rationem.

15 Ad Confirmationem de exemplo Carthuſianorum dico, quod Carthuſianus habet alios cibos æquiualentes cibis carnium, vt probat Arnoldus de Villanoua Theologus, & Medicus doctiſſimus in opuſculo ſuper verſ. 13. pſ.68. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant &c.vt refert Ioãnes Andreas in cap. Conſilium de obſeru. ieiun. & oppoſitum dicere falſum, temerarium, & hæreſim ſapiẽs probat idem auctor. At quando Carthuſianus eſſet euidenter certus ad ſuæ vitæ ſubſtentatiõe neceſſariam eſſe carnium comeſtiõe (quod poteſt duobus modis contingere, vel per reuelationem Angelicã, vel Diuinam; vel quando non haberet alios cibos niſi carnium, & fame periret, niſi hos comederet)tũc dico,quod tenetur Carthuſianus hos cibos comedere. Tũ quia illicitũ, & à natura prohibitum, imò etiam difficillimum, & à regula non expreſſum non poteſt dici, quod regula comprehendat.Tum quia hoc idem videtur expreſſum in cap.cũ ad Monaſterium de ſtatu Monac.argumento tex. in cap. conſilium de obſer. ieiun. & can. Carnem de conſecr.diſt. 5. Quid vero dicendum ſit quando ſcãdalum adeſt,vide Salas de leg.tract. 14.diſp.11.ſect. 2. à num. 22. & num. 28.Vaſquez l.c.diſp.161.cap.4.n.17.

Dices quarto ex eod. Caiet.l.c.Homo tenetur potius mori,quam contrahere matrimonium ſine diſpenſatione cum ſorore conſobrina; & tamen hoc ſolo poſitiuo iure eſt prohibitum. Similiter ſacerdos tenetur mori potius quam miſſam celebrare abſque calice, corporali,altari,& lumine,veſtibus ſacerdotalibus,& alijs requiſitis ex iure humano.Hæc Caiet.ibi.

Reſpondeo cum Soto in 4. diſt.22. q.1.art.4. & lib.1.de iuſt. q.6. art. 4. in fin.Vaſquez l.c.diſp.161.cap.3.n.17.

16 Ad primum exemplum nullum eſſe peccatum matrimonium contrahere metu mortis cum cõſanguinea in gradu prohibito à lege eccleſiaſtica, ea ſolum ratione, quia matrimonium cõtrahatur; hoc enim ſolo iure eccleſiaſtico prohibitum eſt, quod cum periculo vitæ non obligat;peccaret deinde talis contrahens ſi ad talem cõſanguineam accederet;quia cum matrimoniũ eſſet nullum,accederet ad non ſuam. Itaque Vaſquez, & Sotus cognoſcunt duo Iura eccleſiaſtica, vnum quo prohibetur ne verbis contrahatur matrimonium inter conſanguineos in gradu prohibito; alterum ius, quod matrimonium iam contractum annullat,ſeu irritat. Qui verbis contrahit,contrahit contra Ius eccleſiaſticum, ſed nullam committit culpam, ſi per vim hoc agit; at matrimonium eſt nullum, ratione alterius prohitionis.Etſi inſtabis,quod Idem Ius poſitiuum prohibet ne verbis talia matrimonia contrahantur, & quod contracta ſint irrita. Reſpondet idem Vaſquez, quod verbis contrahere nõ obſtat bono communi. At quod matrimonia contracta in gradu prohibito valida ſint multum obſtat bono communi; Ideo ius irritans hæc matrimonia vim habet, & effectum,etiam ſi inſtet periculum mortis; tametſi ius pro-

prohibens, ne matrimonia contrahantur, cum tanto periculo non obligat.

17 At pace tantorum virorum dicerē. Quod talis affinis, ſeu conſanguineus eſt inhabilis ad contrahendum cum tali affine, ſicut eſt inhabilis ad alios contractus filiusfamilias, pupillus, ſeruus &c. Igitur Ius poſitiuum non prohibet, vt hi non contrahant; quia ſi ſic prohiberet, illicitè contraherent ratione prohibitionis, ſed valide; nā cū contractus ſint de iure gentium, non poſſet ius poſitiuum contractum validum irritare: tunc.n. curreret argumētū, ſi ꝑ vim cōtraheret, nec illicitè, nec inualide contraheret; non illicitè, quia Ius Eccleſiaſticum non obligat cum periculo vitæ; non inualide, quia haberet omnia requiſita neceſſaria ad contractum; ideo enim diximus ſupra quod voluntas coacta ſufficit ad obligationem contractus. At ius poſitiuum inhabilitat hos ad contrahendum; vnde quando eis vis infertur vt contrahant, vis infertur vt faciant quantum poſſunt, ac ſi eſſent in propria libertate; cum vis illata ſit huic indiuiduo quod contrahat, non vero Eccleſiæ, vt hunc contrahentem habilitet. At tales poſiti in libertate, & vt præciſi à tali vi, etiam ſi voluntatem liberam habeāt contrahendi, non poſſunt contrahere, & cōtractus eſt nullus ex defectu contrahentis: igitur vis non poteſt hos habilitare, ſed requiritur diſpenſatio Pōtificis, ſicut in contractu filijfamilias requiritur conſenſus patris, pupilli tutoris, ſerui Domini ſui, & ſic de cæteris. Poteſt igitur conſanguineus contrahere matrimonium ob metū mortis cum conſanguinea ſine diſpenſatione; quia tunc cogitur non ad matrimonium contrahendum, ſed ad actum nullum, & ſic nullo modo facit contra legem prohibentem.

18 Ad ſecundum exemplum de ſacerdote celebrante ſine calice &c. Reſpōdet idem Vaſquez ſupra nu. 16. quod poſſit ſacerdos omnia illa agere ſine ſcrupulo peccati mortalis, dummodo metus non ſit incuſſus in contemptum legis eccleſiaſticæ; tunc enim vrget bonum religionis, & præceptum diuinū. Ita docent Paludanus in 4. diſt. 13. q. 2. D. Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 6. Non poſſet tamen ſacerdos celebrare ſine veſtibus &c. vt alicui ægrotanti ſacramentum per modum viatici miniſtraret, vel vt populus in die feſto miſſam audiret, etſi præceptum ſumendi Euchariſtiam ſit de iure diuino. Quia non obligat abſolute, ſed exiſtente copia ſacramenti rite, & legitime conſecrati; cum vero deeſt occaſio celebrādi vt præcipit eccleſia, non cenſetur ſufficiens copia ſacramenti &c. eodem modo dicendum eſt de præcepto audiendi ſacrum &c. Hæc Vaſquez. His poſitis.

19 Probatur quod talis peccet mortaliter. Nam talis confeſſarius conſentijt voluntate ſufficiēti ad peccatum mortale contra ius naturæ, vt in primo ſuppoſito: ergo peccauit mortaliter.

Quod vero non ſit denunciandus, & quod non incidat in caſum noſtrum. Probatur, nam denunciatio, & noſtra reſeruatio cum cenſura ſunt pœnæ eccleſiaſticæ, vt in tertio ſuppoſito; & hic talis conſentijt ex metu graui, vt in ſecundo ſuppoſito: at lex poſitiua non poteſt obligare cum periculo vitæ, vt in quarto ſuppoſito, neque cum periculo famæ, cum pari paſſu ambulent, vt ſæpius dixi: ergo hic talis non eſt denunciandus, neque incidit in caſum noſtrum reſeruatum cum cenſura.

Dices primo ex Carena de officio ſanctiſſimæ Inquiſi. p. 2. de confeſſ. ſoll. titulo 6. §. 19. Quod hic confeſſarius inhoneſta perficit cùm fœmina occaſione confeſſionis, & in bulla noſtra Gregoriana compræhenditur habens tractatus, & ſermones inhoneſtos cùm fœminis in confeſſione ſacramentali, vel occaſione eiuſdem.

20 Reſpondeo, quod occaſio confeſſionis eſt arrepta à fœmina ad perficienda inhoneſta cum confeſſario, & confeſſarius in ordine ad hanc arreptionē

ſe habet mere paſſiue, cum ipſe acceſſerit animo audiẽdi peccata illius fœminæ tantum. Et ſic non confeſſarius occaſione confeſſionis tractatus, vel ſermones inhoneſtos habuit, ſed fœmina; cum ergo bulla Gregoriana loquatur de confeſſarijs habentibus tractatus inhoneſtos occaſione confeſſionis, non vero de fœminis, conſequenter nec hæ, nec illi ſunt denunciandi &c. Tanto magis, quia ratione metus conſtitutio Gregoriana non obligat, vt dixi in quarto ſuppoſito.

Dices ſecundo ex eod. Carena l. c. num. 96. & 97. Quod talis metus eſt leuis, quia non debet in eo caſu damnũ aliquod probabile timere confeſſarius ex acclamatione illius fœminæ, ſed Deum præ oculis habere &c.

Reſpondeo, quod infamia facti eſt graue damnum, vt in ſecundo ſuppoſito, & ex tali vociferatione non probabiliter, ſed ſimpliciter amittitur; deberet quidem confeſſarius habere Deũ præ oculis, & peccatum non committere; ſed poſito quod peccet, non eſt denunciandus, vt dixi.

Dices tertio, etiam ſi confeſſarius ſit ſollicitatus à pœnitente, & conſentit eſt denunciandus: ergo etiam in caſu noſtro.

21 Reſpondeo tranſeat antecedens, cũ probabile ſit quod non ſit denunciandus, vt probant DD. in reſponſione huius reſolutionis citati; & negatur conſequentia. Quia metus facit ceſſare obligationem legis poſitiuæ, vt dixi. Et cum in caſu noſtro metus ſit, non vero in ſimpliciter conſentiente, ideo in caſu noſtro non eſt denunciandus confeſſarius ſollicitans; eſt tamen denunciandus ſimpliciter cõſentiens.

Dicam tamen vnum; nam durum nimis mihi videtur dicere, quod pœnitens, quæ ſimpliciter eſt auctrix, & inuentrix huius mali, ipſa deinde teneatur accuſare confeſſarium ab ipſa vi inductum ad tantum ſcelus; & deinde confeſſarius coactus ad malum ſit puniendus, & inducens ſit impunita, accuſatrix, & teſtis præcipua. Qua iuſtitia hoc poſſit procedere, ignoro.

SVMMARIVM.

Clerici fori priuilegio gaudentes ſunt in triplici differentia; alÿ ſunt Clerici ſimpliciter, alÿ Clerici coniugati, alÿ Clerici, ſiue Diaconi ſaluatici. n. 1.

Clerici ſimpliciter vt gaudeant priuilegio fori debent incedere in habitu, & tonſura; copulatiuè tamen, non diſiunctiuè, ſecundũ aliquos, quamuis alÿ oppoſitum dicant, & aſcribi ſeruitio alicuius Eccleſiæ de mandato Epiſcopi. n. 2.

Ad iudicem eccleſiaſticũ ſpectat cognoſcere an habitus ſit decens, vel indecens clerico. num. 3.

Clericus habitum non portans ex aliquo accidenti ad breue tempus, vel ratione paupertatis, vel ob aliam iuſtam cauſam gaudet priuilegio fori. n. eod.

Clericus tonſuram non deferens ratione caluitiei, vel ob aliam infirmitatem priuilegium non perdit; ſicut neque illud perdit, ſi tõſurã non defert, ſed habitum tantum, & alicui Eccleſiæ de facto deſeruit de mandato Epiſcopi. An vero peccet tonſuram nõ deferendo dubium eſt inter DD. n. 5.

Clericus qui fori priuilegio in manibus Epiſcopi renunciauit, & in tali ſtatu delictũ commiſit, ſi poſtea habitum reaſſumit, etiã contradicente Epiſcopo, & prohibente ſub pœna excommunicationis, adhuc gaudet priuilegio fori, tam ſi reaſſumat, quam ſi clericalem habitum ſimpliciter ſumat etiã in fraudem. Imò etiamſi à iudice ſæculari ſit præuentus per proceſſum, capturam, aut per fideiuſſionem de ſe præſentando; gaudet tamen quoad perſonam tantum, non quoad bona: dũmodo bona ſint per ſe obligata, non ratione perſonæ. n. 5.

Clericus delictum committens tempore clericatus, & poſtea vxorem ducens fori priuilegium non amittit. n. eod.

Clericus inſeruiens alteri Eccleſiæ, quam aſcriptæ, etiamſi ſit Cappella tradita ab Epiſcopo in Oratorium Confraternitati laico-

laicorum, adhuc gaudet priuilegio fori. Seruitium tamen debet eſſe in diuinis, non bis, aut ter, ſed cum morali perſeuerantia. Mandatum vero Epiſcopi debet eſſe expreſſum, ſufficit autem ſi ſit oretenus; fierique debet tempore ordinationis, non extra. num. 6.

Clericus non aſcriptus Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, ſed de facto illi inſeruiens, adhuc fori priuilegio gaudet, ſecundum multos. Imò etiamſi non inſeruiat, ſi tamen per paucas vices proceſſionibus, & choro interfuit, & in ſynodo obedientiam dedit, adhuc fori priuilegio gaudet. num. eod.

Clericus nec habitum, nec tonſuram deferens, nec Eccleſiæ inſeruiens, ſi beneficium Eccleſiaſticum poſſidet, adhuc fori priuilegio gaudet, etiamſi clericatui renunciauerit. n. 7.

Vt beneficiatus gaudeat ſufficit ſi titulum, & collationem habeat ſine poſſeſſione, & à fortiori ſi poſſeſſionem ſine redditibus; imò gaudet quamuis beneficium ſit inualidè obtentum, ſi tamen poſſeſſionem habet; imò gaudet ſiue beneficium ſit magni, ſiue modici valoris n. eod.

Qui Cappellaniam perpetuam, vel Coadiutoriam à Papa, vel Fratantiam pro comitandis cadaueribus ab Epiſcopo habet, adhuc gaudet. An vero, qui pentionem ſuper aliquo beneficio habet fori priuilegio gaudeat, diſputant DD. n. eod.

Clericus tandem ſiue bene, ſiue male ordinatus ſi in habitu, & tonſura incedit, & alicui Eccleſiæ inſeruit, gaudet fori priuilegio. n. 8.

Ordinatus ab Epiſcopo non ſuo ſine litteris, vel cum litteris dimiſſorialibus falſis non gaudet priuilegio fori; ſicut nec gaudet promotus cum litteris dimiſſorialibus Capituli ad minores ordines infra annum à die vacationis Sedis Epiſcopalis. n. eod.

Clerici, qui defectu harum conditionum non gaudent priuilegio fori, adhuc gaudent, ſecundum aliquos, priuilegio. Cap. Odoardus. num. 9.

Clerici coniugati, qui vnicam, & virginem ducunt, & habitum clericalem, & tonſurã deferunt, & alicui Eccleſia inſeruiunt, gaudent priuilegio fori in criminalibus tantũ, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, non in mere ciuilibus. In Regno tamen noſtro ratione conſuetudinis gaudent tam in ciuilibus, quam in criminalibus; imò, ſecundum aliquos, gaudent, quamuis nulla conſuetudo adeſſet. n. 10.

Clericus viduam, vel corruptam ducens, etiam ſi alia requiſita habeat, non gaudet hoc priuilegio; gaudet tamen ſi à ſeipſo corruptam ducat. n. eod.

Clericus Græcus ſemper gaudet priuilegio fori, ſiue ante, ſiue poſt matrimonium ordinetur, ſiue habeat, ſiue non habeat requiſita prædicta. n. eod.

Clericus coniugatus habitum dimiſſum reaſſumens gaudet, etiamſi citatus pro debito ciuili, & ob contumaciam condemnatus habitum ſecluſa fraude reaſſumat, & alicui Eccleſiæ inſeruiat. Imò etiamſi pro crimine carceratus, ſi è carceribus fugiat, & habitum reaſſumat, & alicui Eccleſiæ inſeruiat gaudet fori priuilegio, ſecundum Dianam. n. eod.

Clerici, ſiue Diaconi ſaluatici ſunt perſonæ quædam ſeruitio Eccleſiarum, vel Epiſcoporum deputatæ, quæ gaudent fori priuilegio in criminalibus, in ciuilibus vero quoad corporis diſtrictionem tantum, & quoad onera perſonalia, non vero gaudent priuilegio canonis, vel exemptione gabellarum: gaudent tamen dummodo per ſe ipſas, & gratis inſeruiant, & ſint bonæ conditiones, & famæ. n. 11.

Nomine clericorum in caſu noſtro veniunt, non tam clerici in minoribus, & ſacerdotes, ſed etiam omnes præfati clerici ſiue coniugati, ſiue ſaluatici; qui omnes exempti ſunt à iuriſdictione laicali. n. 12.

Clericorum appellatione in fauorabilibus veniunt etiam Regulares, & Religioſi n. 13.

Præter clericos, & religioſos dantur aliæ perſonæ fori priuilegio gaudentes, vt ſunt Nouitij religioſorum, quamuis impuberes. Conuerſi, vulgo dicti fratres laici. Oblati, qui ſe, & ſua in totum religioni tradiderunt; ſicut etiam Deputati ad aliquod hoſpitale auctoritate Ordinarij fundatum. num. 14.

Fratres, & Sorores tertij Ordinis Sancti Franciſci ſiue in communitate viuentes, ſiue in proprijs domibus voto caſtitatis emiſſo; ſicut etiam Tertiarij collegialiter viuen-

viuentes, aut cum clauſtralibus habitantes gaudent etiam hoc priuilegio. n.15.

Homines, qui aſſumpto religioſo habitu adhibentur ad Monialium ſeruitia; ſicut etiam Eremitæ in communitate viuentes, vel ſub certa regula Epiſcopo loci ſubiecti, & cum habitu religioſo incedens gaudent etiam hoc priuilegio. n.16.

Viuentes in communi ſub aliquo Prælato more religioſorum ex tacita, vel expreſſa Summi Pontificis approbatione cum certa regula, & conſtitutionibus approuatis, vt ſunt fratres laici noſtræ Congregationis, & aliarum, gaudent fori priuilegio; quamuis in ea Congregatione profeſſio non emittatur. num.17.

Particula, Nec, diſiunctionem aliquando demonſtrat. n.eod.

Poteſt Pontifex ex iuſta cauſa laicos à poteſtate ſæculari eximere. n.eod.

Milites religioſi auctoritate Papæ erecti gaudent hoc priuilegio, tam ſi ſint in loco Commendarum, quam extra; imò etiam Nouitij harum religionum; ſicut vxores horum militum, etiam poſt mortem viri. num.18.

Vxores, & filij legitimi, & naturales clericorum, ſecundum multos, fori priuilegio gaudent, contrarium tamen eſt vſu receptum. Familiares Epiſcoporum etiam Titularium, ſicut familia Inquiſitorum, Vicarij, Nuntij, ſeu Legati Apoſtolici, vel familia eorum, qui habent iura Epiſcopalia gaudent etiam hoc priuilegio, ſecundum Dianam. n.19.

Superiores, ſiue Iudices locorum poteſtatem ſæcularem habentes, qui perſonas quaſcunque eccleſiaſticas ex prætenſo eorum officio ad illorum tribunal præter iuris canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, incidunt in excommunicationem bullæ cœnæ; in quam non incidit pars, quæ inſtat vt eccleſiaſticus trahatur; quamuis incidat in ſynodalem excommunicationem: dummodo ſcienter id faciunt. num.20.

Nec Iudices trahentes ad eorum tribunalia clericos, quod ſecundum iuris diſpoſitionem trahere poſſunt, incidunt in bullam cœnæ; nec pars quæ hos trahi facit, incidit in ſynodalem excommunicationem. n.eod.

Clerici, qui ſecundum iuris diſpoſitionem à Iudice laico cognoſci poſſunt, ſunt clerici depoſiti, ſiuè degradati realiter; item Bigami, ſiue bigamia ſit vera, ſiue interpretatiua. num.21.

Clerici conueniri poſſunt coram Iudice laico in cauſa feudi, ſi agatur de proprietate, & poſſeſſione feudi, non autem de ſatisfactione domino feudi facienda. Item qui poſt patratum delictum habitum clericalem in fraudem fori ſæcularis ſumunt; quamuis oppoſitum ſit probabilius. Item in cauſa reconuentionis, etiam ſi deſiſtere velint ab actione contra laicum intentata. Item in bonis regalibus, quæ ſemper dantur cum conditione, vt illorum controuerſia coram Iudice laico definiatur. Item clerici citati ſi ſua putauerint intereſſe, quo caſu ſi compareant, & declinatoriam non opponant, tenentur ſtare iudicio; ſi verò declinatoriam opponunt, vel non comparent, Iudex laicus redditur incompetens. Item clerici hæredes laici citati ad finiendam litem cum laico mortuo cœptam. num.22.

Clerici etiam, in ſacris, ſi dimiſſo habitu, vel illo non dimiſſo poſt trinam Epiſcopi monitionem ſe enormibus immiſceant, à Iudice laico cognoſci poſſunt; poſt tamen Epiſcopi ſententiam. Quæ autem ſint crimina enormia arbitrio prudentis ſunt remittenda. n.23.

Clerici aſſaſſini, dummodò conſtet de aſſaſſinio per iudicialem declarationem Iudicis Eccleſiaſtici, puniri poſſunt à Iddice laico. Item clerici publicè exercentes officium tabernariorum, ſiuè macellariorum, ſi poſt trinam Ordinarij monitionem non deſiſtunt, ab eodem Iudice laico cognoſci poſſunt. numero 24.

Clerici in hæreſim repetitam lapſi à Iudice laico cognoſci poſſunt; ſicut etiam falſarij litterarum Apoſtolicarum, vel conſpirantes in Epiſcopum; dummodò tamen ſint incorrigibiles. Item omnes alij incorrigibiles, qui ter moniti ſub excommunicatione, adhùc in crimine perſeuerant; de conſuetudine verò quando delictum eſt nimis atrox Curiæ ſæculari traditur nulla incorrigibilitate expectata. n.25.

Clericus poteſt item conueniri coram iudice laico, quando ſæcularis quæritur quod eum infamat; cum tunc ſæcularis ſit potius iudicandus reus, quam actor, quamuis ipſe litem moneat. n.eod.

Iudex laicus poteſt clericos capere, ſi mandatũ ſuperioris eccleſiaſtici habet, vel ſi poſt commiſſum delictum notorium ſint ſuſpecti de fuga, vel pro debito ciuili; dummodo tamen illos capiat ad finem præſentandi iudici eccleſiaſtico, ſintque ſuſpecti de fuga; & dummodo certo ſciat, vel ſaltem dubitet, quod alia bona habeant; nam ſi alia bona non habent incarcerari nequeunt; poteſt etiam illos capere ad obuiandum delicto futuro, vel ſi inueniantur in fragranti crimine, vel quoties canonis priuilegium de iure amittunt. num.26.

Iudex laicus punire, & incarcerare nequit clericos reſiſtentes iuriſdictioni laicali, vel non exhibentes ei ſigna reuerentiæ, vel coram ipſo delinquentes; ſicut probabiliter nec poteſt punire clericum in officio ſæculari delinquentem, nec clericum quem Eccleſiaſticus punire negligit; nec Nouitium cum habitu delinquentem, etiam poſt demiſſum habitum. n.27.

Nec poteſt clericos armis ſpoliare, niſi ſpoliaret vt ſtatim iudici eccleſiaſtico præſentaret; nec clericum in venatione inuentum ſpoliare poteſt canibus &c. Sicut nec poteſt punire clericum vendentem bona contra pragmaticam; nec procedere poteſt contra clericorum animalia in alienis paſcuis inuenta; nec poteſt illos cogere ad deſtruendam, vel reparandam domum ruinoſam, vel plateam mundandam &c. n.eod.

Nec poteſt clericos etiam coniugatos cogere vt vendant frumentum tempore careſtiæ; nec ad reſtituendam poſſeſſionem vi ereptam, vel depoſitum laico. n.eod.

Trahens vt incidat in noſtram cenſuram debet ſcire tractum eſſe clericum; vnde ſi cum ignorantia vincibili de clericatu aliquem ad iudicium ſæculare trahat, non incidit in caſum noſtrum. n. 28.

Lata culpa, vel craſſa ignorantia non ſufficiũt, vt quis dicatur tranſgreſſor, quando lex dolum requirit; tunc autem requirit dolum, quando vult aliquid ſcienter fieri. n.eod.

Eccleſia prærequirens cognitionem obiecti intendit punire actum voluntatis conſequentem talem cognitionem. n.29.

Peccatum in voluntate, non in ſimplici cognitione conſiſtit. n.eod.

Clericus renunciare non poteſt priuilegio fori, & quando de licentia, & conſenſu Epiſcopi renunciat renunciatio nullo modo valet. num.30.

Iudex laicus clerici purgationem admittens, & ſententiam proferens contra illum ſponte ſe ſubijcientem, quamuis malefaciat, non tamen incidit in cau.15. bullæ cœnæ; incideret vero ſi minis, vel ſuaſionibus illum induceret ad ſtandum ſuæ iuriſdictioni. Acta vero, & ſententia contra talem clericum ſunt ipſo iure nulla. n.eod.

Eccleſiaſtici alium eccleſiaſticum ad forum laicale trahentes, & laici conſilium, auxilium vel fauorem ad hoc dantes incidunt in excommunicationem Papæ reſeruatam; imò ſecundum aliquos, in excommunicationem bullæ cœnæ, ſi hæc tractio fiat authoritate iudiciali laica. n.31.

RESOL. LIX.

Si in aliqua diœceſi reſeruatio fieret his verbis. Sint ipſo facto excommunicati ij laici, qui contra diſpoſitionem ſacrorum canonum clericos, quos nouerint, ad forum laicale traxerint conſentiente Reo. Quomodo eſſent intelligenda hæc verba?

1 PRo intelligentia. Nota primo, quod clerici, qui iuxta diſpoſitionem ſacrorum canonum priuilegio fori gaudent, ſunt in triplici differentia. Alij dicuntur ſimpliciter clerici. Alij dicuntur clerici coniugati. Alij clerici, ſiue Diaconi Saluatici.

2 Clerici ſimpliciter, ad hoc vt gaudeant priuilegio fori, debent incedere cum habitu, & tonſura, & aſcribi ſeruitio alicuius Eccleſiæ de mandato ſui Epi-

Epiſcopi. Trid. ſeſſ.23. cap.6. de reform. ſiue cum habitu, & tonſura in aliquo Seminario de licentia Epiſcopi degant;ſiue cum habitu, & tonſura in aliqua ſchola verſentur. Ita deciſum refert Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.2. tit.19. l.1. de foro competenti n.2. Palaus tomo 2. tract. de reuerentia debita eccleſiaſticis diſput. vnic. punct. 2. num.1.

Quod intellige copulatiuè, non diſiunctiuè; vnde ſi deferat habitum, & non tonſuram, vel ſi tonſuram, & non habitum, non gaudet clericus priuilegio fori, ſecundum Ricc. in deciſ. curiæ Archiep.Neap.p.4.deciſ.154. Barboſam de poteſt.Epiſcopi p.12. alleg.12. num.18. Palaum l.c. n.7. etſi oppoſitum ſentiant Marius Antoninus lib.3.reſ.48. n.5.Capiblanca de offic.Bap.pragm.8. cap.3.n. 3. n.28. vide Dianam p.1. tract.2. reſol. 33. & p.4. ract.1.reſol.43.

3 Si vero tonſuram deferat, & habitum non ita decentem, ita vt ſit in controuerſia an ſæcularis, an eccleſiaſticus ſit, ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere an habitus decens, ſeu conueniens ſit clerico, ſecundum Farinac. in praxi criminali q.8. num.34. Marium Antoninum lib.3.reſol.48. n.1.& 2.Stefanum Gratian. diſcept.forenſ. cap.190. num.13. Armendar. d.l.1. de foro competenti n.2. in fin. Barboſam l.c. n.12. & de poteſt. Epiſcopi p.2. alleg.12. n.16.

Si habitum non deferat ex aliquo accidenti ad breue tempus, cum ſolitus ſit eum geſtare, non amittit priuilegium fori. Armendar. l.c. n.2. Palaus l.c. numero 7.

Sicut nec priuilegium perdit ſi habitum non deferat ratione paupetatis, vel ob aliam iuſtam cauſam; probat ex cap. clerici, de vita, & honeſtate cler. Ricc. l.c.n.5. Barboſa l.c.alleg.9. n.16. Debet tamen illum geſtare non ſolum dum Eccleſiæ inſeruit, ſed etiam inter ſæculares dum conuerſatur. Palaus loc.cit. numero 9.

4 Sicut nec priuilegium perdit, qui tonſuram non defert ratione caluitei, vel ob aliam infirmitatem, ſecundum Sanchez de matr. lib.2. diſp.46. num.9. Squillan. de priuil. cleric. cap.7. num.6. Barboſam in collect. DD. in varia loca Concilij Trident. ſeſſ.23. de reformat. cap.6. n.26. in fin. At ſi tonſuram non deferat, ſed habitum, & ſit aſcriptus de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ, & de facto deſeruiat illi Eccleſiæ, gaudet priuilegio fori, ſecundum Dianam par.3. tract.1. reſol.69. An vero peccet mortaliter qui tonſuram non defert diſtinguunt DD. vel eſt in ſacris, vel in minoribus, primum peccare mortaliter putant nonnulli, excuſatur tamen paruitate mareriæ, ſi per paucos dies non deferat; in minoribus vero peccare venialiliter, vide Dianam p.5. tract.5.reſol.60. p.4. tract.4.reſol.183.

5 Sic etiam gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici clericus, qui priuilegio fori renuntiauit in manu Epiſcopi, & in tali ſtatu delictum commiſit, & poſtea habitum reaſſumpſit, etiam cum expreſſa prohibitione Epiſcopi, vel oretenus, vel in Synodo; etiam ſub pœna excommunicationis; tunc enim illicitè ſed valide reaſſumeret: dummodo tamen alicui Eccleſiæ deſeruiat, ſecundum doctiſſimum, & amiciſſimum Donatum Antonium de Marinis reſol. quotid.cap.49. & 50. Caſtrum Palaum to.2. de reuer. debit. Eccleſ. diſp.vnic. pun.3. numer.2. qui affert deciſionem Sacræ Congregationis. Sellium cap.18. n.20. Riccium p.2.deciſ.167. Barb. in collect. DD. in varia loca Conc.Trid. ſeſſ.23. de reform. cap.6. num.27. Dianam part.4. tract.1.reſol.28.§. Notandum Squillante de priuileg. cleric. cap.6. n.19. Viui. deciſ.512. & ratio eſt tum quia in nullo iure inuenitur talem clericum renuntiantem, & poſtea habitum reaſſumentem non debere gaudere. Tum quia clericis minoribus priuilegium conceditur dummodo beneficium eccleſiaſticum habeant, aut habitum, & tonſuram deferant, &c. ergo quandiu illud habent, priuilegio, gaudent iuxta textus in cap.1. de vita, & honeſt. cleric. & ibi

gl.

gl. ver. Quandiu &c.

Et hoc verum eſt, tam ſi habitum clericalem ſimplicirer ſumat poſt delictum, quam ſi reaſſumat, etiam in fraudem, & ad finem euadendi forum ſæculare, ſecundum Bonac. de leg. diſp. 70.q.2.pūct. 1.§.1.n.8.Dianā p.1.tract. 2.reſol.27.& p.3.tract. 1.reſol. 67. Genuens. in practic.cap.9.n.5.

Quod verum eſt, etiam ſi talis clericus in fraudem ordinatus ſit præuētus à iudice ſæculari per capturam, proceſſum, vel per fideiuſſionem de ſe præſentando coram iudice ſæculari; & hoc quoad perſonam tantum, non vero quoad bona gl. in cap. propoſuiſti de foro competenti verb. Citatus. Layman lib.4.tract.9.cap.4.n.12.quod intellige ſi bona ſint per ſe obligata; ſecus ſi ratione perſonæ. Quando enim clericus hoc in fraudē fecit (quæ fraus eſt à iudice eccleſiaſtico inſpicienda) Iudex laicus dat finem proceſſui incepro, quoad bona vt ſupra obligata. Sic deciſum refert Sellius cap. 18. nu. 17. teſte Barb. in collect. ſuper Conc. Trid.n.31.Layman l.c.n.13.Ita fuit deciſum in S. C. Neap.anno 1586.die 5. Iunij iunctis rribus aulis. Ita de Frāch. decis.384.vide etiā Dianam p.4. tract. 1.reſol.95.qui citar Homobon. in conſult.moral.vol.1.præc.8.p.2. reſp.190. Bartholomęum de Vecchis in praxi nouit. diſp.11.dub.12.n.11. Marthā de iuriſd.p.4.cent.2.caſu 121.à n.22.

Nec obſtat Bulla Syxti incipiens Cū de omnibus &c. apud Rodriquez qq. reg.rom.2.q.3.a.3.

Quia bulla hæc fuit declarata, imo quoad hanc partem annullata à Clemente VIII. vt videre eſt in tom. 3. bullarum in bulla incipiente, In ſuprema pag.mihi 129.

Nec priuilegium fori perdit qui tēpore clericatus delictum commiſir, & poſteà vxorem duxit. Ità Grammat. deciſ.10.de Franch.dec.422. à num.4. vſquè ad 8. Sanchez in opuſc. tom.2. lib 6.c.1.dub.3.Couar.pract.qq.c.31.n. 8.Clarus in §.fin.q.36.n.11.Laymā.l.c. n.14.Quod verum putat etiamſi viduā ducat.Diana p.4.tract.1.reſol.27.

6 Prærer habitum, & tonſuram debet clericus ex mandato Epiſcopi aſcribi alicui Eccleſiæ, vt in Conc. Trid.loc.ci. Verum ſi alteri Eccleſiæ, & non aſcriptæ deſeruiat in diuinis, gauder priuilegio fori; quod verum eſt etiam ſi deſeruiat cappellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo Confraternitati laicorū pro Oratorio eſſet aſſignata. Ricc. p.4.dec.111.n.5.dec.154.n.2. Ricciullus de iure pſonarū lib.2.c.6.n.15.Diana p.1.reſ.moral.tract.2.reſ. 34. Nouarius in ſingular.canonic. concl.92.n.5. Squillāte de priuil. cleric.cap.7.nu.13. Barb.l.c.n.34.

Debet tamen tale ſeruitium conſiſtere in Spiritualibus, & non ſufficit in temporalibus. Nouarius l.c. n. 4. Nec ſufficit inſeruire bis, aut ter, ſed debet habere moralem perſeuerantiā in ſeruiēdo: ſi tamen tale ſeruitiū fuerit interpoſitū aliquo neceſſario impedimento, priuilegium non amittitur. Squillante l.c.n.12.Barb.l.c.n.36. vide Dianam p. 4.tract.1.reſol. 88.

Debet etiam tale mandatum de ſeruiendo Eccleſiæ haberi expreſſum ab Epiſcopo. Menochius de prę ſumpt.lib. 6.præſumpt.16.nu. 41. ſed ſufficit ſi ſit oretenus. Ricc. in praxi fori Eccleſ.dec. 601.in 1.editione, in 2.edit.reſol. 525. Barb.l.c.n.37.

Quod ſi Eccleſiæ non aſcribitur ex mandato Epiſcopi, & de facto ipſi Eccleſiæ deſeruiat, adhuc gaudere priuilegio fori probāt Ricc. p.4. deciſ. 111. n.5.& deciſ.154.n.2. Nouarius l.c.n.5. Squillant.l.c.nu.14. Sell. cap. 18.n. 22. Barb.l.c.n. 38. & ibi inuenies deciſum in duabus declarationibus ſacræ Congregationis. De Marinis quotid. reſol. cap.56.n. 12. Vide Dianam p. 4. tract. 1.reſol.18.Vbi habet declaratum à Sacra Congregatione, quod etiam ſi Eccleſię non deſeruiat, adhuc gaudet priuilegio fori ſi in ſynodo obedientiam præſtitit Epiſcopo, & per paucas vices in choro, & proceſſionibus interfuit.

Batb.l.c.n.37.Diana p.4.tract.1.reſ.18.

Debent tamen aſcribi ab Epiſcopo tempore ordinationis, extra quod aſcribi non poſſunt. Garſias de beneficijs p.2.cap.5.n. 101.

7 Si vero clericus nec habitum, nec tonſuram defert; nec eſt aſcriptus alicui Eccleſiæ, ſed habet beneficium Eccleſiaſticum, adhuc gaudet priuilegio fori, vt in Conc.Trid.ſeſſ.23.de reformatione cap. 6. ſine controuerſia. Vide Barb.in collect DD. in varia loca Conc.l.c.n.13.Dianam p.1. tract.2.reſ. 29. §.quæritur. & p.4.tract.1.reſol. 89. etſi Suarez de cenſ.diſp. 23. ſect.1.nu. 11.videatur affirmare, quod beneficiatus, ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, deberet Eccleſiæ inſeruire.

Et beneficiatus gaudet priuilegio fori, etiam ſi clericatui renuntiauerit. Garſias de beneficijs p.2.cap.2.num.3. Barb.de poteſt.Epiſc. par.2.allegat.12. num.3.

Sufficit tamen ſi habeat titulum, & collationem beneficij ſine poſſeſſione ſecundum Ricc.collect.540.ampl.6. & in praxi fori Eccleſ.deciſ.388.in 1.editione, & in 2.edit.deciſ.347.nu.2. & in deciſ.Curiæ Archiep.Neap.deciſ. 188. p.2.& deciſ.128.p.4. Genuenſẽ cap.7. n.6.Bonac.de leg.diſp.10.q.2.punct.1. §.4.n.12.& de cenſ.in bulla cœnę contentis diſp.1.q.8.ſect.1.punt.6.n.24.Etſi alij DD. putent requiri poſſeſſionem vide Barb.l.c.num.14. & 15. Dian.p.1. tract.2.reſol.29. Caſtrum Palaum l.infra cit.n.5.

Imò à fortiori non amittit forum clericus, qui habet titulum, & poſſeſſionem ſine redditibus. Craſſus de effect.cleric.effect.1.n.1224.Diana lo.ci. reſol.30.Barb.lo.ci.nu.18. & de poteſt. Epiſc.p.2.alleg.12.nu.7.Genuenſis l.c. cap.7.in fin. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep.Neap.deciſ.7.& in praxi fori eccleſiaſt.reſol.327.verſ.ſufficeret.Garſia de beneficijs p.1.cap.6.n.37. & p.2.ca. 2.n.3.

Sicut ſi habet beneficium, ſed inualide obtentum, dummodo de eo habeat poſſeſſionem. Thorus in compẽd. deciſ.Neap.verbo Clericus pag.94.De Franchis deciſ.189.Barb.l.c.n.16. Diana p.3.tract.1.reſol.62.

Vel ſi habet beneficium modici valoris, adhuc fori priuilegium nõ amittit. Riccius in collect. deciſ. p. 3. coll. 540.verſ.amplia octauo, & in praxi fori eccleſiaſt. reſol. 327. verſ. ſufficeret tertio. Genuenſis cap.7.in fin.Barb.lo. c.n.17.

Sic etiam qui habet Cappellaniam collatiuam, & in perpetuum titulum collatam; ſicut qui obtinuit coadiutoriam à Papa, vel fratantiam pro comitandis cadaueribus in noſtra ciuitate ab Ordinario, gaudent priuilegio fori.Barb.l.c.n.19.20. & 21. & de poteſt. Epiſc.p.2.alleg.12.à nu.9.vſque ad 11. Genuens.cap.7.n.9. Diana p.1.tract.2. reſol.31. à Caſtro Palao tom. 2. de reuerentia debita eccleſiaſticis diſp.vnica punct.2.nu. 3. Marchinus de ordine tract.2.p.6.cap.4.diſt.5.num.28. in fin. qui citat Genuenſẽ in praxi Neap.cap. 83.num. 9. Iulium Cæſarem Madium de ſacris ordinibus cap.5.n.20.

Qui vero habent pentionem ſuper aliquo beneficio, aliqui DD.ſimpliciter putant, quod gaudeant priuilegio fori; alij ſimpliciter negaut; alij dicunt hos gaudere, dummodo pentio excedat ſummam ducatorum ſexaginta de camera; alij ſufficere ſi pentio ſit loco tituli beneficij, nam tunc quis dicitur beneficiatus; ſecus vero ſi non ſit loco tituli beneficij; vide Dianam p.1.tract. 2.reſol.31.Barb.in collect.DD.in varia loca Conc.Trid.ſeſſ.23.cap.6. num.22. & 23. & de poteſtate Epiſc. p.2. alleg. 12.num. 8. vide Caſtrum Palaum tom. 2.de reuer.debita eccleſiaſt. diſp. vnic. punct.2.nu. 4. Summam Dianam verb. Clericus quoad forum n.4.

8 Igitur clericus ſimpliciter ſi habet hæc requiſita, ſcilicet, ſi incedit in habitu, & tonſura, & inſeruit alicui eccleſiæ; vel ſi eſt beneficiatus, vt ſupra gaudet priuilegio fori, ſine ſit bene, ſiue male ordinatus, ideſt ordinatus per ſimo-

moniam, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempus, vel ab Epiſcopo impedito impedimento iuris .ſ. interdicto, excommunicato, ſuſpenſo &c. vide Dianam p.4. tract.1. reſol.26. per totam.

Secus vero dicendum eſt de ordinato ab Epiſcopo non ſuo cum dimiſſorijs falſis, vel ſine litteris dimiſſorialibus proprij Epiſcopi; hic enim non gaudet priuilegio fori ex conſtitut. Vrbani VIII. die vndecima Decembris 1624. vide Dianam l.c. Sicut nec gaudet ordinatus cum litteris dimiſſorialibus Capituli ſede vacante ad minores ordines promotus infra annum à die vacationis, vt in Conc.Trid.ſeſſ.7. cap.10. de reformat.

9 Clerici vero, qui non gaudent priuilegio fori defectu ſupradictarum conditionum, gaudent priuilegio cap. Odoardus de ſolut. ſecundum Molfeſ. in ſumm. tom.2. tract.2. cap.3. num.18. Barb. de poteſt. Epiſc. p.2. alleg.12. num. 32. in fin.

10 Clerici vero coniugati gaudent priuilegio fori, ſi habitum, & tonſuram deferunt, & alicuius Eccleſiæ ſeruitio, ſeu miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, vt ex Concil. Trid. l.c.

Et quia in Concil. Trid. decreto præcipitur obſeruari conſtitutionem Bonifacij VIII. in cap. Vnico, de cleric. coniug. in 6. Ideo clericus coniugatus ad hoc vt gaudeat fori priuilegio, debet cum vnica, & virgine matrimonium contrahere, debet habitum, & tonſuram deferre, & ſeruire alicui Eccleſiæ: & gaudet in criminalibus tantum, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter pro crimine agatur, non vero in merè ciuilibus. Vide Layman lib.4. tract.9. cap.7. n.4. De Marinis quotid. reſol. cap. 58. Barb. de poteſt. Epiſc. p.2. alleg.18. n.25. & collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ.23. de reform. cap.6. n.46. Sanchez de matrimonio lib.7. diſp.46. n.22.

Clerici coniugati in Regno Neapol. ratione conſuetudinis gaudent tam in criminalibus, quam in ciuilibus, vt dixit Sacr. Congreg. immunitatis 1630. Barb. collect. cit. num.49. in fin.

Immo nonnulli DD. tenent, quod ſimpliciter clerici coniugati, tam cum conſuetudine, quam ſine, gaudent priuilegio fori, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus. Ita ſentit Camillus Borrellus in addit. ad Vellugam in Speculo Principis rub. 11. §. videamus lit. A, Cœpol. in conſuet. criminal.10. verſ. ſuper tertio. Zanard. in direct. confeſ. par. 1. de ſacram. matr. c.23. quæſt.24. Carolus de Graſſis de effect. clericatus eff. 1. num.181. Ceuall. de cognit. per viam violent. p.2. q.73. n.4. Martha de iuriſd. p.4. caſu 159. num.5. Riccius in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. p.3. deciſ.170. & p.4. deciſ.320. num.5. Duard. in bulla cœnæ lib.2. can.15. q.4. concl.3. nu.12. Diana p.1. tract.2. reſol.50. & p.4. tract. 1. reſol.78. Bonac. de cenſ. in bulla cœnæ diſp.1. q.16. punct.3. n.3. De Marinis c. 58. n.2. Gauantus in Enchirid. Epiſc. ver. clericus n.84.

Clericus, etiam ſi habeat requiſita, & ducat viduam, nullo modo gaudet priuilegio fori. Ita etiam dicendum eſt ſi corruptam ducat. Can. curamus, & can. præcipimus diſt.24.

Si vero ducat clericus à ſeipſo corruptam, gaudet priuilegio fori, quia Can. citati loquuntur de virgine, quæ non fuit corrupta ab eodem clerico. Ita Propoſ. in 3.p. q.2. dub.17. num.134. Diana p.4. tract.1. reſol.27.

Clericus græcus ſemper gaudet priuilegio fori, ſiue ordines ſumat poſt contractum matrimonium, ſiue ante, ſiue habeat requiſita Concilij. Trident. ſiue non habeat, vide Dianam p.5. tract. 1. reſol.26.

Si clericus coniugatus habitum dimittat, & tonſuram, & poſtea illia reaſſumat, gaudet priuilegio fori. Ita Declarauit Sacra Congregatio teſte Cuccho lib.3. tit.9. num.67.

Vnde ſi clericus coniugatus in habitu ſæculari citetur pro debito ciuili, & ob contumaciam condemnetur, ſi ſecluſa fraude habitum, & tonſuram,

Ii 2 reaſ-

reaſſumat, & Eccleſiæ deſeruiat non poteſt incarcerari à iudice laico, aut perſonaliter aſtringi, quia gaudet priuilegio fori, ſecundum Barb. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 12. n. 28. Dianam p. 1. tract. 2, reſol. 8. & p. 4. tract. 1. reſ. 78. §. Notandum &c.

Si clericus coniugatus ſit captus in crimine ſine habitu, & tonſura, & deinde fugiens à carceribus habitum, & tonſuram reaſſumat alicui Eccleſiæ deſeruiens, gaudet priuilegio fori, ſecundum Barb. de poteſt. Epiſcopi par. 2. alleg. 12. num. 29. Dianam l.c. in fin.

11 Clerici, ſeu Diaconi Saluatici, in noſtro Regno Neapolitano, retinentur pro Eccleſiarum, & Epiſcoporum ſeruitio, vel in locum quoquomodo deficientium; aſſumuntur in Cathedralibus, ſeu Superioribus Eccleſijs ad ſummum quatuor; in Collegiatis vero in quibus diuina celebrantur vnus, ſi Epiſcopo videbitur. Et hi debent gratis ſeruire Eccleſiæ, & Epiſcopo, & per ſe ipſos ſeruitium præſtare, non per intermediam perſonam. Debent eligi pro tali ſeruitio, non criminoſi, aut malæ conditionis, & famæ; vnde ſi has conditiones non habent, nullo gaudent priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apoſtolicæ ſeuerum experientur. Si vero habent conditiones prædictas non gaudent priuilegio canonis, nec exemptione gabellarum; vt declarauit Sacra Congregatio Cardin. 10. Kal. Iunij 1632. teſte Paulo Squillante de priuilegijs cleric. cap. 7. dub. 2, num. 4. Nouario de electione fori q. 52. ſub. num. 13. ſect. 2. in vltima impreſſione Neap. Diana p. 3. tract. 1. reſol. 69. Etſi gaudeant priuilegio fori in criminalibus omnino; in ciuilibus vero quoad corporis diſtrictionem tantum, & immunitate ab oneribus perſonalibus, non autem ab alijs. Et his priuilegijs gaudent durante ſeruitio tantum. Sed ſi alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima conſuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in caſu controuerſiæ Sacra Congregatio Cardin. negotijs Regni Neapolitani præpoſitorum ſibi reſeruat; cognitionem vero aliorum præmiſſorum ad Ordinarios remittit. Sic determinatum fuit à præfata Congregatione teſte Riccio in praxi rerum fori Eccleſ. p. 4. reſol. 480. Vide Barb. in collect. in varia loca Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. num. 45.

12 Igitur nomine clericorum non ſolum veniunt clerici in minoribus conſtituti, & Sacerdotes, & è conuerſo; nam Cleros, idem eſt, ac Sors, Can. cleros 21. diſt. & omnes clerici in ſortem domini, & ad diuina vocantur dicto Can. Cleros, & Can. perlectis 21. diſt. cap. cum ſecundum de præbendis cap. 2. de foro competenti. Sed etiam veniunt omnes præfati priuilegiati, qui in caſu noſtro reſeruato comprehenduntur, Vnde ſiue ſit inſignitus prima tonſura, ſiue ſit in minoribus, ſiue in ſacris, ſiue ſit ſaluaticis clericus gaudet priuilegio fori, vt diximus, & conſequenter eſt exemptus à iuriſdictione laicali, c. cum non ab homine de iud. cap. 2. de foro competenti.

13 Nota ſecundo, quod appellatione clericorum veniunt regulares, & religioſi in fauorabilibus, vt eſt in caſu noſtro Alterius tom. 2. diſput. 1. de interdicto cap. 5. verſ. ſecunda propoſitio. Coninck diſp. 17. dub. 1. num. 9. Sylueſter verb. interdictum 2. num. 17. Auila p. 5. diſp. 1. dub. 4. concl. 7. Henriquez lib. 13. cap. 42. num. 3. Vgolinus tab. 5. §. 5. num. 3. Bonac. de interdicto diſp. 5, punct. 1. & tom. 3. diſp. 1. q. 16. punct. 3. num. 9. Armilla verb. interdictum. n. 26.

14 Vnde præter hos clericos aſſignatos ſunt aliæ perſonæ, quæ gaudent priuilegio fori, & includuntur in caſu noſtro, etſi clerici non ſint. Hi ſunt (præter religioſos, & religioſas habentes ſpeciale priuilegium) Nouitijs religioſorum: hi enim etſi religioſi non dicantur gaudent priuilegio fori, cum ſint perſonæ Eccleſiaſticæ ſecundum gl. in cap. religioſo §. quamuis autem de ſentent. excom. in 6. Ita Martha de iuriſd. p. 4. caſu 121. num. 24. Ceual. commun. contra comm. tom. 4. quæſt. 897. num. 1026. Azorius tom. 1. iuſt. moral. lib. 12. cap.

2. q. 2.

2. q. 2. Rodriquez qq. reg. tom. 3. qu. 51. art. 12. Campanil. in diuerſ. iuris canonici rub. 12. cap. 3. num. 27. quod verum eſt etiam ſi nouitij ſint impuberes, vide Dianam 6. p. tract. 8. reſol. 7.

Item Conuerſi religioſorum, qui vulgo dicuntur fratres laici (non quod veri religioſi non ſint, cum emittant tria vota eſſentialia religionis, ſed quia ordinibus carent, & clerici non fiunt, ſicut cæteri monachi, & religioſi) gaudent priuilegio fori, & etiam canonis. Vide Bonac. de cenſuris diſput. 2. q. 4. punct. 1. num. 6. Nauar. in manuali cap. 77. n. 79. Barb. de poteſt. Epiſcopi par. 2. alleg. 12. num. 38. Suarez de cenſ. diſp. 22. ſect. 1. à num. 19.

Item Oblati, qui ſe, & ſua in totum religioni tradiderunt, gaudent priuilegio fori, Martha de iuriſd. p. 4. caſu 113. num. 37. Peregr. var. lib. 6. n. 71. Etiam de delictis ante oblationem commiſſis, Diana p. 4. tract. 1. reſol. 31.

Item deputati auctoritate prælati ad aliquod hoſpitale erectum auctoritate Ordinarij gloſ. in can. quiſquis 17. q. 4. verb. Eccleſiaſticis &c. Vt ſunt Conuerſi, & pœnitentes Templarij, & Hoſpitalarij, qui gaudent priuilegio fori. Valan. conſult. 105. num. 32. Carolus de Graſſis de effect. cleric. effectu 1. num. 117. Barb. l. c. num. 40. Diana par. 3. tract. 1. reſol. 66. qui citat Decianum in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 39. Duardum in bulla cœnæ lib. 2. can. 15. q. 9. Bonac. tom. 3. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 4. num. 2.

15 Item fratres, & ſorores tertij ordinis Sancti Franciſci in communitate viuentes, ſic Barb. l. c. n. 41.

Si vero viuunt in proprijs domibus, & aliquod votum caſtitatis, ſiue vidualis, ſiue virginalis emittunt, vt ſorores tertij Ordinis, gaudent ſecundum Portellium in dub. verb. Tertiarij num. 7. Cherubinum in compend. bullarum to. 1. conſtit. 22. Leonis X. ſchol. 2. Illi vero tertiarij qui collegialiter viuunt, aut cum clauſtralibus habitant, etiam gaudent. Adeſt declaratio Sacræ Congreg. Concil. interpr. de quibus vide multa apud Dianam p. 1. tract. 2. reſol. 84. & p. 4. tract. 1. reſol. 31. §. notandum, & par. 6. tract. 8. reſol. 30. in fin. Bonac. l. c. n. 17.

16 Item homines illi, qui aſſumpto habitu religioſo adhibentur ad ſeruitia, & obſequia monialium, ad petendas pro ipſis eleemoſynas, gaudent priuilegio fori. Alſonſus de Leon. de cenſur. reſol. 5. num. 34. Squill. de priuil. clericor. cap. 6. num. 29. Bonac. in bulla cœne diſp. 2. qu. 16. ſect. 1. punct. 3. n. 18. Bordonus in conſilijs regularium reſol. 28. num. 19. Diana p. 4. tract. 1. reſol. 31. & par. 6. tract. 8. reſol. 7. verſ. Nec etiam.

Item Eremitæ ſi in communitate viuunt, vel ſi ſub certa regula Epiſcopo loci ſubiecti, ſeu certum modum viuendi tenet, & cum habitu religoſo incedunt, & alicui loco ſacro ex ſpeciali obligatione Epiſcopo, vel alteri Prælato ſubiecti ex voto, vel ex peculiari promiſſione, gaudent immunitate eccleſiaſtica. Ita Alterius tom. 1. de cenſ. diſp. 16. lib. 5. cap. 1. verſ. Ad hanc difficultatem col. mihi 676. Martha de iuriſd. 4. p. caſu 113. Nauar. in ſumm. cap. 27. num. 79. Diana 4. p. tract. 1. reſol. 35. & alij quos citat, & ſequitur Bonac. tom. 3. diſput. 1. q. 26. ſect. 1. punct. 3. n. 18. verſ. Ex quo vlterius &c.

17 Item ij qui viuunt in communi ſub aliquo prælato more religioſorum ex tacita, vel expreſſa Summi Pontificis auctoritate cum certa regula, & conſtitutionibus approbatis ab eodem Summo Pontifice, quamuis in ea congregatione profeſſio non emittatur. Ita Bonac. l. c. Alfonſus de Leon. l. c. n. 28. arg. tex. in c. non dubium, & ibi gloſ. de ſent. excom. & tex. in clem. 1. de religioſis domibus; vbi habetur quod Beguinę non ſunt religioſę, quia nulli promittunt obedientiam, nec proprijs renuntiant, neque profitentur aliquã regulam approbatam &c. ergo ſi promitterent alicui ſuperiori obedientiam, aut proprijs renuntiaſſent, aut profiterentur, certam regulam, eſſent dicendæ religioſæ. Sed viuentes in congregatione habente certam regulam approbatam à Sum-

à Summo Pontifice, profitentur certam regulam &c. ergo ſunt dicendi religioſi, & conſequenter gaudent priuilegio fori. Particula enim, Nec, diſiunctionem demonſtrat in caſu noſtro. Ideo enim gloſ. ibid. verb. obedientiam concludit, quod Tertiariæ Sancti Franciſci &c. gaudent immunitate eccleſiaſtica, quia promittunt obedientiam, & habent regulam, non proprie, ſed quendam modum viuendi per Sedem Apoſtolicam approbatum; &c. ergo tex. eſt intelligendus diſiunctiuè, non copulatiuè. Patet etiam ratione, nam hi congregati integrant vnum corpus ex licentia Pontificis, vt in eorum conſtitutionibus, ſed corpus totum ſubijcitur Ordinario locorum ex ſpeciali priuilegio, vt patet in noſtris conſtitutionibus approbatis à Gregorio XV. & ab Vrbano VIII. ergo fratres noſtræ Congregationis, ſicut etiam Congregationis Oratorij ſunt ſubiecti Ordinario, & conſequenter gaudent priuilegio fori. Adeſt declaratio Congregationis Eminentiſs. Cardinalium Concil. Trid. interpetrum ſub die 17. Auguſt. 1623. ſub Greg. XV. pro Congregatione Patrum doctrinæ Chriſtianæ Lauriti in ditione Capacij; poteſt enim Pontifex eximere à poteſtate ſæculari ex iuxta cauſa laicos, vide Dianam p.6. tract.2. reſol. 7. in fine.

18 Religioſi vero milites erecti authoritate Papæ gaudent priuilegio fori, ſic Equites Sancti Ioannis. Barb. l.cit.num. 45. Etiam illi qui ferunt mediam crucem ſecundum Ricc. tom.4. reſol.177. num.3. quicquid alij contra dicant. Vide Dianam p.3. tract.1. reſol.51.&p.4. tract. 1. reſ.86. Sic etiam milites Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, Monteſæ, Sancti Stefani, & Sancti Lazari, & ordinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti; maxime ſi habuerint præcepturam militarem, vulgo *Commenda*, aut aliquam tenentiam, ſeu panem ciuilem cum habitu illius ordinis, vulgo *Tenſa*, Barb. l.c. num.45. Et gaudent etiam extra loca commendarum, cum priuilegium ſit perſonale, ſeu perſonæ, non loci. Diana par. 4. tract.1. reſol.46. & 86. Gaudent etiam priuilegio fori harum religionum Nouitij, & horum militum vxores, etiam poſt mortem viri, quamdiu viduæ, & honeſtè vixerint. Vide Dianam par.6. tract.8. reſol.6. Fagundez de iuſt.& contract.lib.5.c.11. num.28. Sanchez in opuſc. tom.2. lib.6. cap.1. dub. 3. num.2. qui omnes dicunt, quod hæ viduæ gaudent etiam exemptione gabellarum.

19 Multi putant quod gaudent priuilegio fori vxores clericorum, & filij ex legitimo matrimonio nati, durante vita Patris. Diana p.1. tract.1. reſol. 7. & 45. & p.4. tract.1. reſol.11. & 41. Mancipia, & ſerui clericorum in perpetuum, etiamſi ſint infideles. Diana p.3. tract.1. reſol. 47. Verum contrarium eſt vſu receptum, vt videre eſt apud Bonacinam tom.3. diſp.1. q.16. punct.3. num.8. Familiares Epiſcoporum etiam Titularium gaudere hoc priuilegio putant nonnulli cum Diana p. 1. tract. 2. reſol.98. & p.3. tract.1. reſol. 12. & p.4. tract.1. reſol.30. & p.6. tract.2. reſol.2.3. & 10. Et in delictis immunibus, & extra officium commiſſis. Diana par. 5. tract.1. reſolut.1.6. & 25. & p.6. tract.2. reſolut. 4. & par.4. tract. 1. reſol.30. verſ. Notandum &c. & reſolut. 17. & in ſumma verb. Immunitas eccleſiaſtica à nu. 19. Sicut etiam dicunt gaudere hoc priuilegio Familiam inquiſitorum, Familiam habentis territorium, & iura Epiſcopalia, Familiam Vicarij Epiſcopi. vide Dianam par.3. tract.1. reſol.86. Sicut etiam dicunt gaudere hoc priuilegio fori Familiam legati, ſeu Nuntij Apoſtolici, vt videre eſt apud Dianam p.6. tract.2. reſol.2. & tract. 8. reſol. 2. in fin.

20 Nota tertio, quod Superiores, ſeu Iudices, & quæcunque perſonæ officium ſeu poteſtatem ſæcularem habentes, quæ ex prætenſo eorum officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcumque perſonas eccleſiaſticas, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcumque coram ſe, ad ſuum tribunal au-

Audientiam, Cancellariam, Concilium, vel Parlamentum, præter Iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, ſunt excommunicatæ in bulla cœnæ Domini vt videre eſt in diplomate n. 15. Quod intellige dummodo ſcienter hoc faciant, per verbum, Ex prætenſo eorum officio &c. Et hoc intellige etiam de iſtorum miniſtris, vt bene Alterius tom. 1. diſp. 16. lib. 5. cap. 1. col. 680. verſ. trahunt. Bonac. tom. 3. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 4. num. 13. verſ. quarto.

Non tamen in hanc cenſuram in bulla cœnæ expreſſam incidit pars, quæ inſtat vt perſona eccleſiaſtica trahatur ad ſæculare tribunal; cum bulla loquatur tantum de poteſtatem habẽtibus trahẽdi, per illa verba Ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis &c. & verba illa, coram ſe, ad ſuum tribunal &c. Pars enim non poteſt tali modo trahere, ſed qui iuriſdictionem habet, ſicut nec qui clericum citat; vt bene Vgolinus de cenſ. p. 2. cap. 15. §. 1. num. 11. verſ. Decimo &c. Bonac. tom. 3. de cenſ. in bulla cœnæ diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 4. num. 11. Alterius diſp. 16. cap. 1. col. penul. verſ. Hinc ſequitur &c.

Incidit tamen in cenſuram ab Epiſcopis, & præſertim ab Archiepiſcopo noſtro reſeruatam, ſi intra illorum diœceſim pars inſtat trahi clericum ad tribunal ſæculare, vt patet in pagella reſeruationis.

Quod intellige dummodo ſcienter hoc faciat per illa verba, Clericos quos noverint &c. & ſcientia etiam requiritur in iudicibus, & officialibus ad incurrendam cenſuram in bulla cœnæ, per illa verba, ex prætenſo eorum officio &c. vt bene Vgolinus l. c. num. 4. argumento tex. in cap. Apoſtolicę de cleric. excom. miniſtr. & in cap. fin. de conſtitut. in 6. Nec iudices iudicantes clericos qui ſponte ſiſtunt ad tribunalia ſæcularia; inciderent tamen in aliam cenſuram etiam papalem in bulla cœnæ expreſſam num. 19. vide Bonac. to. 3. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 4. n. 4.

Nec incidunt in excommunicationem in bulla cœnæ Iudices, & cæteri officiales, qui clericos trahunt, quos ſecũdum Iuris diſpoſitionẽ trahere poſſunt ad ſua tribunalia. Nec pars quæ hos trahi facit incidit in diœceſanã excommunicationem, vt patet ex verbis Bullæ, Præter Iuris Canonici diſpoſitionem, & verbis pagellæ reſeruationis, Qui cõtra diſpoſitionem ſacrorum canonum.

21 Clerici, qui ſecũdum diſpoſitionem canonum poſſunt cognoſci à iudice laico, ſunt.

Clerici depoſiti, ſeu degradati realiter, tunc enim traduntur brachio ſæculari iudicandi, & puniendi. cap. degradatio de pœnis in 6. per degradationẽ enim realem clericus omnia priuilegia amittit. Ita communiter DD. vide Alterium lib. 5, diſp. 20. cap. 1. q. 6. Bonac. tom. 3. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 6. num. 3.

Clerici bigami, cap. vnico de bigamis in 6. bigamia vera, vel interpretatiua, ideſt, qui viduam ducit, vel corruptam, vel poſt primam virginem ducit aliam virginem: in dubio tñ an ſit Virgo quã duxit, præſumitur Virgo. Farin. de inquiſit. q. 8. nu. 8. Martha de iuriſd. p. 4. cap. 38.

22 Clerici in cauſa feudi poſſunt conueniri coram iudice ſæculari in ijs, quæ ad feudum ſpectant, cap. cæterum de iudicijs. Sed quãuis aliq DD. putẽt hoc verũ eſſe quando agitur de proprietate feudi, non vero ſi de iudicio poſſeſſorio &c. vide Dianam p. 5. tract. 1. reſol. 59. Bonac. tom. 3. l. c. num. 6. Hoc tamen intellige ſi agatur de proprietate, & poſſeſſione feudi. At ſi agitur de reparatione, & ſatisfactione domino feudi facienda clericus feudatarius conueniendus eſt coram proprio iudice eccleſiaſtico, non coram ſæculari, vel coram domino feudi; ſic Villalob. in comm. opin. verb. Clericus num. 74. Farin. tit. de inquiſit. q. 8. num. 22. à Caſtro

Palao

Palao de reuer.debita eccleſiaſt.tom.2. diſput.vn.punct.7.num.3.in fin.

Clerici vero, qui poſt patratum delictum habitum clericalem in fraudem fori ſæcularis ſumpſerunt, quod poſſint cognoſci à iudice laico putant nõnulli DD.ſaltem quoad bona;vide Bonac. circa octauum decalogi præceptum diſp.10.q.2.punct.1.§.1.à nu.15.vſque ad 17. Ar oppoſitum probabilius puto ex Conc.Trid.ſeſſ.23.cap.4.de reſor.vbi çqualiter loquitur de non confirmato,de illiteraro, & de in fraudem fori ſæcularis ordinato;ſed non poteſt iudex laicus recognoſcere clericum non confirmatum,vel illiteratum, neq; in bonis; ergo neque in fraudem ordinatum. Vide Dianam p.1. tract.2.reſol. 27.& p.3.tract.1.reſol. 57. Etſi mihi nõ placet Genuenſis cap. 9. deductio ex l. qui cum vno §. reus ff. de re militari. Quia hic tex. eſt intelligẽdus prout in l.fin.ff. eod. vbi habetur, militem non gaudere priuilegio militum, ſi poſt patratum delictum in fraudem militiam aſſumpſit:vide Palaũ l.cit. punct.3.n.2.

Clerici in cauſa reconuentionis poſſunr cognoſci à iudice laico,cap.1.& 2. de mutuis petitionibus can. accuſatores verſ.cuius in agendo 3. q. 8. Quod verum eſt etiam ſi clericus poſt intentatam actionem contra laicum velit ab illa deſiſtere, tunc enim poteſt laicus clericum talem reconuenire coram iudice laico; & clericus tenetur ſtare ſententiæ latæ à iudice laico contra ipſum vſque ad executionem excluſiue; non enim põt poſtea à laico iudice cogi ad ſoluẽdũ, ſed debet cogi à iudice eccleſiaſtico: Debet tamen reconuentio fieri in principio,vel ſtatim poſt cõteſtationem litis; & in cauſa ciuili,non vero criminali.can.neganda 2.q.2.vide Farinac.de inquiſit.q.88.à.num.99.Decianum tract.crim. lib.4. cap.9. à num. 17.Surdum lib.3.conſil. 396. à num. 6. Ambroſinum cap.20. à num. 35. Reginal.lib.9.à num.359. Graff.lib.4. deciſ. cap.18.à nu.114. Martham de iuriſd.p. 4. caſu 107. Duardum in bulla cœnæ can.15.q. 11. à. num. 66. Carolum de Graſſis effect.1. limitat.3.à nu.745. Bonac.loc.cit. de cenſ.à num.8. Dianam p.3.tract.1.reſol.4. & p.4. tract. 1.reſol. 3.& 65.& p.2.tract.2.reſol. 22.

Clerici poſſunt conueniri coram iudice laico in bonis regalibus,quæ ſemper cenſentur data ſub ea conditione vt coram ſæculari iudice decidatur illorum controuerſia, tametſi à clericis poſſideantur. Et idem eſt dicendum quando Eccleſiæ,vel clericis relinquũtur bona ſub ea conditione, vt in foro ſæculari illorũ controuerſiæ definiantur; vnde qñ Eccleſia, vel clerici tale legatum admittunt, conueniri poſſunt coram iudice ſæculari,tunc enim non ſunr rei coacti, ſed voluntarij. Ita Suarez.lib. 4. de immunit. eccleſ. cap. 14. num.13.Gutticrez.lib.1.pract.quæſt.q. 10.num.1.fauet tex. in cap. verum de foro compet. vbi Ioannes Andreas, & Hoſtienſis.Palaus tom.2. de reuer.deb. eccleſ.diſp.vnic.punct.7.num.5.

Clerici poſſunt etiam citari ad comparendum corã iudice laico, non abſolute,ſed ſi ſua putauerint intereſſe;& ſi clericus citatus comparet, & non opponit declinatoriam, tenetur ſtare iudicio ſæculari,& illius ſententiæ;cum tunc ſit reus voluntarius, non neceſſarius. Si vero non comparear,vel declinatoriam opponit, laicus non eſt iudex competens, & conſequenter eũ condẽnare nõ põt,vt putãt Farinac.lo.c.à.nu. 90. Menochius de recup. poſſeſſione remedio 15. à num. 228. Palaus l.c.nu. 6. cri oppoſitum inuenies apud Dianã p.1.tract.2.reſol.21.

Clerici hæredes laici poſſunt conueniri coram iudice laico ad finiendam litem inceptam, ſeu conteſtatam cum defuncto laico,tũc enim clerici defuncto ſuccedentes nomine ipſius agunt: ſecus vero eſt dicendum ſi lis nec incepta,nec conteſtata ſit. Ita Farinac.lo. cit.q.8.num.46.ampliat. 17. Palaus loc. citat.n.7.oppoſitũ reperies apud Dianã p.3.tract. 1.reſolut.31.& p.4.tract.1. reſolut.21.

23 Cle-

23 Clerici etiam in ſacris ſi dimiſſo habitu, & tonſura ſe enormibus immiſcent, ſcilicet, ſi non ſemel, ſed bis repetitio eiuſdem enormis delicti fiet à tali clerico, poteſt à iudice ſæculari recognoſci, & puniri arg. tex. in c. perpendimus de ſent. excom. tunc enim dicitur enormibus ſe immiſcere c.contingit il 2. de ſentent. excomm. c. ex parte de priuilegijs c. 1. de Apoſtatis; qui tex. in numero plurali loquuntur, ac proinde demonſtrant binam repetitionem, eſſe neceſſariam, iuxta Regulam, Pluralis loquutio, de regulis iuris in 6. & tradit Couar. pract. q. c.32.n.2. verſ. Tertio Farin. l.c.q.8.n.54. & ſequenti. Si vero habitum, & tonſuram non deſerat clericus ſe enormibus immiſcens, non amittit priuilegium fori, niſi ter ab Epiſcopo ſit monitus cap. 1. de Apoſtatis, cap. ex parte il ſecondo de priuilegijs c. contingit de ſent. excomm. Quod tamen intellige, dummodo per ſententiam ab Epiſcopo ſit declaratum talem clericum ſine habitu, & tonſura ſe immiſcuiſſe enormibus, vel cum habitu, & tonſura ter fuiſſe monitum; quia qualitas tribuens iuriſdictionem prius probanda eſt l. ſi quis aliena ff. de iudicijs l. 2. §. Sed ſi dubitatur ff. eod. & tradit Abbas in c. ſi clericus laicum de foro compet. & talis probatio facienda eſt à iudice eccleſiaſtico, qui iuriſdictionem habet in clericum talem, ante talem probationem, maxime ſi talis eſſet degradandus; degradatio enim fieri non poteſt niſi præcedat ad minus ſufficiens probatio, & declaratoria ſententia illius: ergo antequam iudex ſæcularis iudicet, & puniat clericum enormia committentem, debet à iudice eccleſiaſtico ſic eſſe declaratum. Vide Farinac. l.c.q.8. n.57. Crimina vero enormia ſunt remittenda arbitrio prudentis ſpectatis circumſtantijs delicti & perſonarum; cap. cum illarum; cap. peruenit de ſent. excomm. vide Palaum l.c. punct.6.n.5. in fi. Hinc eſt quod deducit Bon. to. 3. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 5. n.7. verſ. Sed hæc limitatio &c. in fin. ex Farin. l.c.n.58. Si in fragranti crimine reperiatur, tunc perfecte conſtare putant aliqui DD. talem clericum ſe immiſcuiſſe enormibus. Vide eundem Bon. de leg. diſp. 10. q. 12. punct. 1. §. 1. n. 5.

24 Clerici aſſaſſini poſſunt à iudice laico cognoſci, & puniri, cum ſint à toto populo diffidati, & quaſi iam morti traditi c. 1. de homicidio in 6. Decianus 2. p. lib. 6. c. 28. num. 18. Farinac. de inquis. q. 8. num. 82. Quod intellige dummodo conſtet de aſſaſſinio per declarationem authenticam, & iudicialem ab eccleſiaſtico iudice factam. Cum ſit aſſaſſinium qualitas quæ inuenitur in Clerico, & qualitas tribuens iuriſdictionem, ante omnia debet diſcuti, & probari, Bart. in l. multum ff. de cond. & demoſtr. ita ſentit Altöſ. de Leo. de cenſ. reſol. 5. n. 76. circa fin. Nouar. in ſumma bull. verb. Aſſaſſin. n. 3. Squill. de priu. cler. c. 7. n. 112. Vide Farin. l.c. n. 86. Palaum to. 2. de reu. deb. eccleſ. diſp. vn. punct. 6. n. 3. Statim enim poſt declarationem aſſaſſinij clericus eſt ſæcularis iuriſdictionis, etiam ſine incorrigibilitate ex c. 1. de homicidio in 6. Farinac. loc. cit. num. 84. Palaus l.c. verſ. Neque &c.

Clerici Carnificium, ſeu Macellariorum, aut Taberniarorum officium publice exercentes poſt trinam monitionem ab Ordinario loci factam, poſſunt cognoſci à iudice ſæculari, quandiu in eodem officio vili perſeuerant. Clem. 1. de vita, & honeſtate cleric.

25 Clerici lapſi in hæreſim, non quomodocumque, ſed ſi in hæreſim repetitam dilabantur, poſt ſententiam de relapſu, curiæ ſæculari traduntur, & poſſunt à iudice ſæculari puniri cap. ad abolendam, de hæreticis cap. ſuper eo cap. accuſatus, de hæreticis in 6. Farinac. loc. cit. q. 8. nu. 78. Palaus loc. cit. num. 5.

Clerici falſarij litterarũ Apoſtolicarum c. falſariorum de crimine falſi poſſũt à iudice ſæculari puniri. Quod intellige, dummodo ſint incorrigibiles, & ita eſt receptus tex. ille teſte Farin. & Palao. ll. cc.

Clerici conſpirantes in Epiſcopum poſſunt puniri à iudice laico, can. ſi quis Sacerdotem 11. q. 1. Quod intellige, ſecundum gl. in cap. cum non ab homine, de iudicijs, dummodo ſint incorri-

gibiles Farin. & Palaus loc.cit.

Clerici incorrigibiles poſſunt à iudice ſæculari cognoſci, & puniri, cap. cum non ab homine de iudicijs Couar. quæſt.pract.c.32.n.2. verſ. ſecundo &c. Palaus l.c. n.7. Dicitur incorrigibilis de iure communi ſi ter moneatur, Primo ſub depoſitione, Secundo ſub excommunicatione, Tertio ſub anathemate, c. cum non ab homine de iudicijs. Ex conſuetudine vero dicitur incorrigibilis, qui ter monitus ſub excommunicatione adhuc contumax perſeuerat; tunc enim ſatis ſuam duritiam oſtendit. Nec requiritur huius incorrigibilitatis declaratio, nec huius clerici incorrigibilis degradatio, ſecundum multos. At probabilius in clericis in ſacris conſtitutis requiri degradationem, & huius incorrigibilitatis declarationē probat Palaus l.c. num.8. Quomodo vero clericus incorrigibilis ſit monendus vide Palaum l.c. num.8. in fin. Hoc totum intellige de iure communi; At ex recepta conſuetudine, ſæpe traditur clericus curiæ ſæculari nulla incorrigibilitate expectata, ſi delictum nimis atrox ſit, & ſcandaloſum, & à viris pijs, & prudentibus iudicetur, quod conueniens ſit reipublicæ talia committentem à gremio eccleſiaſticarum perſonarum pelli, & vltimo ſupplicio affici, & de facto ſæpe ita iudicatum eſt, vide Palaum l.c. num.6.

Poteſt etiam clericus conueniri coram iudice laico, quando ſæcularis apud ſuum iudicem quæritur de clerico, quod eum infamet, & petit, vt eum liberet ab infamia orta ex alterius iactantia iniuſta, tunc cauſa tractanda eſt coram iudice laico in foro ſæculari, quia in eo caſu ſæcularis eſt reus, licet ipſe litem moueat; colligitur hæc doctrina ex l.diffamari ff.de ingenuis, & manumiſſis. Vide Couar. lib.1. variarum cap.18. n. 13. Sanchez tom.2. conſil. lib.6. cap.1. dub.1. num.10.

26 Clerici in multis caſibus poſſunt capi à iudice laico. Primo ſi capiantur de mandato Superioris eccleſiaſtici; colligitur ex cap. vt famæ §. finali de ſentent. excomm.

Secundo ſi capiat clericum poſt delictum commiſſum notorium, & ſit ſuſpectus de fuga, & non poſſit conſuli Prælatum eccleſiaſticum. Menoch. de arbitrarijs lib.2. cap.180. num.22. & 23. Farinac. l.c.n.116. & 117. Et capiat ad effectum præſentandi illum prælato eccleſiaſtico; poteſt tantum detinere per ſpatium viginti horarum, ſecundum Farinac. l.c. num.118. Etſi Palaus l.c. num.14. putet neque eo tempore detinere poſſe, ſi poteſt breui talem clericum proprio prælato præſentare, ſeu remittere.

Tertio ſi iudex laicus clericum capiat pro ſolutione debiti ciuilis, animo vt illum ſuo iudici remittat, ſi clericus ſit ſuſpectus de fuga; & capiens laicus non habeat tempus accedendi ad eccleſiaſticum cum competentem pro mandato capiendi, & ſtatim illum remittat. Sicut etiam hoc facere poteſt pars ipſa, cum hæc captura, & detentio non tam ſit actus iuriſdictionis in clericum, quam defenſionis propriæ, ſeu ſuorum bonorum. Ita Couar.2. var.cap.1. n.9. verſ. verum ſi clericus &c. Farinac. loc. cit. q.8. num.119. & tit. de carcere quæſt. 27. num.71.

Quod intellige dummodo certo ſciat, vel ſaltem dubitet talem clericum fugientem habere alia bona præter ea, quæ ſecum portat. Nam ſi certo ſciat alia bona non poſſidere ob ſimplex debitum ciuile, quod ſoluere non habet, non poteſt clericus neque à iudice eccleſiaſtico incarcerari, vt in capit. Odoardus de ſolutionibus & cap. 2. de fideiuſſoribus. At quia raro ſcire poſſumus clericum fugam arripientem non occultaſſe ſua bona; ideo ſemper eius captura honeſtatur. Vide Farinac. l.c. de carcere q.27. ſub num.65. & ſequent. Couar. l.c.

Quarto poteſt iudex laicus clericum capere ad obuiandum delicto futuro, maximè ſi cum damno tertij delictum timetur. Farinac. de inquiſ. qu.8. n.120. Nauar.

Nauar. cap. 27. num. 83. Quod intellige cum circumſtantijs prioris caſus. Vide Dianam p. 5. tract. 1. reſol. 22.

Quinto poteſt iudex laicus capere clericum in flagranti delicto inuentum; tunc enim cenſetur data talis poteſtas à iure cuilibet de populo ex l. raptores C. de Epiſc. & clericis Farin. loc. cit. num. 122. Quod intellige conditionibus adiectis prioris caſus.

Sexto denique poteſt iudex laicus clericum capere, quoties de iure amittit priuilegium canonis, quia captura minus malum infert. Farinac. l. c. num. 123. vide Palaum loc. cit.

27 Non poſſunt tamen iudices laici clericos, ſeu eccleſiaſticos incarcerare, ſeu punire impedientes, aut reſiſtentes iuriſdictioni laicali; Neque iſtos punire quoad bona, id eſt pœna pecuniaria, cum hæc pœna applicanda ſit fiſco, & ſic cauſa hæc eſſet criminalis, ex gl. in l. 3. ff. de Sepult. viol. vide Dianam p. 4. tract. 1. reſol. 79.

Sicut nec poteſt iudex laicus punire eccleſiaſticos ipſi non exhibentes ſigna reuerentiæ, vel coram ipſo iudice ſæculari delinquentes, etiam peierantes. Diana p. 3. tract. 1. reſol. 60.

Sicut probabiliter non poteſt punire eccleſiaſticum delinquentem in officio ſæculari. Diana p. 1. tract. 2. reſol. 29. & p. 4. tract. 1. reſol. 39.

Nec clericum quem eccleſiaſticus punire negligit, cap. qualiter, & quando de iudicijs, qui text. correxit can. filijs vel nepotibus 17. quæſt. 7. Bonac. in bulla cœnæ diſp. 1. q. 15. punct. 4. §. 4. n. 10. Diana p. 1. tract. 2. reſol. 15. & p. 3. tract. 1. reſol. 25. & p. 4. tract. 1. reſ. 80.

Nec Nouitium delinquentem cum habitu, poſt relictum habitum; ſicut nec Ieſuitam de debito in Societate commiſſo poſt deiectionem à religione. Diana p. 3. tract. 1. reſol. 34.

Sicut nec poteſt clericum armis prohibitis ſpoliare; niſi ſpoliaret, vt ſtatim Epiſcopis, ſeu prælatis deferret, vel ipſi ſpoliatio reſtitueret; & ſic impedire dicitur trangreſſionem legis, & non indicere pœnam legis. Vide Dianam p. 1. tract. 2. reſol. 10. & 12. & p. 3. tract. 1. reſol. 28. & p. 4. tr. 1. reſ. 19. & p. 5. tract. 1. reſol. 4. Quod ſi aliter fecerint Iudices, & miniſtri ſeculares ſunt excommunicati in bulla cœnæ Domini ſecundum Giurb. lib. 1. controu. cap. 20. n. 73. verſ. in hoc.

Sicut nec poteſt Iudex laicus expoliare clericum inuentum in venatione prohibita canibus, auibus &c. Nec aliqua veſte pragmatica regia prohibita. Nec olio, frumento &c. venditioni expoſito contra pragmaticam regiam. Nec illos clericos pœna pecuniaria punire. Vide Dianam p. 1. tract. 2. reſ. 16. & 72. & p. 3. tract. 1. reſ. 28. verſ. vnde ex his, & reſ. 41. & p. 4. tract. 1. reſolut. 8. & p. 5. tract. 1. reſol. 6. Nec poteſt iudex laicus contra clericorum animalia inuenta in alienis paſcuis procedere. Diana p. 4. tract. 1. reſol. 72. & reſol. 8. verſ. nota etiam hic &c. & p. 1. tract. 2. reſol. 87. Nec poteſt cogere clericum ad reparandam viam ante domum ſuam, aut ad illã mundandam, aut ad deſtruendam dominum ruinoſam ne alijs noceat, aut ad extirpandas locuſtas de ſuo agro ad communem vtilitatem; ſed in his, & ſimilibus caſibus cogi debet à iudice eccleſiaſtico. Diana p. 1. tract. 2. reſol. 76. & p. 4. tract. 1. reſol. 8. in fin.

Sicut nec poteſt Iudex ſæcularis cogere clericos etiam coniugatos vt vendant frumenta tempore careſtiæ, aut eos coſtringere ad reuelandam quantitatem frumenti ab ipſis eccleſiaſticis tempore careſtiæ abſconditam, ſed hoc fieri debet à iudice eccleſiaſtico. Diana p. 1. tractat. 2. reſol. 9. & p. 4. tract. 1. reſ. 87. Nec ad reſtituendam poſſeſſionem laico vi ereptam. Diana p. 4. tract. 1. reſol. 74. Nec ad reſtituendum depoſitum laico etiam ſi ſe obligauit reſtituere coram iudice laico. Diana p. 1. tract. 2. reſol. 22.

28 Nota quarto, quod ad hoc vt trahens incidat in noſtram cenſuram debet certo ſcire talem eſſe clericum, dum dicitur in pagella, Clericos quos nouerint &c. Ideo ſi quis cum ignorantia vincibili, etiam craſſa de clericatu aliquem trahat ad tribunalia ſæcularia non incidit in hanc noſtram cenſu-

ram. Nam quando à lege, ſeu præcepto expreſſe requiritur dolus, non ſufficit lata culpa, & craſſa ignorantia pro tranſgreſſione illius legis, ſeu præcepti; colligitur ex l. Sed ſi lege §. Scire ff. de petitione hæred. ibi, Non puto eſſe prædonem qui dolo caret, quamuis in iure errauit &c. At errare in iure præſumitur ex lata culpa, teſte Baldo in l. Quod Nerua num. 7. ff. depoſiti. vide Imolam cap. 2. num. 24. de conſtitut. Colligitur etiam ex l. igitur verſ. Et generaliter ff. de liberali cauſa &c. his verbis. Et generaliter quoties aliquis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine calliditate tamen putauit ſe liberum, dicendum eſt, hunc in ea cauſa eſſe vt ſine dolo malo in libertate fuerit &c. Colligitur etiam ex leg. ſi quis id quod, ad fin. verſ. Doli mali ff. de iuriſd. omnium iudicium; his verbis; Doli mali ideo in verbis edicti fit mentio, quia ſi per imperitiam, vel ruſticitatem, vel caſu aliquis fecerit non tenetur &c. & ratio huius eſt, quia Dolus non eſt aliud niſi calliditas, ſeu fallacia, vel machinatio adhibita ad decipiendum aliquem; & calliditas conſiſtit in obreptione, quæ eſt reticere quod detegere debet proferens; fallacia in verbis mendacibus; machinatio in artificio verborum, quæ omnia cognitionem ſupponunt, vt bene Comitolus lib. 1. q. 72. num. 8. At quando lex, ſeu præceptum poſtulat ſcienter aliquid fieri, dolum manifeſte petit, teſte Dominico, in cap. is, qui §. is vero num. 1. de ſentent. excom. in 6. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 36. Merolla diſput. 1. cap. 2. num. 228. Quod in caſu noſtro requiritur: ergo ignorantia vincibilis, ſeu craſſa non ſufficit ad incurrendam hanc cenſuram.

29 Confirmatur, quia dum Eccleſia prærequirit cognitionem obiecti, conſequenter intendit punire actum voluntatis circa tale obiectum in ſe cognitum, ſeu actum voluntatis conſequentem talem cognitionem obiecti; pœna enim datur pro culpa, & culpa non eſt ſimplex cognitio, ſed voluntas conſequens; voluntas enim fertur circa cognitum; & peccatum in voluntate, non in ſimplici cognitione conſiſtit, vt patet. At ignorantia quomodocumque tollit cognitionem illius obiecti formaliter, & in ſe, & obiectum tunc dicitur volitum non in ſe, ſed in ſua cauſa, ſeu virtualiter: ergo nullo modo Eccleſia intendit punire talem actum, & conſequenter excuſatur tranſgrediens à tali cenſura. Sic ſentit Henriquez lib. 13. de excom. cap. 32. num. 3. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 21. & cap. Alma mater p. 1. §. 10. num. 17. verſ. eadem ſane ratione &c. Sanchez l. c. num. 36. in fin. Merol. l. c. num. 228. qui nonnullos citant.

30 Nota quinto, quod clericus etiam ſi voluerit non poteſt renuntiare priuilegio fori, can. inſolita 11. q. 1. cap. placuit, extra de foro compet. cap. ſi diligenti de foro competenti. Et ratio eſt quia priuilegium hoc eſt conceſſum ſtatui clericali, non vero ſingularibus perſonis; ſed indiuiduum non poteſt cedere priuilegio ſuæ communitati conceſſo, vt in præcitato cap. ſi diligenti, ergo &c. Afflic. deciſ. 75. n. 1. in fin.

Quod verum eſt etiam ſi clericus de licentia, & conſenſu Epiſcopi huic priuilegio renuntiet, hæc enim renunciatio nullo modo valet. Ita Farinacc. de inquiſit. q. 8. num. 13. & alij penes Martham de iuriſd. p. 4. centur. 2. caſu 152. & de Graſſis de effect. cleric. effectu 1. n. 652. vide Dian. p. 1. tract. 2. reſolut. 3. & p. 3. tract. 1. reſol. 29.

Si vero clericus ſponte ſe ſubijciat Iudici ſæculari, & ſe purget, & iudex laicus purgationem admitteret, & ſententiam proferret, malefaceret, non tamen incideret in can. 15. bullæ cœnæ. Secus vero dicendum erit ſi minis, vel ſuaſionibus, aut quouis modo induceret clericum ad conſentiendum ſuæ iuriſdictioni. Vide Alterium tom. 1. diſp. 16. lib. 5. cap. 1. col. 681. verſ. Poſtulabit aliquis. Bonac. tom. 3. diſput. 1. qu. 16. ſect. 1. punct. 4. num. 4.

Acta

Acta tamen in hoc iudicio ſæculari contra clericum conſentientem, ſeu ſponte comparentem ſunt nulla, irrita, & inualida, cap. ex litteris, §. fin. de officio delegati; ſicut ſententia eſt etiam nulla, cap. at ſi clerici de Iudic. & Iudex priuari debet officio iudicandi, can. notum ſit 2. q. 1. Sanchez in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 1. num. 13. Sylueſter verbo Iudex 1. q. 2. Dict. 3.

31 Nota ſexto, quod qui ſunt de ordine eccleſiaſtico, ſi alium eccleſiaſticum ad forum laicale traxerint, & laici, qui auxilium, conſilium, & fauorem ad hanc tractionem dederunt, ſunt excommunicati excommunicatione Papæ reſeruata, vt in conſtitut. 4. alias 5. Martini V. incipiente Ad reprimendas Nauar. cap. 27. num. 71. Memoriale clericorum cap. 5. excom. 6. Barb. de poteſtate Epiſ. allegatione 10. nu. 116. qui citat Gammarum, & dicit, quod præcitati DD. dicunt hanc excommunicationem eſſe in bulla cœnæ, ſi fiat auctoritate iudiciali laica.

SVMMARIVM.

Qui clericum citare facit ad comparendum coram iudice laico, ſi clericus non comparet, non incidit in noſtrum caſum, & cenſurã; quamuis excommunicari debeat. n. 1. & 2.
Clericus in iudicium vocatus, ſi reſpondeat, mortaliter peccat; niſi eſſet clericus in minoribus, & clericatum deſerere vellet. n. 2.
Intentatio, & conatus faciendi non habetur pro facto, ſi factum non ſequatur. n. 3.

RESOLVTIO LX.

Quidam citare fecit clericum ad comparendum coram Iudice ſæculari, at clericus non comparuit; An incidat in caſum noſtrum cum cenſura?

1 Reſpondeo breuiter, non incidere in caſum noſtrum cum cenſura. Ita ſentit Bonacina tom. 3. diſp. 1. q. 15. ſect. 1. punct. 4. num. 18. Vgolinus de cenſ. p. 2. cap. 15. §. 1. num. 11. verſ. Decimo &c. Duardus in Bulla cœnæ quæſt. 28. num. 4. Ante probationem.

2 Suppono certum eſſe talem debere excommunicari, & cauſam amittere in pœnam, can. Notum ſit 2. q. 1. & peccaſſe mortaliter. Imo clericus ipſe vocatus ſi reſpondeat, certum eſt etiam peccare mortaliter; niſi ſit in minoribus, & vellet deſerere clericatum, can. clericum 11. quæſt. 1. Sanchez conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 1. num. 13. Hoc poſito.

3 Probatur reſponſum, quia talis in caſu noſtro clericum non traxit ad tribunal ſæculare, ſed tantum intentauit trahere, vt patet; at intentatio tantum, & conatus faciendi non habetur pro facto, ſi factum non ſequatur, vt alibi dixi cum Nauar. in can. quis non dicam de pœnit. diſt. 1. n. 2. & ſeq. & lib. 5. conſil. de ſentent. excomm. conſil. 19. Et ſtatutum reſeruationis, ſeu lex ſemper reſpicit opus, & non intentionem nocendi, can. ſi quis non iratus 15. quæſt. prima; ergo hic talis non incidit in caſum noſtrum.

Nec dicas, quod comparitio non eſt opus trahentis, ſed clerici tracti; & conſequenter trahens non habet amplius quid faciat.

Quia vſque dum clericus non comparet, delictum non dicitur conſummatum, ſed intentatum, vt dixi; & ideo non incidit in caſum noſtrum. Sicut non incidit in caſum reſeruatum qui moniali ſcribit de rebus obſcœnis, ſi litteræ non peruenerunt ad manus Monialis ob vigilantiam Abbatiſſæ, vel alterius Monialis. Non enim dicitur reus homicidij, qui ſclopum explodit ad occidendum hominem, ſi hominem non occidit, vide quæ dixi in reſol. 24.

Si vero clericus compareat, tunc & iudex incidit in caſum contentum in bulla cœnæ can. 15. & trahens ſi ſit ſæcularis incidit in caſum noſtrum vide Bonac. l. c. verſ. Hoc tamen. Si vero trahens

hens ſit eccleſiaſticus incidit in cenſuram Papæ reſeruatam vt dixi.

SVMMARIVM.

Clericus obligatus tempore clericatus, ſi efficiatur ſæcularis, pro tali obligatione eſt conueniendus coram iudice eccleſiaſtico; & qui hunc coram iudice laico conueniri facit incidit in caſum noſtrum reſeruatum cum cenſura. n. 1. & 3.

Ad fundandam iuriſdictionem attenditur qualitas, quæ erat tempore actus geſti, aut delicti commiſſi; ſic attenditur qualitas delicti, qualitas pœnæ, qualitas, & grauitas iniuriæ; qualitas, & ſtatus perſonæ offenſæ; & qualitas iuriſdictionis tempore commiſſi delicti. n. 2.

Impubes, qui clericum occidit, factus pubes eſt ab Epiſcopo abſoluendus. num. eodem, & 4.

Miles depoſita militia pro delictis, & contractibus tempore militiæ geſtis à iudice militiæ eſt recognoſcendus. n. eod. & 6.

Seruus delinquens tempore ſeruitutis, factus liber eſt puniendus vt ſeruus, & ſic è contra. num. 3.

Tabellio, qui tempore tabellionatus nonnulla delicta in officio commiſit, factus Decurio pro his delictis torqueri poteſt; quamuis Decuriones torqueri non poſſint. n. 5.

In contractibus ſemper inſpicitur initium, & non tranſgreſſio. n. 7.

Ius, & debitum ſunt correlatiua. n. 8.

Qui per omiſſionem delinquit, ſub ea ditione dicitur delinquere, ſub qua tenetur actum ponere. n. eod.

Qui ſub vno iudice iurat, facit vt hic iudex poſſit ipſum punire de trangreſsione iuramenti. n. 9.

Iuriſdictio ſemel acquiſita à iudice ob qualitatem delinquentis, vel contrahentis, hac qualitate mutata non deperditur. num. eodem.

Clericus, qui ducit viduam, vel ab alio corruptam, vel militiam exercet, quamuis priuilegium clericatus amittat, non tamen Iudex eccleſiaſticus amittit ius acquiſitum in ipſum, ſi ius non ſit adæquatum. n. eod.

Iudex ſub cuius ditione eſt delinquens tempore delicti, acquirit ius ipſum delinquentem. n. eod.

Clericus tempore clericatus delinquens, nec actu, nec habitu, nec potentia eſt ſubiectus iudici ſæculari, ſecundum DD. ciuiles. nu. eodem.

Clericus delinquens tempore clericatus (ſi cauſa ſit præuenta) ſemper eſt cognoſcendus ab eccleſiaſtico, etſi ſit effectus ſæcularis. num. 10.

Quod clericus ſit recognoſcendus ab eccleſiaſtico oritur ex priuilegio ſiue iuris diuini, ſiue poſitiui. n. eod.

Sæcularis delinquens effectus clericus, ſi non eſt aſcriptus alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, etiam ſi cum habitu, & tonſura incedat eſt recognoſcendus à iudice ſæculari; ſicut qui habet omnia requiſita, ſed eſt ordinatus cum dimiſſorijs falſis. num. 11.

Sæcularis delinquens effectus clericus, & habens requiſita à Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. eſt remittendus ad iudicem eccleſiaſticum. num. 12.

Priuilegium eſt limitatio iuris communis, & ideo appellatur conceſsio contra ius commune. n. 13.

Regulariter, & ex iure communi ſemper attenditur tempus commiſsi criminis, vel ſtipulationis; etſi aliquando attendatur ex priuilegio tempus quo reus in iudicio conuenitur. n. 14.

Sub illa ditione reus eſt conueniendus, ſub qua tenetur, vel ratione delicti, vel actione pecuniaria. n. 15.

Clericus non reſidens, etſi ſit extra Diœceſim, dicitur tamen delinquere in Diœceſi, quia peccat peccato omiſsionis; & qui omittit, illic dicitur delinquere, vbi tenetur actum ponere. n. eod.

Obligans ſe cum iuramento ſoluere aliquid tempore debito non peccat, ſed conſtituit malitiam non ſolutioni, & nouum præceptum ſibi imponendo, & ſe obligando ad pœnam periurij infligendam à iudice competente tempore ſolutionis. n. 16.

Clericus manendo clericus non poteſt renuntiare priuilegio fori, etiamſi velit. n. eod.

Qui cum iuramento promittit, quando non ſoluit, dicitur periurus, non quia non ſoluit,

uit; ſed quia iurauit. num. eodem.

Peccatum periurij dicit tanquam rationem formalem extrinſecam promiſsionem iuratam, & incipit talis ratio ſub eo indice, ſub quo contrahens ſe obligat. n. 17.

Iuramentum duplicem parit effectum obligationem, ſcilicet, & periurium. n. eod.

Clericus cum iuramento ſe obligans, ſi effectus laicus non ſoluit, dicitur periurus vt clericus, non vt laicus. n. eod.

Clericus, dum ſe obligat ad ſoluendum pro omni futuro tempore, ſe ſubmittit in futurum pœna periurij ſub iudice eccleſiaſtico. numero 18.

Clericus quando efficitur laicus, tunc incipit eſſe ſub iudice ſaculari; unde ſemper dicitur vt laicus non obligatus, & conſequenter non periurus. n. 19.

De iure communi ſemper eſt attendendus iudex competens tempore commiſſi criminis, etſi ex priuilegio attendatur tempus conuentionis. Hinc eſt quod laicus delinquens effectus clericus eſt conueniendus coram indice eccleſiaſtico ex priuilegio; clericus vero delinquens effectus laicus eſt conueniendus coram iude eccleſiaſtico de iure communi. n. 20. & 22.

Sacularis effectus clericus mutat forum, & ſtatum perſona, ſecundum quem ſit incapax vt à iudice ſaculari recognoſcatur; At quando clericus ſit laicus non tantum mutat forum, ſed addit forum foro. n. 21.

Dicere quod Chriſtianus non ſit ſubiectus pro omni peccato iudici eccleſiaſtico, eſt hareticum. n. 22.

Qualitas perſona delinquenti adueniens ſi facit mutare ſtatum, & conditionem delinquens eſt remittendus ad indicem ſtatus; ſi facit mutare forum tantum, tunc non eſt remittendus ad iudicem fori. n. 23.

Conditio clericatus adueniens ſaculari delinquenti facit mutare ſtatum, & conditionem, conditio vero laicalis adueniens clerico facit mutare forum, & non ſtatum, num. eod.

Clericus delinquens effectus ſacularis ſemper eſt remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, ſiue ſit prauentus, ſiue non. n. 24.

Prauentioni locus datur ſi iudex incompetens non ſit, ſicut eſt incompetens ſacularis in ordine ad clericos. num. 25.

Quando cauſa incipit, priuilegium attenditur. n. 26.

Iudicium eſt quando cauſa diſcutitur, Cauſa eſt materia, ſeu origo negotij. n. eod.

Non deſitio ſolutionis, ſed obligatio fundat actionem conueniendi reum. n. 27.

Creditor poteſt conuenire reum ad plura fora ſi ſint per aliud incompetentia, non vero ſi iudex illius fori ſit incapax. n. 28.

Incompetentia fori differt ab incapacitate iudicis. n. eod.

Iudex laicus in ordine ad perſonas eccleſiaſticas dicitur incapax. n. eod.

Omnia iura per mortem amittuntur; & ſic defunctus amittit omnia iura ad ſua bona, & heredi acquiruntur. Vnde bona ab harede diſtracta non poſſunt à defuncto reſuſcitato acquiri. n. 29.

Nouitius delinquens eſt puniendus à ſuo Superiore, at ſi ſit ſacularis eſt puniendus à iudice laico, cum nullum recipiat characterem habitum recipiendo: probabilius tamen ab Eccleſiaſtico puniri debet. n. 30.

RESOLVTIO LXI.

Quidam mutauit centum cuidam clerico gaudenti priuilegio fori mediante inſtrumento de reſtituendo ad omnem ſuam requiſitionem; deinde clericus hic vxorem viduam duxit, & amiſit priuilegium fori, mutuans hunc traxit, ſeu conueniri fecit coram iudice ſaculari; Quaritur, An talis mutuans inciderit in caſum noſtrum cum cenſura?

1 Reſpondeo breuiter, talem debitorem recognoſcendum eſſe à iudice eccleſiaſtico, etiam nulla præuentione ſuppoſita, cum ſit præuentum à iure ſecundum Ioannem Andream in cap. 1: de obligat. Aloyſ. Leo. in l. reos capitalium num. 5. C. de accuſat. Giurba conſil. 15.

ſil.15. num.16. & DD. infra cit. Et ideo creditorem hunc incidiſſe in caſum noſtrum cenſuratum.

Quod vero hic debitor ſit recognoſcendus à iudice eccleſiaſtico probat Cancerius var. reſol. p.2. cap. 3. à num. 144. Giurba conſil.15. per totum. Et quia cauſa inſtrumenti eſt criminalis, cum habeat annexum periurium, vt optime probat Regens Capycius latro deciſ.45. num.33. & in ſequenti reſolutione plenius probabo. Ideo hanc noſtram reſponſionem abſolute defendit Bald. in l. affinitatis num.5. & 7. Cod. de ſucceſſ. & in l. affines C. com. vtriuſque iudic. Aloyſ. Leo in leg. officiales num.4. C. de Epiſcop. & cler. & in l. qui ſub prætextu num.16. C. de Sacroſ. Eccleſ. ex gl. in l. nemo poteſt, vbi Crot. col. penul. Alexandr. ad fin. ff. de leg. 1. & colum.8. ſub num.3. vol.1. & vol.6. conſil. 149. num.8. & 9. Cagnol. in leg.1. num.107. ff. ſi quis ius dic. Cappella Toloſana deciſ. 144. 148. & 378. Marſil. Sing. 480. Abbas conſil.45. p.1. Caual. deciſ. 10. num.28. par.5. Seraph. iuram. priuileg.8. num.2. Iulius Clarus §. fin. qu. 36. num.11. & 12. & ibi Baiord. num. 46. & 47. fol.357. Tuſc. Lit. C. concl. 385. num.21. fol.893. & Lit. L. concluſ. 451. num.5. Grat. diſcept.326. num.2. Thorus compend. deciſ. Litt. C. verb. Clericus 8. to.1. fol.94. Ricc. collect.308. ampl.4. & coll.724. & collect.1864. & in praxi deciſ.590. Cened. colect.23. nu.1. p.2. Marcus Antonius Genuenſis in practic. cap.9. num.1. Sayr. in claui reg. lib.12. cap.7. num.9. Craſſus de effect. cleric. effect.1. num.647. de Franch. deciſ.417. num.4. et deciſ.571. num.2. Borell. in ſumm. deciſ. tit.43. de furto compet. n.72. Martha de iuriſd. p.2. cap.32. num.53. et p.4. cent.2. caſu 121. num.4. Heuia in aut. philip. p.3. §.1. num.10. Bouad. in pol. tom.1. lib.2. cap.17. num.34. fol.683. Decianus lib.4. cap.24. num.5. de Curtis in diuerſ. pheudorum par.2. cap.2. num.114. Cabal. crim. reſol. cent. 2. caſu 147. num. 10. Ambroſinus de immunit. eccleſ. cap.19. num.3. D. Valenzuol. to.1. conſ.4. n.21. Giurb. conſ.15. per totum Squillanr. de priuil. cler. c.7. n. 110. et 38. Barb. de poteſt. Epiſ. p.2. alleg. 12. n.6. Couar. pract. q. cap.31. n.8. circa med. Sanchez conſil. lib.6. c.1. dub.3. et de matr. lib.7. diſp.46. n.4. et 10. Layman lib.4. tract.9. cap.4. num.14. Caracciolus de fori priuileg. qu.27. num. vltimo. Mengrella ad Bart. in l. quoties ff. de pœnis. Follerius in conſtit. Regn. incip. Item quod ſi aliquis. num.1. in tit. de Epiſ. et cleric. Maſtrillus de magiſtratu p. 2. lib.5. cap.13. num.11. Molfeſius ad conſuet. Neap. tom. 2. conſil.20.

Ita fuit deciſum in Sacro Conſilio Neap. teſte Grammatico deciſ.10. Vincentio de Franchis deciſ.47. à num.3. Thor. compend. deciſ. Littera C. verb. Clericus 8. Ita fuit deciſum in Catalunia teſte Cancerio l.c. num.155. Ita fuit deciſum in Regno Siciliæ teſte Giurba loc. cit. num.42. Ita fuit declaratum à Sacra Congreg. Immunitatis in nullius Ganopoli die 9. Septembr. 1631. teſte Diana p.4. tract.1. reſol.6. &

2 Probatur, nam ad fundandam iuriſdictionem attenditur qualitas, quæ erat ab initio, tempore actus geſti, aut delicti commiſſi. Ita Cancer. Sanchez de Franch. Grammat. Gratian. Giurba, et DD. ſupra cit. ex Alexandro, et ibi addit. corol. 8. num.17. lib.1. idem ſentit Caballus reſol. cimin. cap.147. num.9. et 10. Bouad. in politic. lib.2. c.17. n. 34. et cap.18. num.83. Palaus tom. 2. diſput. vnic. puncto 3. num.2. Attenditur enim qualitas delicti, tempore, quo fuit commiſſum l. iniuriarum ff. de iniurijs. Attenditur qualitas pœnæ, tempore quo committitur delictum l.1. ff. de pœnis. Attenditur qualitas perſonæ, tempore quo delictum patrauit d. l. 1. ff. de pœnis. Non attenditur qualitas perſonæ, tempore quo in iudicio conuenitur l. ad teſtium §. conditionem ff. de teſtamentis d. l. 1. ff. de pœnis. Nec qualitas, nec grauitas iniuriæ tempore, quo iudicatur, ſed tempore quo fuit facta l. iniuriarum æſtimatio ff. de iniurijs. Attenditur qualitas ſtatus perſo-

perſonæ, tempore quo delictum commiſit l. ſi quis C. ad l. Corneliam de falſis, iuncta gl. Attenditur qualitas rei, tempore contractus cap. cum canonicus de cenſibus. Attenditur qualitas perſonæ offenſæ, tempore quo iniuriam recepit, non tempore quo reus in iudicio conuenitur d. l. iniuriarum ff de iniurijs. Attenditur qualitas iuriſdictionis, tempore quo reus deliquit, ſeu contraxit, auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet. Ideo impubes ſi occidit clericum, & poſtea factus pubes conuenitur, eſt abſoluendus ab Epiſcopo, & non à Papa cap. vltimo de ſent. excom. Ideo miles etiam depoſita militia pro delictis, vel alijs contractibus militaribus tempore militiæ geſtis, coram iudice militiæ eſt conueniendus l. 2. C. vbi de rationicijs tam publicis, quam priuatis agi oportet. Sed tempore quo hic talis ſe obligauit erat clericus; ergo eſt recognoſcendus à iudice eccleſiaſtico.

Nec obſtat dictum Donati Antonij de Marinis quotid. reſol. cap. 48. num. 4. quod ſit attendendus ſtatus, quo inquiſitus conuenitur ex Alexandro in l. nemo poteſt ff. de leg. 1.

3 Quia oppoſitum exprimitur in l. 1. ff. de pœnis, his verbis. Quoties de delicto quæritur, placuit non eam pœnam ſubdire quem debere, quam conditio eius admittit tempore quo ſententia de eo fertur; ſed eam cauſam ſuſtinere, quam ſuſtineret, ſi eo tempore eſſet ſẽtentiam paſſus cum delinquiſſet. Proinde ſi ſeruus crimen commiſerit, deinde libertatem conſecutus eſt dicitur eam pœnam ſuſtinere debere, quam ſuſtineret, ſi tunc ſententiam paſſus fuiſſet, cum delinquiſſet. Per cõtrarium quoque ſi in deteriorem conditionem fuerit redactus, eam pœnam eum ſuſtinere oportebit, quam ſuſtineret, ſi in conditione priore duraſſet &c. hæc ibi; ergo non eſt attendendus ſtatus in quo conuenitur.

4 Idem euidẽter deciditur in cap. vltimo de ſent. excom. his verbis. Pueris qui in canonis inciderunt ſententiæ promulgatæ, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem, ſi poſtulent ſe abſolui, poteſt Diœceſanus Epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri &c. hæc ibi. Si ergo eſſet attendendus ſtatus quo inquiſitus conuenitur, abſolutio eſſet impẽdenda à Summo Pontifice puberibus grauiter clericum percutientibus; & hic pubes abſoluitur, cur non à Papa, ſed ab Epiſcopo? niſi quia attenditur tempus commiſſi criminis, vt in cod. tex. his verbis. Cum propter delictum ætatis in qua fuit commiſſus exceſſus, rigor ſit manſuetudine temperandus. hæc ibi; igitur attenditur ſtatus tempore delicti, non tempore quo conuenitur reus, ſeu inquiſitus &c.

4 Idem dicit gl. in l. ſi quis Decurio C. ad l. Corn. de falſ. his verbis. Tabellio aliquis multa fecit inſtrumenta, poſtea creatus eſt Decurio. de aliquo inſtrumento, quod ſcripſit dum erat tabellio, an ad eruendam veritatem torqueri poſſit, non obſtante decurionatus, dignitate quæritur? Et dicitur quod ſic. Hæc ibi. Si ergo eſſet attendendum tempus quo reus, ſeu inquiſitus conuenitur, cur Decurio iſte poſſet torqueri pro delictis commiſſis tempore tabellionatus? cum Decurio ratione dignitatis torqueri non poſſit.

6 Sed euidentius in d. l. 2. C. vbi de rat. publ. vel priu. agi oportet. his verbis. Nemo poſt depoſiti cingulum ſuæ priuatæ vitæ reditus, ob negotium, quod militiæ cauſa eſt ei exortum, præſtandi ratiocinij gratia, eius muneri in quo militauit, vel quem ipſe geſſit, à quocunque pulſatus, fori pręſcriptionibus vtatur. Vnumquemque enim ſuper huiſcemodi cauſis publicis, quas dum militaret, exercuit, vel ſuper ratiocinijs militaribus, per quæ ſuos contubernales afflixiſſe, aſſeritur, in militari oportet iudicio reſpondere &c. hæc ibi. Et in auth. Qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet. his verbis. Qua in prouincia quis deliquit, aut in qua pecuniaria, aut criminum reus ſit, ſiue de

terminis, ſiue de poſſeſſione, ſiue de proprietate, ſiue de hypotheca, aut de aliqua qualibet occaſione, re fuerit reus, illic enim iuri ſubiaceat &c. idem dicitur in §. hæc conſiderantes. Authẽtico Vt omnes omnes obediant Iud. prou. collatione 5.

7 Cõfirmatur primo, quia in cõtractibus inſpicitur initium, & non tranſgreſſio l. quid ergo ff. de his qui notantur infamia l. ſi procuratorem ff. mandati l. 1. §. ſi ſeruus depoſuit ff. depoſiti; ſed initium huius contractus fuit ſub iudice Eccleſiaſtico: ergo hoc eſt inſpiciẽdum, & non tranſgreſſio, & conſequenter hic talis à iudice Eccleſiaſtico recognoſcendus eſt in caſu noſtro.

8 Confirmatur ſecundo. Nam ius, & debitum ſunt correlatiua, tunc enim quis dicitur contrahere debitum, quando alter acquirit ius ad ipſum: & è contra, cum ſint ſimul mutua; & conſequenter in caſu noſtro ſub ditione Eccleſiaſtica fuit contractum ius, & debitum. At in delictis per omiſſionem ſub ea ditione dicitur quis delinquere, ſub qua tenetur actum ponere. cap. tuæ de cleric. non reſid. probat Suarez tom. 5. in 3. p. diſp. 5. ſect. 4. num. 8. Salas de leg. q. 96. tract. 14. ſect. 5. num. 71. & in caſu noſtro cum debitor non ſoluit, delinquit per omiſſionem; omittit enim quod ſoluere tenetur: ergo ſub ditione Eccleſiaſtica delinquit; ſed ſub ea ditione eſt reus conueniendus ſub qua delinquit. d. Auth. Qua in prouincia: ergo hic talis ſub iudice Eccleſiaſtico eſt conueniendus.

9 Confirmatur tertio. Nam hic iurans in caſu noſtro ſub iudice eccleſiaſtico dum eſt clericus, facit vt iudex eccleſiaſticus acquirat ius puniendi ipſum in omni futura tranſgreſſione, vt patet; ſed iuriſdictio ſemel acquiſita iudici, ratione alicuius qualitatis in perſona ob delictum, vel actum geſtũ, mutata qualitate perſonæ reducente ſub tali ditione, iuriſdictio non deperditur. Caſtrens. in l. 1. C. vbi de ratioc. agi oportet, & in l. fin. in princ. C. de iuriſd. omn. iud. Peregr. tract. var. lib. 1. num. 139. Giurba l. c. num. 13. Ideo qui deſinit eſſe alicuius artis, non poteſt aufugere iuriſdictionem. Conſulis illius artis, de ijs, quæ geſſit dum erat de arte illa: Caſtrens. l. c. Grat. diſcept. 226. num. 14. & 15. Ricc. deciſ. 190. nu. 2. Marc. Ant Genuenſ. in pract. Archiep. cap. 16. num. 5. Franc. deciſ. 517. nu. 3. & 4. Ideo Theſaurarius Principis, de geſtis tempore theſauratus, etſi officium deponat, eſt à ſolo principe recognoſcendus. Bellin. de re milit. p. 7. tit. 3. num. 20. Ideo Scholaris coram Rectore eſt conueniendus de geſtis, tempore quo erat ſcholaris. De Franchis dec. 147. & DD. ſup. cit. Sic miles, ſic ſubiectus iuriſdictioni Admirati, ſecundum DD. ſup. cit. ergo ſic etiam erit dicendum in caſu noſtro.

Nec obſtat dictum in deciſ. Illuſtriſſ. Hectoris Capycij latro dec. 45. n. 32. his verbis: Quod cauſa hæc omnino erat tractanda coram iudice laico, eo enim ipſo quod clericus efficitur miles, vel vxorem ducit, perdit clericatus priuilegium gl. in can. quiſquis in verſ. Arma in fin. 17. q. 4. & can. quiſquis 84. diſt. Ioannes Andreas inter cõſil. Alex. poſt conſil. 61. volum. 4. Et regulariter attendi debet tempus, in quo quis in iudicio vocatur gl. poſt Alex. in l. nemo poteſt nu. 31. ff. de leg. 1. Hæc Illuſtriſſ. Regens ibi.

Quia, etſi verum ſit quod clericus qui ducit viduã, vel ab alio corruptam, vel militiam exercet, amittat priuilegium clericatus: tamen non extinguitur ius acquiſitum in ipſum, à iudice Eccleſiaſtico in ſtatu clericatus ſi Ius nõ ſit adæquatum. Nam per commiſſionem criminis acquiritur ius ei, cuius iuriſdictioni ſubiectus eſt delinquens. l. licitatio §. quod illicite ff. de publ. l. fin. ff. de priu. delic. l. fi. ff. de furtis. auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet, & dicit in l. officiales num. 1. Aloyſius leo num. 2. & 3. C. de Epiſc. & clericis. Idem Leo in l. qui ſub prætextu num. 16. C. de Sacroſ. Eccleſ. Grat. diſp.

diſp.226.nnm. 10. Decius in cap. quæ in Eccleſiarum col.7.in fin.nu.38. verſ. Et propter hoc ego dicebam &c. de conſtitut.& Bald. in l. officiales 1. col. verſ. & videtur dicendum C. de Epiſc. & cler. Et per mutationem ſtatus, ab eo qui iuriſdictionem acquiſiuit, iuriſdictio tolli non poteſt. Decius l.c. De Franchis deciſ. 417. num. 4. Et delinquens in caſu noſtro. tempore delicti, nec actu, nec habitu, nec potentia eſt ſubiectus iudici ſæculari, ſed Eccleſiaſtico, inquiūt de Franchis loc.cit.nu.5. Cancer.loc.cit.nnm. 152. ex Farinacio conſil. 68. num. 17.p. 1. Panor.in cap. qualiter,& quando num.7.de iud.

10 Inſuper ſi amittit priuilegium clericatus, cur ſi cauſa ſit præuenta à iudice Eccleſiaſtico, eſt recognoſcendus ab ipſomet Eccleſiaſtico, non vero à ſæculari: etiam ſi ſit effectus ſæcularis, tempore conuentionis? arg.tex. in l. ſi quis poſtea ff.de iud.& tex.in l. vltima ff.de re militari. iuncto tex in l. qui cum vno §. reus ff. eod. Quod enim clericus recognoſcatur à iudice Eccleſiaſtico, ex priuilegio oritur ſiue iuris diuini, ſiue poſitiui. Igitur clericus effectus ſæcularis non amittit omnino priuilegium clericatus.

11 Deinde ſi regulariter attendi debet tempus, in quo quis in iudicio vocatur, cur ſæcularis delinquens, & poſtea effectus clericus,& cum habitu,& tonſura incedens, non tamen aſcriptus alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, ſi tali tempore conuenitur, eſt recognoſcendus à iudice ſæculari? vt in concil.Trid. ſeſſ.23.cap. 6. Et cur clericus in minoribus qui cum habitu, & tonſura incedit,& de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruit, & beneficium obtinuit; ſi ordinatus fuit cum litteris dimiſſorialibus falſis, eſt recognoſcendus à iudice laico, non ſolum de delictis patratis in ſtatu ſæculari, ſed etiam de commiſſis in tali ſtatu clericali ex conſtit. Vrbani VIII. die XI. Decembris 1624.

12 Et cur è contra ſi ſæcularis delinquens, efficiatur clericus, & cum habitu,& tonſura incedit,& alicui Eccleſiæ inſeruit de mandato Epiſcopi, eſt remittendus ad iudicem eccleſiaſticum? Sicut ſi ſine habitu, & tonſura incedit, ſed beneficium obtinuit, vt in Concil. Trid.l.c.

13 Si reſpondeat Regens Capycius Latro, quod hi gaudent priuilegio fori, nō vero illi.

Optima quidem reſponſio. Sed priuilegium eſt limitatio iuris communis, cum ſit lex priuata.gl. in l. quod fauore C.de legibus. Vnde dicitur priuilegium, conceſſio contra ius commune can. priuilegia diſt.3. Cancerius var.reſolut.p.2.cap.7.num. 89. cap. Abbate cap.in his extra de verb. ſignif. Quando eſt præter, non contra ius, non dicitur priuilegium ſed beneficium. Panor. in cap. Olim de verb. ſignif. Syluest. verb. Priuilegium num. 1. Et conceditur aliquando etiam contra ius diuinū,

14 inquit. gloſ. in can. de decimis. 16. q. 1. Igitur regulariter,& ex iure communi ſemper attenditur tempus commiſſi delicti, ſeu contractus, etſi aliquando ex priuilegio attendatur tempus, quo in iudicio conuenitur. ſic videmus in milite.l. qui cum vno §. reus.ff. de re militari. ſic videmus in clerico.gl. in l. nemo poteſt ff.de leg.1.

Dices ex eodem Capycio Latro l. c. num 32. Clericus quando ſe obligauit, in nihilo deliquit, ſed delictum periurij prætenditur commiſſum, tempore quo contra formam iuramenti, & promiſſionis non ſoluit in temporibus promiſſis, quando iam erat vxoratus,& laicus, & ſic applicando deciſionem prædictam (ſcilicet Grammatici 10.) potius facit pro creditore; ſi enim eſt attendendum tempus commiſſi delicti non dubitatur quod erat laicus, & vxoratus. Hæc Regens Capycius Latro.

Sed contra eſt primo. Nam etſi ſaluaretur tempus delicti, quod non ſaluatur ex ſecunda reſponſione; tamen non ſaluatur tempus actus geſti, nempe contractus,& tempus actus geſti eſt

ſemper reſpiciendum, vt in l. ad tertiũ §. conditionem ff. de teſtam. Si enim ſeruus tempore quo teſtamentum ſubſcripſit erat liber valet teſtamentum; ſecus ſi erat ſeruus &c.

15 Contra eſt ſecundo. Nam ſub illa ditione, ſub qua reus tenetur, vel ratione delicti, vel actione pecuniaria, eſt conueniendus. tex. eſt expreſſus in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet. Sed delictum in caſu noſtro, eſt per actum omiſſionis, ſeu per negationem actus debiti, & non per poſitionem actus: peccat enim quia nõ ſoluit quod ſoluere tenetur; & delictum per negationem actus debiti ſub ea ditione dicitur commiſſum, ſub qua delinquens tenetur actum ponere. Ideo dicimus clericum non reſiſtentem, etſi extra Diœceſim ſit: delinquere in Diœceſi, ſeu ſub ditione Epiſcopi, in qua reſidere tenetur. cap. tuæ de cler. non reſid. l. qui non facit de reg. iuris. probat Suarez tom. 5. in 3. p. diſp. 5. ſect. 4. num. 8. Salas de legibus q. 96. tract. 14. diſp. 14. ſect. 5. num. 71. Henriquez in ſumm. lib. 13. cap. 26. num. 2. in fin. qui citat Couarr. practic. cap. 11. nu. 6. & 7. Et hic in caſu noſtro tenetur actum ponere ſub ditione Eccleſiaſtica; Nam ſub ditione Eccleſiaſtica ſe obligauit, & conſequenter debitum contraxit põnendi actum, & ſub ditione Eccleſiaſtica ius in ipſum acquiſiuit cõtrahens, cum ius, & debitum ſint correlatiua: ergo ſub ditione Eccleſiaſtica hic talis deliquit, & conſequenter à iudice Eccleſiaſtico eſt recognoſcendus.

16 Contra eſt tertio. Nam clericus dum ſe obligauit non deliquit, ſed malitiã non ſolutioni conſtituit, dum ſibi ipſi nouum præceptum iuramenti impoſuit, & ſe obligauit ad pœnam periurij in caſu contrauentionis, & hanc pœnam ſibi conſtituit infligendam à iudice competente, tempore obligationis, cum tunc neque poterat priuilegio fori renuntiare. cap. ſi diligenti de foro compet. & conſequenter Iudex Eccleſiaſticus acquiſiuit ius ad infligendam hanc pœnam in caſu contrauentionis: & iuriſdictio ſemel acquiſita, ob aliquã qualitatem perſonę ſuper quam acquiritur, etiam deperdita illa qualitate nõ tollitur. Caſtrenſis in l. 1. C. vbi de ratioc. agi oportet vt in l. fin. C. de iuriſd. omnium iud. Peregrinus tract. var. lib. 1. num. 139. Giurba loc. cit. num. 13. Quando deinde hic clericus obligatus, effectus ſæcularis non ſoluit, tunc non periurat quantum eſt ex vi non ſolutionis, ſed periurat in quantum hæc nõ ſolutio obligationem iuratam ſupponit. Vnde entitas huius non ſolutionis, non habet in re malitiam nec dicitur culpa, ſeu peccatum, niſi in quantum ſuam malitiam formalem peccati expectat ab extrinſeco, nempè à iuramento, ſeu à iurata obligatione; ſed hæc fuit facta à clerico ſub Eccleſiaſtico iudice: ergo dicitur periurium, hæc nõ ſolutio, quatenus promiſſionem iuratam dicit ſub Eccleſiaſtico iudice: & & conſequenter hæc non ſolutio quatenus periurium, eſt ſub Eccleſiaſtico iudice, Sed quatenus periurium, eſt cognoſcenda: ergo ab Eccleſiaſtico iudice. Vnde delictum hoc, originem, ſeu rationem formalem malitiæ trahit à iuramento, tempore clericatus ſub iudice Eccleſiaſtico; Nam ex lege, ſeu præcepto ſibi impoſito de ſoluendo, tempore debito ſub iuramento, oritur periurium: dicente Paulo Apoſt. ad Rom. 7. peccatum non cognoui niſi per legem & Deut. 23. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris &c.

17 Hinc eſt quod peccatum periurij cũ dicat eſſentialiter iuramentũ, ſeu promiſſionem iuratam vt rationem formalem extrinſecam ipſius, incipit in caſu noſtro, ſeu habet rationem formalem in ſtatu clericali, ſub iudice Eccleſiaſtico, etſi materia ponatur in ſtatu laicali. Vnde dicitur talis peccaſſe cum ſe obligauit, & poſtea non ſoluit. Niſi velis dicere quod periurium eſt effectus iuramenti, cum iuramentum duplicem pariat effectum, ſcilicet obligationem, & periurium, vt optimè Seraph. deciſ. 805.

805.ex Caſtrenſi lib.2. conſil.13.nu. 3. Dec. conſil. 639. num. 6. Ruin. conſil. 195.num.8.lib.1.Et ideo periurium in caſu noſtro eſt effectus iuramenti emiſſi à clerico ſub iudice Eccleſiaſtico;ille enim peccat qui promiſit. Vnde etſi laicus non ſoluit, tamen non vt laicus periurat,ſed quatenus clericus obligatus cũ iuramẽto;vt laicus .n.numquam cum iuramẽto promiſit, nec ſe obligauit, & conſequenter nunquam vt laicus peccauit.Igitur ſi eſt attendendum tempus commiſſi criminis, hoc crimen eſt effectus obligationis iuratæ ſub iudice Eccleſiaſtico, & fuit in ſua cauſa ſuppoſitum iudici Eccleſiaſtico,vt dixi; & conſequenter à iudice Eccleſiaſtico recognoſcendum.

18 Declaratur. Nam quando clericus ſe obligauit ad ſoluendum tali, & tali tempore, & in caſu contrauentionis ſubmiſit ſe pœnæ periurij ſub iudice Eccleſiaſtico, tunc ſe ſubmiſit in omni contrauentione futura iudici Eccleſiaſtico ſaltem implicitè; Quando deinde hic clericus,factus eſt ſæcularis,& contrauenit inſtrumento iurato, hæc contrauentio explicita hoc tempore facta, eſt illa,ſeu continebatur in illa non cõtrauentione promiſſa, ſub pœna periurij; explicitũ enim in ordine ad implicitum,non eſt quid nouum, ſed quod prius erat demonſtratur l. hæredes Palam §. ſed ſi quis ff. de teſtam. l. adeo verſ.cum quis ex aliena materia ff.de acquir.rer.dom. Sed illa implicita ſpectabat ad iudicem eccleſiaſticum:ergo & hæc explicita.

Quod magis declaratur; quia hæc non ſolutio in caſu noſtro, eſt negatio actus debiti; & cum ſit negatio actus debiti, hoc debitum cuius hæc non ſolutio eſt negatio,eſt debitum clerici,& cõſeq. qñ hic ſæcularis negat nõ ſoluẽdo, negat id quod debet vt clericus, & cum negat id quod debet vt clericus, delinquit tanquam clericus debitor, non tanquam ſæcularis; Vnde etſi ſæcularis & in ſtatu ſæculari non ſoluit, tamen non vt ſæcularis delinquit, ſed vt clericus obligatus: & quia vt clericus obligatus delinquit, ideo eſt cognoſcendus à iudice eccleſiaſtico.

19 Probatur ſecundo.Nam quando hic clericus fit ſæcularis tunc incipit eſſe ſub ditione laicali, & ſubditus iudici ſæculari; At hic talis vt ſæcularis ſub ditione iudicis ſæcularis, ſemper fuit ſimpliciter innocens, & ſine vlla obligatione; nunquam enim peccauit ſub ditione ſæculari, nec cuiquam ſe obligauit: ergo non poteſt iudex ſæcularis hunc punire, nec recognoſcere in caſu noſtro; Sicut non poteſt iudex vnius ditionis in rebus non ſubordinatis punire delinquentem in ditione aliena, ſi nullo modo ei ſit ſubiectus; ſicut nullo modo eſt ſubiectus clericus iudici ſeculari,neque actu,neque habitu, neque potentia,vt inquiunt Panor. Farin.de Franch. Cancer. & præcit. DD. ll.cc.

Dices primo,ex Donato Antonio de Marinis lo.ci.num.6. his verbis. Cum vera ſit, & ab omnibus hodie recepta opinio illa,quam modo ſignificaui,laicum effectum clericum poſt delictum commiſſum,à iudice Eccleſiaſtico cognoſcẽdum eſſe vt per gl. Bart.& DD. ſup. cit. quos omnes, & alios plures congerit Iulius Clarus in pract. crim. §.fin.q. 36. num. 38. Carol. de Graſſis tract.de effect.cler.effect.1. num. 1074. Ricc.deciſ.377.p.4. & Paulus Squillãt. tract de priuil.cler.cap.7.num.33.Quo pacto, & idem affirmare non velimus, quando clericus poſt delictum commiſſum efficitur laicus? Poſſet forſan reſponderi, DD. opinionem in primo caſu ideo fuiſſe conſtitutam, cum tempore quo venit infligenda pœna inuenit delinquentem perſonam priuilegiatam,immunem,& Deo dicatam, & proinde non à iudice ſæculari, ſed Eccleſiaſtico venit cognoſcenda, & eſt communis ratio, quæ pro deciſione illius caſus à doctoribus affertur. Replicarem ego ſi in primo caſu hæc ratio affertur, quia cùm ſit delinquens effectus eccleſiaſticus, & in dignitate conſtitu-

ſtitutus, propter characteris in anima impreſſionem, cenſetur exemptus à iuriſdictione laicali, cur idem non erit dicendum in ſecundo? vbi tempore quo venit puniendus delinquens, reperitur ille omnibus clericalibus priuilegijs ſpoliatus; non enim maximum orietur abſurdum, & inconueniens, quod laicus ab Eccleſiaſtico, citra caſū præuentionis, penitus incompetente cognoſcatur. Quod enim præiudicium eccleſiaſticę iuriſdictioni infertur, haud ipſi remitti, perſonam ab eius gremio tam penitus, & totaliter ſeparatam? certe nullum. & proinde cum congrua diuerſitatis ratio inter vnum, & alterum caſum adduci non poſſit, merito &c. Hæc de Marinis ibi.

20 Reſpondeo primo. Quod de iure communi, vt dixi, ſemper eſt attēdēdus iudex tempore commiſſi delicti, niſi ex ex priuilegio ſit attendendum tempus, quo reus in iudicio conuenitur. Hinc oritur manifeſta diſparitas in paritate propoſita. Nam ſæcularis delinquens, & effectus clericus, de iure communi eſſet recognoſcendus à iudice laico, tamen ex priuilegio recognoſcitur à iudice eccleſiaſtico; At clericus delinquens effectus ſæcularis, cum non ſit ex priuilegio recognoſcendus à iudice ſęculari: ideo ſtandum eſt iuri communi, quo attenditur tempus commiſſi delicti. Vnde etſi clericus effectus laicus ſpoliatur omni priuilegio clericali, non tamen iudex Eccleſiaſticus amittit Ius in ipſum clericum acquiſitum, ob commiſſum delictum ſub ditione Eccleſiaſtica, vt dixi. Vide ergo diſparitatem manifeſtam.

21 Reſpondet ſecundo Layman lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 14. Diſparitatem eſſe, quia clericus tranſiens ad ſtatum laicalem, non tam mutat forum, quàm cumulat forum cum foro, vt nihil obſtet eum etiam ab Eccleſiaſtico magiſtratu iudicari poſſe; At vero laicus tranſeundo ad ſtatum clericalem non tantum mutat forum, ſed etiam ſtatum perſonæ, ſecundum quem incapax ſit, vt à ſæculari iudice iudicetur. Cauſa vero vnius diſparitatis eſt quod nihil obſtat quo minus aliquis in ſtatu laicali poſitus, à iudice Eccleſiaſtico iudicari poſſit: obſtat vero clericorum immunitas quo minus aliquis in ſtatu clericali à iudice ſæculari iudicari queat. Hæc Layman ibi.

22 Quibus adde, quod hæreticum eſt dicere chriſtianum ſæcularem, ſubiectum non eſſe pro omni peccato iudici Eccleſiaſtico. Inquit Sanchez conſ. lib. 6. cap. dub. 4. num. 3. qui citat Nauar. cap. nouit de iudic. notab. 6. num. 33. & 34. Quod vero ſæcularis delinquens, effectus clericus ſit recognoſcendus à iudice Eccleſiaſtico, fuit deciſum in Sacro Conſil. Neap. die 5. Iulij. 1586. iunctis tribus Aulis, teſte Vincētio de Franchis deciſ. 384. ex gl. ſingulari in l. nemo poteſt. verb. Qui nec. ff. de legatis primo. docet Couar. tract. cap. 31. num. 8. & eſt fere omnium DD. dicentium, non poſſe puniri talem clericum à iudice ſæculari ſaltem in perſona, ſi in fraudem delicti, vel contractus ſit effectus clericus; ſi vero ſine fraude ordines ſuſcepit: nec in perſona, nec in bonis poteſt eum recognoſcere iudex ſæcularis. Vide Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 2. à num. 148. de Franchis deciſ. 209. & 384. Guttirez lib. 1. pract. q. 5. Giurba l. c. conſil. 15. num. 34 qui multos DD. cumulat. Bonac. in præcep. decal. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 16. Diana p. 4. tract. 1. reſol. 22. Nec obſtat bulla Sixti V: anno 2586. Kal. Septembris edita, incipiens: Cum de omnibus &c. Quia fuit declarata, & partialiter annullata à Clemente VIII. per bullam incipientem: In ſuprema §. 3. vt videri poteſt in bullario tom. 3. pag. 120.

23 Reſpondeo tertio ex Bart. lib. 1. num. 3. ff. de pœn. Quod qualitas ſuperueniens reo, poteſt vel mutare ſtatum, & conditionem perſonæ, vel forum tantum. Si qualitas ſuperperueniens facit mutare ſtatum, & cōditionem perſonæ: tunc eſt remittendus ad iudicem ſtatus, ſeu conditionis perſo-

perſonæ, quia forus in quo deliquit incompatibilis eſt cum ſtatu, & conditione, quæ nunc huic perſonæ inhæret: ſi vero conditio ſuperueniens facit mutare forum tantum, & non ſtatum, Ius acquiſitum iudici prioris ſtatus, ratione delicti ſub ſua ditione commiſſi auferri non poteſt; huic enim iudici ratione delicti eſt obligatus. At quia in caſu noſtro quando eſt ſæcularis, & fit clericus, qualitas hæc facit mutare ſtatum, & conditionem: & quando eſt clericus, & fit ſæcularis, qualitas hæc facit mutare forum, & non ſtatum, ideo primus eſt remittendus ad iudicē Eccleſiaſticū, & ſecundus non eſt remittēdus ad iudicem ſæcularē. vide Dec. lib. 4. crim. cap. 24. n. 2. Baez. de inop. debit. cap. 17. num. 22. Ricc. l. c. deciſ. 596. num. 6. Giurba loc. cit. num. 39. & 40.

Dices ſecundo ex eod. de Marinis loc. cit. nu. 3. & 4. Quod deciſio Grammatici 10. loquitur in caſu præuentionis; & ratione præuentionis fuit deciſum in Sacro Conſil. teſte Roberto in tract. de liquid. inſtr. conſid. 4. num. 7. verſ. Vndecim fuerunt traditæ &c.

24 Reſpondet de Franchis deciſ. 417. num. 6. his verbis: Licet Bald. & DD. relati per Grammaticum loquantur, quando clericus in minoribus eſſet præuentus, & poſtea vxorem duxit, nihilominus ratio qua mouētur DD. fundata eſt in initio, ſcilicet, quod tempore delicti commiſſi erat ſubditus iuriſdictioni Eccleſiaſticæ; & propterea gl. in d. l. 1. ſup. allata, dicit ſecundū Azon. eſſe initium inſpiciendum, & Grammaticus in d. deciſ. 10. allegat eam, ad caſum in quo non erat præuentio, antequam inquiſitus duceret vxorem; & in deciſ. prædicta interueneruntnt omnes Conſiliarij vtriuſq; Aulæ &c. Hæc de Franchis ibi.

25 Addo, quod ad hoc vt præuentioni locus ſit, iudex incompetens eſſe non debet. Clem. fin. vt lite pēd. Decian. lib. 4. crim. cap. 20. num. 19. Azeuedo lib. 10. n. 41. tit. 13. lib. 8. recap. At in caſu noſtro ab initio commiſſi delicti iudex ſæcularis in clericum, omni penitus carebat iuriſdictione, & ideo merito Caual. deciſ. 10. num 28. p. 5. & Ricc. in praxi deciſ. 590. num. 6. reprehendunt DD. requirentes præuentionem à iudice Eccleſiaſtico, alias, ſi ſęcularis pręueniat, nō poſſe agere Eccleſiaſticum; hoc .n. falſum eſt, cum tempore delicti cōmiſſi iudex ſęcularis omnino incompetens ſit, vide Giurbam l. c. nu. 35.

Dices tertio, cum Pereira de manu reg. p. 2. cap. 42. num. 8. Quod tunc priuilegium attendi debet, quando iudicium incipit l. cum quædam puella ff. de iuriſd. omn. iud. cap. pen. de foro compet. Sed iudicium incipit in ſtatu laicali, ſeu tempore quo ille eſt laicus: ergo ad laicum ſpectat cognitio cauſæ. Hæc Pereira ibi.

26 Reſpondeo, quod priuilegium attenditur quando cauſa incipit; tunc enim ius acquiritur à iudice ſub cuius ditione delinquit, vt diximus cum Decio, & Baldo; non quando incipit iudicium, nam iudicium eſt quando cauſa diſcutitur; Cauſa vero eſt Materia, ſeu origo negotij nondum diſcuſſionis examine patefacta, cap. forus de verb. ſign. At quando cauſa eſt, ideſt origo, ſeu materia negotij eſt, tunc perſona eſt Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticus iudex acquirit ius ad ipſum delinquentem vt dixi, Igitur ad iudicem ſtatus quando cauſa eſt, reus eſt remittendus. Iura vero allegata loquuntur de præuētione facta corā iudice incōpetēte, nō vero corā iudice incapaci, vt eſt in caſu noſtro iudex laicus in ordine ad clericum.

Dices quarto, quod Iudex competēs dicitur ille, coram quo poteſt actor cōuenire Reum; ſed Reus in caſu noſtro non poteſt conueniri coram Eccleſiaſtico, quia adhuc non deſinit ſoluere ergo &c.

27. Reſpondeo, quod coram illo iudice poteſt conueniri, coram quo ſe obligauit actum ponere, ſeu ſoluere tempore debito; & quando deſinit non poteſt conueniri, quia deſinit, ſed quia ſe obliga-

obligauit, & poſtea definit: Iam non deſitio ſed obligatio fundat actionem conueniendi Reum &c. vt potet, & dixi ſupra.

Dices quinto, quod licet debitor poſſit conueniri in pluribus foris, & præcipue in foro vbi contractu ſe obligauit ad tex. in l. hæres volens ff. de iudicijs & cap. Romana §. contrahentes de foro competenti vbi DD & latiſſime Carleual. de Iudicijs lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 4. num. 236. Tamen arbitrariũ eſt actori, vtrum in eo foro agere velit, an potius in foro domicilij & ſimili ſecundum Carleual l. c. ergo erit in voluntate creditoris, talem clericum obligatum conueniri facere, vel in foro Eccleſiaſtico, vel in foro ſæculari.

28 Reſpondeo, quod creditor poteſt conuenire reum ad plura fora, ſi ſint per aliud incompetentia, non vero ſi iudex ſit incapax; incompetentia enim fori, differt ab incapacitate iudicis, vt bene Muſcatellus 2. part. gl. competens num. 10. Transmier de Polygamia q. 16. num. 6. pag. Mihi 319. & Iudex laicus in ordine ad perſonas Eccleſiaſticas dicitur incapax, & nõ incõpetens, ſecundum DD. cit. Et ideo non poteſt in caſu noſtro debitor citari, ſeu conueniri coram ſæculari, vel Eccleſiaſtico ad libitum creditoris, ſed debet conueniri coram Eccleſiaſtico.

Dices ſexto. Si ratione contractus acquireretur ius in contrahentes à iudice ſub cuius ditione contrahitur; Sequeretur, quod hæres clerici obligati eſſet conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico, cum contractus ſit celebratus à clerico ſub iudice Eccleſiaſtico, quod eſt falſum, & contra omnes DD.

29 Reſpondeo, ꝙ per mortem teſtatoris extinguũtur omnia iura perſonalia, & defunctus amittit omnia iura ad ſua bona, & acquiruntur hæredi; ideo enim dicitur quod Lazarus à Chriſto reſuſcitatus recuperauit omnia bona quæ non fuerunt ab hærede diſtracta, illo medio tempore dum fuit mortuus ex nouo iure, vt bene Franciſcus Vaſquez contr. illuſt. lib. 1. in præfat. num. 64. Grammat. dec. 103. num. 118. pag. mihi 1330. Ius ergo acquiſitum à iudice Eccleſiaſtico, dum clericus contrahit, eſt iam extinctum, cum ſit extincta perſona, ſeu ſubiectum, & quia hæres incipit poſſidere iure hæreditario, acquirit ius, ille iudex, cui hic hæres eſt ſubiectus, vt patet. At quando quis fit ſæcularis poſtquam fuit clericus iura in ipſum acquiſita non ſunt extincta quia ſubiectum eſt idem, vt patet.

Dices ſeptimo, quod ſi Nouitius religionis committat delictum, eſt à ſuo Superiore regulari recognoſcendus, & ſi eſt eiectus à religione, vel ſi ipſe religionem relinquit, & fit ſæcularis, pro delicto in religione patrato eſt recognoſcendus à iudice ſæculari. Molina de primog. lib. 2. cap. 9. num. 52. Ambroſ. de im. Eccleſ. cap. 22. num. 11. Farinac. q. 4. nu. 42. Bouald. lib. 2. Pol. cap. 18. num. 87. Lamberteg de contract. gl. 2. q. 19. nu. 22. Quod verũ eſt etiam de profeſſis Societate Ieſu cum votis ſimplicibus, ſi de religione exierint de licentia Superioris. Tappia in auth. Ingreſſi verb. Monaſteria cap. 10. nu. 8. ex Sacroſ. Eccleſ. Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 7 q. 12. Rodriquez qu. reg. q. 47. ar. 16. p. 2.

30 Reſpondet Giurba à num. 41. quod Nouitius durante nouitiatu præſumitur velle in religione perſeuerare, & profeſſionem emittere, & ideo eſt à ſuo Superiore puniendus. Mandos. de priuil ad inſtar. gl. 10. num. 23. Grat. deciſ. 35. num. 16. Valenzuol. conſil. 95. num. 53. At quando fit ſæcularis fingitur retro quod ſæcularis ſemper fuerit, quia nullum recepit caracterem per ingreſſum religionis, nec fuit alicui ſtatui Eccleſiaſtico permanenter iniriatus, & ideo eſt à ſæculari puniendus, vt optimè Lamberteng. loc. cit. num. 62. & 22. Anch. conſil. 69. num. 8. oppoſitum tamen magis probabile mihi videtur vt dixi in reſol. 59. num. 27. At quia clericus etiam per primam tonſuram initiatus Deo permanenter, & vt talis habuit

buit qualitatem permanentem, qua delinquendo in ipſum acquiſiuit ius Iudex Eccleſiaſticum, quam qualitatem permanentem non habet nouitius vt patet, & ideo ius ſemel acquiſitum per qualitatem permanentem ſemper durat, at ius acquiſitum per qualitatem tranſeuntem tranſacta qualitate illa, deperditur: patet ergo diſparitas manifeſta.

Si ergo eſt recognoſcendus à iudice Eccleſiaſtico talis clericus; conſequenter, qui eum trahit ad tribunal ſæculare incidit in caſum noſtrum cum cenſura.

S V M M A R I V M.

Clericus coniugatus conueniendus eſt coram iudice eccleſiaſtico in liquidatione inſtrumenti, & liquidans eum coram iudice laico incidit in caſum noſtrum cum cenſura. num. 1.

Clericus coniugatus gaudet immunitate eccleſiaſtica ſaltem in criminalibus, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur. num. 2.

Cauſa liquidationis inſtrumenti eſt cauſa criminalis; agitur enim de pœna applicanda fiſco, quæ ſucceſſit in locum pœnæ mutilationis manus ratione periurij infligendæ. num. 3.

Subrogatum ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur. n. eod.

Iudex laicus non poteſt clericum coniugatum condemnare, nec perſonaliter, nec pecuniaľiter. n. 4.

Pœna eſt debitorum ſatisfactio, quæ à lege, vel legis miniſtro imponitur. numero 5.

Pœna pecuniaria impoſita ratione commiſſi criminis facit, vt cauſa ciuilis appelletur ſecundum Menochium. num. 6.

Hæres non vindicans per decennium defuncti fratris iniuriam reddit ſe ipſum hæreditate indignum; ideoque ratione indignitatis fiſco ius acquiritur ad hæreditatem, quod non extinguitur per mortem hæredis. numero 7.

Pœna debita perſonæ delinquentis extinguitur per mortem Rei; pœna vero, quæ per ius tranſmittitur ad bona non extinguitur per mortem rei. n. eod.

Pœna pecuniaria iure ſucceſſionis à fiſco acquiſita ciuilis eſt, non criminalis, quamuis à crimine ortum habeat; pœna vero pecuniaria debita non iure ſucceſſionis, ſed ob publicam vindictam criminalis eſt, non ciuilis. n. eod.

Capitaneus Neapolitanus, quamuis alias cauſas criminales cognoſcere poſſit, cauſam tamen liquidationis inſtrumentorum cognoſcere nequit; cum ſit ſeruata præeminentijs M. C. V. num. 8.

Clericus non poteſt eſſe actor in cauſa criminali, quando agitur ad vindictam ſanguinis; ſecus vero ſi non agatur de tali pœna. num. 9.

Liquidatio inſtrumenti quamuis reſpectu pœnæ debitori inferēdę ad publicam vindictam criminalis ſit, tamen reſpectu creditoris ciuilis eſt, non criminalis. n. eod.

Cauſa liquidationis inſtrumentorum agitur quidem coram iudice ciuili; tamen citationes expediri non poſſunt, niſi adſit ſubſcriptio Magiſtri actorum cauſarum criminalium. n. 10.

RESOLVTIO LXII.

Quidam habet obligatum per inſtrumentum ſolemnitate vallatum clericum coniugatum, & dum talis clericus non ſoluit liquidat inſtrumentum coram Iudice ſæculari. Quæritur An talis incidat in caſum noſtrum reſeruatum?

1 RESpondeo breuiter, clericum coniugatum in liquidatione inſtrumenti conueniendum eſſe coram iudice Eccleſiaſtico; & ideo probabiliter talem liquidans incidit in caſum noſtrum cum cenſura.

Quod clericus coniugatus ſit coueniē-

dus coram Iudice Eccleſiaſtico in liquidatione inſtrumenti tenet Riccius in deciſ.p.3.deciſ.170.Nouarius quęſt. forenſ.q.79.num.7. & in pragm.1. de cleric.Saluat. num.12. De Marinis reſolut.quotid.cap.58.num.15. & in ſingulari 73. Didacus de Mari in addit. ad Gram. deciſ.10.num.3. Squill. de priuil.cleric. cap.7.num.28. Galter.de præſent.inſtrum.in verbo Preſentet inſtrumentum num.1.fol.mihi 115. Pro probatione.

2 Suppono primo Clericum coniugatum gaudere immunitate Eccleſiaſtica ſaltem in criminalibus ſiue ciuiliter, vt cum petitur reſtitutio damni illati, ſiue criminaliter pro crimine agatur, vt dũ petitur vindicta. Barboſa in collect. DD.in varia loca Concil.Trid. ſeſſ.23. de reform.cap.6.num.49. & de poteſt. Epiſc. p.2. alleg.18. num.25. qui citat Sell.cap.18.num.27.qui dicit ſic fuiſſe deciſum ſub die 13. Februarij 1610. Sanchez de matrim. lib.7. diſp.46. n. 22.Habetur expreſſe in cap. vnico de clericis coniug. in 6.his verbis.Et cum (iuxta pontificale Concilium) nullus clericus diſtringi, aut condemnari debeat à iudice ſæculari: præſenti declaramus edicto huiuſmodi clericos coniugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudiciũ ſæculare, nec ab ipſis ſæcularibus iudicibus eos debere perſonaliter, vel etiã pecunialiter (ne per vnam viam concedatur eiſdem iudicibus, quod per aliam denegatur) nullatenus condemnari. Hæc in tex. qui tex. fuit confirmatus in Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.6.de reformat. Sic ſentiunt Ioannes Andreas in hoc c. n. 2.Archidiac.in fin. Anchar.num.4.notab.4. Domini ibidem §. Et cum iuxta num.7. in princ. Abbas cap. Ioannes num.3. de cleric.coniug.& cap.2. n.7. de foro compet. vbi Imola nu.3. Aretinus ibi num. 1.notab. 1. Decius cap. At ſi clerici in princ. in noua edit.num. 151.verſ.Non tamen videtur recedendum &c. de iudicijs. Idem Imola c. ex parte num.3. de cleric. coniugat.& ibi Card. q.3. Montaluus l.25. paulo poſt princip.tit.9.p.1. Velluga in Specul.prin.rub.11.§.videamus num.1. & 6.Camill.Borell.in addit. lit. A. Roſella verb. Clericus 5.num.pen. Et verb. excommunicatio 5. caſu 1. num.27. Bened. Capta concl.97. num.85. Couar. quæſt. pract. cap.31.num.7. verſ. prima igitur,&c. Auilas in cap.prætorũ premio gl.1. num.29. Tallada de viſitat. carceris cap. 5. num.17. Azorius tom.1. lib.13.q.16.& alij,quos citat,& Sequitur Sanchez. loc.cit. & nos diximus ſupra in primo notabili reſol. 59. num.10.

3 Suppono ſecundo Iudicium liquidationis inſtrumenti eſſe iudicium criminale,quia cõtinet pœnam pecuniariam applicandam fiſco gl. in l.3. verb. centum aureorum ff.de ſepulcro violato; quando enim multa applicatur parti læſæ agitur ciuiliter; quando fiſco agitur criminaliter,vt gl.ibi.Sic ſentit Menochius de arbit.iud.lib.2. cent.3. caſu 265.à num.14.qui citat Bartol.in præf. l.3.Mar.Ant.Blanc. in pract. crim. p.5. incipiẽte Viſis indicijs per eum n. 158. Decium rubric. extra de iudicijs num. 9.Gomes.inſt.de actio.in princ. nu.19. Boetium q.349.n.2. Duar. lib.1. diſp. anniuerſ. c.35. Idem ſentit Maſcardus de probat. concl.762. num.8. qui citat Accurſ.in l.3. in princ.verb. Aureorum centum ff. de ſepulchro violato, cui adhæret ibidem Bartol. Cyn. & Bald.in l.ſi qua per calumniam C. de Epiſc. & Cler. & tradidit Alex. in Rubric. C.de iudic. & conſil. 132. Vila facti narratione num. 5. volum. 1. Imol.in cap. qualiter, & quando il ſecondo num. 64. de accuſat. Idem in Rub.de iud.ff.de public.iud. Decius in Rub.de iud.num.52.& ibi Rip.num. 102.Iaſon in princ.inſt.de act.num.15. & idem in l. 1. num.7. Cod. de edend. Bar.in l.Agraria ff. de termino moto. Quam ſententiam dixit eſſe communẽ Gomes.in eo princ. inſt.de action.Frãciſcus Curtius iun.in Rubric. ff.de iud. nu.18.

nu.18. Hæc Maſcardus ibi. Tum quia pœna pecuniaria hæc ſucceſſit loco pœnæ mutilationis manus pro periurio infligendæ, & loco ipſius fuit ſubrogata. Afflict. in conſtitutione Statuimus num.17. Carauita in ritu 133. & 171. & ſubrogatum ſemper ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur, argumento text. in l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. Cum ſemper origo ſit inſpicienda arg. te. in l. qui id quod 34. ff. de dō. l. deniq; §. Scio ff. de minor l. Pomponius ff. de neg. geſt. Carauita ritu 109. n. 2. Capycius Latro deciſ. 58. num. 8. Tum quia in initio liquidationis modus procedendi contra Reum eſt criminalis, quia debet creditor perſonaliter comparere in Curia, ſicut in criminalibus, vt in ritu 166. in princ. Pro debitore procurator non admittitur vt in criminalibus ritu 109. Creditor damnatur tanquam calumniator, ſi debitor in promptu ſolutionem per teſtes, aut per publica documenta probat, vt ritu 175. Quod non fit in ciuilibus, dum debitor ad expenſas tantùm condemnatur ad tex. in l. eum qui temere 79. ff. de iud. Per mortem rei delictum, & pœna extinguuntur l. vnic. C. ex delict. defunct. l. 1. & l. penul. C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer. Sic per mortem obligati in cauſa inſtrumenti liquidari non poteſt; nec hæres pœnā ſoluit, vt in ritu 167. Creditor poteſt in principio debitorem in carcerem inijcere, ſi velit, vt De Franchis deciſ. 162. n. 7. At in ciuilibus prius ſuper bonis fit executio, & deindè contra perſonam in ſubſidiū proceditur; & etiamſi creditor velit, nō poteſt hunc ordinem mutare l. à Diuo Pio §. Sententiam Romæ, cum ſequenti ff. de re iudicata. Vigor inſtrumenti liquidationis deperditur poſt vigeſimum annum, vt in ritu 167. Sicut querela non proponitur poſt vigeſimum annum, vt optimè notat Carauit. dicto ritu 167. Sunt igitur initia liquidationis criminalia, etſi media cauſæ ſint ciuilia, quæ incipiunt poſt litem conteſtatam, & poſt datum terminum. Bald. in l. ſeruum quoque §. publicè nos ff. de procurat. Et ideò in cauſa liquidationis terminus non impartitur, niſi facta interrogatione, debitore in carceribus conſtituto, vt in ritu 166. Et ſic iudicio criminali finito; & quod deinde ſequitur, iudicium ciuile eſt; Nam ſententia ſequitur poſt ordinaria acta, & quoad ſortem debitam tantum, non vero quoad pœnā, vide Carauita ritu 109. in fin. in proprijs terminis. Quod liquidatio inſtrumenti ſit iudicium criminale, tenet Afflict. deciſ. 64. num. 4. per tot. Freccia de præſent. inſtrum. p. 6. num. 1. & p. 11. q. 3. num. 4. Carauita in ritu 109. & 182. num. 9. De Franch. deciſ. 162. ſub num. 6. & 15. & ferè per totam, & ibi addentes. Muſcatell. de fideiuſſ. p. 2. q. 2. num. 12. Riccius 3. p. deciſ. 170. Minad. deciſ. 2. in 1. parte Nouarius quæſt. for. q. 79. num. 6. & 7. Donat. Ant. de Marinis quot. reſol. c. 58. num. 15. Capycius Galeot. controuerſ. illuſtr. controuerſ. 54. à num. 17. vſque ad 24. Capycius Latro deciſ. 45. num. 17. verſ. Neque cum &c. & ſeq. & deciſ. 58. num. 5. & ſeq. Squillant. de priuil. cleric. cap. 7. num. 27. verſ. Eſt tamen. &c. His poſitis.

Probatur reſponſio, Nam clericus coniugatus in criminalibus eſt recognoſcendus à Iudice Eccleſiaſtico ex cap. vnico de cleric. coniug. in 6. vt in primo ſuppoſito; Sed cauſa liquidationis eſt criminalis, vt in ſecundo ſuppoſito: ergo creditor liquidans inſtrumentum coram Iudice Sæculari contra clericum coniugatum incidit in caſum noſtrum.

4 Cōfirmatur primo, quia Iudex ſecularis nullatenus poteſt clericū coniugatum condemnare perſonaliter, nec pecunialiter, vt in præfato cap. vnico, ibi Nec ab ipſis ſæcularibus iudicibus eos debere perſonaliter, nec etiam pecunialiter nullatenus cōdemnari &c. Sed ſi poſſet cognoſcere cauſam liquidationis inſtrumenti, poſſet ipſum ex rigore

gore iuris antiqui ad ſciſſionem manus, & ex iure nouo ad pœnam pecuniariam condemnare: ergo ne procedatur expreſsè contra tex. debemus dicere, quod non poſſit.

5 Confirmatur ſecundo; nam pœna eſt delicti, vel delictorum ſatisfactio, quæ à lege, vel à miniſtro legis imponitur, gl. in procemio l. 1. ff. de pœn. l. ſi prætor ff. ad legem Aquiliam §. item ſi putator inſt. de lege Aquilia, can. ſors peruerſam diſt. 59. can. inuentum 16. q. 7. can. geſta diſt. 74. Sed liquidationis inſtrumenti cauſa eſt ad pœnam infligẽdam, etſi nunc pecuniariam, olim perſonalem: ergo delictum ſupponit; ſed pro exceſſibus, ſeu delictis clerici coniugati non poteſt iudex ſæcularis ipſum condemnare, ſeu cognoſcere, vt in præfato c. vnico, ibi, Clericos coniugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicem ſæcularem &c. ergo eſt cognoſcendus in cauſa liquidationis à Iudice Eccleſiaſtico, & conſequenter, qui ad iudicem ſæcularem trahit, incidit in caſum noſtrum.

Dices primo, quod non benè diximus in ſecundo ſuppoſito, cauſam hanc liquidationis eſſe criminalem, quia pœna pecuniaria applicatur fiſco, dum habemus tex. in l. Caius ff. ad Senat. Conſul. Syllanianum, in quo pœna pecuniaria fiſco applicatur, & tamen cauſa ciuilis appellatur, vt ex rubr. illius tex. & dum vult tex. ipſe, quod actio fiſci non deperdatur per mortem delinquentis; & cum verum ſit, quod in cauſa criminali per mortem Rei delictum, & pœna extinguũtur l. vnic. C. ex delic. defunct. l. 1. & l. pen. C. ſi Reus, vel accuſ. mort. fuer. &c. conſequenter hæc actio ciuilis dicenda eſt; ergo etſi pœna pecuniaria in caſu noſtro fiſco applicatur, non per hoc erit criminalis.

6 Reſpondet Menochius de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 265. num. 7. his præciſis verbis, Ego aliorum ambagibus prætermiſſis reſponſum illud interpretor, vt ibi verè cauſa eſſet criminalis, ſed pœna impoſita ratione cõmiſſi criminis eſſet pecuniaria, quæ ſanè pœna pecuniaria eo in caſu nomen tribuit, vt cauſa ciuilis appelletur, id quod eſſe verè poteſt; nam quãdo cauſa criminalis à ciuili propriè ponitur tanquam diuerſa, ciuilis ſæpiſſimè pecuniaria appellatur, vt in l. vlt. ff. de ferijs, in l. 1. in princ. ff. de teſtibus, in Auth. Sed hodie C. de Epiſc. & cler. in l. tunc conuenit, C. de accuſat. in l. vlt. C. de requir. reis, in l. interrogari C. de quæſt. Auth. Nouo iure curand. C. de pœna iud. qui male iudic. Cum vero ſolum eſt ſermo de cauſa criminali, iudicium ratione criminis criminale appellatur, ſed pœna interdum pecuniaria eſt, vt in l. vlt. ff. de priuat. delic. & in dicta l. Caius, quam ſic intelligo. Nam ibi indicitur pœna Sorori hæredi indignæ non vindicanti defuncti fratris necem iuxta Senatus Cõſultum Syllanianum, non tamen videtur eſſe poſſe locum illi pœnæ poſt mortem ipſius Titiæ, eo quia per mortem, delictum, & pœna extinguitur l. vnic. Cod. ex delic. defunct. l. 1. & l. penult. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. Verumtamen aliter reſpondit Iureconſultus in dicta leg. Caius, nempè pœnam illam non eſſe extinctam, cum pecuniaria ſit, quoniã agebatur ſolum de auferenda ſucceſſione ab indigna, quæ ſanè pœna morte illius indignæ non fuerat extincta l. 3. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. & l. 3. C. ſi pendente appellat. & plura retuli in tractatu de recuperand. poſſeſſ. remed. 1. num. 159. & in conſil. 99. num. 57. lib. 1. Hæc Menochius ibi.

7 At ſi licet mihi dicere, quod ſentio, audeo affirmare ſolutionem huius tex. in l. Caius, eſſe hanc; Nam in tex. hæc habes: Caius Seius cum langueſceret &c. Quæro an morte Titiæ extinctum ſit crimen. Paulus reſpondit, cauſam, de qua quæritur, cum ſit pecuniaria morte ingratæ hæredis extinctam non videri &c. Vnde diſcurro ſic, Titia non vindicauit per decennium mortem ex-

tincti

tincti fratris, & ſic redidit ſe ipſā indignam hæreditate, & conſequenter ratione huius indignitatis, fiſco eſt acquiſitum Ius ad hæreditatem hanc, quod ius acquiſitum ob indignitatem viuentis Titiæ, & non vindicantis mortem fratris, non extinguitur per mortem ipſiuſmet Titiæ. Quia pœna quæ extinguitur per mortem Rei, eſt pœna debita perſonæ delinquentis, non vero pœna, quæ per ius tranſmiſſa eſt ad bona, etſi Ius habeat fundamentum à delicto perſonę, vt patet in l. 1. & l. 4. & l. vlt. ff. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit; & quia ſucceſſio, ſeu ius acquiſitum in bonis, quid ciuile eſt, etſi à crimine ortum habeat; Ideo hęc cauſa à tex. appellatur pecuniaria, cum ſit fundata in bonis, à rubrica dicitur ciuilis, cum ſit iure ſucceſſionis. At quia pœna in caſu noſtro, etſi pecuniaria non iure ſucceſſionis, ſed ob publicam vindictā infligitur, ideo ciuilis cauſa dici non poteſt. Vnde quatenus hęreditas illa ammittitur à Titia, dicitur cauſa criminalis, quia eſt in pœnam delicti; quatenus vero fiſcus ſuccedit, ſeu ſucceſſio fiſci dicitur ciuilis. At in caſu noſtro, nulla actio inuenitur propter publicam vindictam ratione periurij; ideo ſemper dicitur criminalis &c. habemus exemplum maniſeſtum in hæretico, qui à die commiſſi criminis amittit aliquod ius ad ſua bona, & fiſco acquiritur ex c. ſecundum leges de hæreticis in 6. Hoc ius acquiſitum à fiſco non deperditur per mortem delinquentis, & ſucceſſio hæc fiſci non dicitur criminalis; ſuccedere enim criminale non eſt, cum poſſit eſſe ex iure naturæ, ex inſtitutione &c. & etiam ex delicto ſeu ratione delicti. Et ſic non eſt delictum, Succedere, ſed à delicto ſucceſſio ortum habet. Et quia actio ſuccedendi reſpicit bona, ſeu pecuniam; ideo cauſa pecuniaria dicitur, & à rubrica ciuilis appellatur.

Nec obſtat, quod Capitaneus Neap. cognoſcit de cauſis criminalibus excluſis cauſis ciuilibus, & liquidationibus inſtrumentorum, vt habetur in ritu 302. Ex quo aliqui deducunt, cauſam liquidationis eſſe ciuilem. Nam ſi liquidatio eſſet criminalis non exciperetur à cognitione Capitanei, nec inter cauſas ciuiles reponeretur.

8 Quia aliqui reſpondent, quod ideo Capitaneus Neap. de liquidatione cognoſcere non poterat, quia liquidatio inſtrumēti erat de preæminentijs Magnæ Curiæ, vt in ritu 54. Et quia Capitaneus regebat Curiam diuerſam à Magna Curia teſte Rouito in dicto ritu 302. Ideo nec ipſe Capitaneus, nec alia Curia id facere poterat.

Niſi velis dicere, & melius, quod ex dicto ritu 302. clarè colligitur, liquidationem inſtrumentorum eſſe criminalem, quia Capitaneus Neapolit. tanquam cognitionem habens ſuper criminalibus cauſis de liquidatione inſtrumenti, tanquam criminali cognoſcere debuerat, ideo generalem conceſſionem limitans, ritus expreſſe id ei vetuit, vt de cauſis liquidationis inſtrumenti non cognoſceret, conſeruans eas M.C.V. præeminentijs, memor ritus 54. Aliter, & huic ritui, & alijs ante dictis 109. 171. & 179. contradiceret. Quinimmo ſi cauſa liquidationis ciuilis eſſet, ſat erat dicere, quod Curia Capitanei Neap. de cauſis ciuilibus non cognoſceret, vt in princ. dicti ritus 302. abſque eo quod diuerſitatem denotās fruſtra adderet, Nec ſuper tenoribus inſtrumentorum &c.

Dices ſecundo, ſi cauſa liquidationis inſtrumenti eſſet criminalis, ſequeretur quod clericus creditor non poſſet liquidare, quia expellitur clericus à cauſa criminali can. his à quibus 23. q. 8. Diaz. pract. crim. cap. 99. num. 1. Sed de facto non expellitur: ergo criminalis non eſt.

9 Reſpondeo, quod clericus expellitur à cauſa criminali, quæ tendit ad vindictam ſanguinis, & ad pœnam mortis, ſeu ad pœnam ſimilem ſanguinis, vt in cit. can. his à quibus, in illis verbis: Iudicium ſanguinis agitare non

licet

licet &c. Secus quando de ſimilibus pœnis non tractatur, vt eſt in caſu noſtro, & quamuis verum ſit quod pœna hæc pecuniaria fiſco applicata ſuccedat loco mutilationis manus, tamen ſanguis ex ea nō irrogatur. Addo, quod etſi verum ſit quod reſpectu pœnæ debitori inferendæ, & ad publicam vindictam inferatur, propterea cauſa criminalis ſit, tamen reſpectu creditoris petentis, & debiti in inſtrumento contenti, cauſa non vt criminalis conſideratur, ſed vt ciuilis, vt bene explicat Carau. dicto ritu 109. in fine.

Dices tertio, ſi cauſa liquidationis inſtrumenti criminalis eſt, cur agitatur coram Iudicibus de cauſis ciuilibus recognoſcentibus, non vero coram Iudicibus recognoſcentibus cauſas criminales?

10 Reſpondet Capyc. Galeot. controuerſ. illuſtr. controuerſ. 54. à num. 19. his verbis, quod cauſa liquidationis quoad plures effectus dicatur criminalis benè probat Frecc. de liquid. inſtr. p. 6. per totam, & ſtylus vt Iudices ciuiles cognoſcant de inſtrumentorum liquidatione fundatur, vt iudices criminales facilius vacare poſſint expeditioni tam ingentis numeri Carceratorum, pro quo de mane, & de ſero regunt tribunal, & nihilominus citationes ſuper tenore inſtrumentorum non poſſunt expediri, niſi cum ſubſcriptione Magiſtri actorum cauſarum criminalium, ex quo euidenter patet in ſui origine attinere ad criminalia &c. Hęc Capycius Galeota ibi.

SVMMARIVM.

Clerici non incedentes in habitu, & tonſura, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habent, non tam fori priuilegium, ſed etiam alia priuilegia clericis conceſſa amittunt; ſiue dicta priuilegia ſint de iure diuino, ſiue ex priuilegio iuris poſitiui. n. 1. 2. & 3.

Concilia, leges, & Canones Iuri diuino diſpenſare, vel illud immutare non poſſunt. num. 2.

Si exemptio clericorum à ditione laicali eſt de iure diuino, Tridentinum dicens clericos non incedentes in habitu, & tonſura non gaudere priuilegio fori non mutat ius diuinum, ſed demonſtrat tantum, quinam clerici ſub iure diuino comprehendantur. num. eod.

Si vero exemptio eſt ex priuilegio iuris poſitiui reſtrictio huius priuilegij facta à Trid. reducit clericos ad ius commune; ac proinde ſicut de iure communi clerici erant ſubditi ditioni laicali, nulloque clericali priuilegio gaudebant, ita etiam ſi comprehendantur ſub hac reſtrictione. n. 3.

Priuilegium contra ius commune eſt ſtricte accipiendum; reſtrictio vero huius priuilegij eſt late accipienda, cum illud ad ius commune reducat. n. eod.

Cætera priuilegia clericis conceſſa continentur in priuilegio fori, tanquam partes in toto. n. eod.

Idem eſt forum ſortiri, ac ligari ſtatutis, & è contra. n. 4.

Declarationes Cardinalium non obligant neque in foro fori, neque in foro poli, niſi quatuor conditionibus exiſtentibus. Prima eſt, vt certum ſit quod ſint declarationes Cardinalium, quod conſtabit ex ſubſcriptione Secretarij, & appoſitione ſigilli authentici. Secunda vt ſint factæ conſulto Pontifice. Tertia vt Cardinales declarent tantum, & non diſpenſent, vel amplient vltra regulas iuris. Quarta vt publica notitia conſtent, quomodo eſſet ſi Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu iuridica forma illas declararet. n. 5.

Declarationes Cardinalium, quæ prodeunt ſine his conditionibus non ſunt leges, ſed doctrinales tantum declarationes. num. eodem.

Clericus in habitu, & tonſura incedens, quamuis nulli Eccleſiæ inſeruiat, gaudet priuilegio canonis. n. 6.

RESOLVTIO LXIII.

An clerici non incedentes in habitu, & tonſura, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habent, amittant

tant

tant tantum priuilegium fori; an etiam cætera omnia clericis conceſſa?

1 Reſpondeo breuiter, quod clerici qui non habēt beneficiū Eccleſiaſticū, & incedunt ſine habitu, & tōſura iuxta præſcriptum in Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. amittunt omnia priuilegia alijs clericis conceſſa. Ita Bannes in 2. 2. q. 12. art. 1. circa finem. verſ. Vltimo dico &c. pag. mihi 967. col. 2. Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 4. num. 3. verſ. Tertio probabiliter &c. Suarez diſp. 22. ſect. 1. num. 11. Coninck de cenſ. diſp. 14. dub. 15. num. 16. Marius Alterius de cenſ. diſp. 19. lib. 5. cap. 6. dub. 10. pag. mihi 744. Coriolanus in explicatione Bullæ cœnæ excom. 18. §. quam amplia fol. mihi 949. Couarr. practic. quæſt. cap. 32. per totum pag. mihi 760. citant pro hac ſententia Homobonum de exam. Eccl. p. 1. tract. 7. c. 29. q. 120. Filliucciū tomo 1. tract. 16. cap. 11. num. 298. Reginaldum tomo 1. lib. 9. cap. 25. num. 376. Idem ſentit Felicianus de ſolis, de cenſibus lib. 2. cap. 6. num. 14.

Probatur ex communi ſentētia Canoniſtarum in cap. vn. de cler. coniug. in 6. & in cap. Ioannes eodem tit. Item ex Alexand. VI. qui expediuit duas bullas in gratiam, & petitionem Regū Catholic. quæ referuntur in libro pragmaticarum regalium, Tit. *de las leyes, y pragmaticas* l. 21. 22. & 23. vbi habetur, quod nullus clericus, qui non ſit in ſacris conſtitutus, gaudeat priuilegio clericorum circa forum in hiſpanica ditione, niſi ante patratum crimen per quatuor menſes detulerit habitum clericalem, quæ data fuit anno Domini 1492. cuius interpretationē tradit Petrus Auendamus in tract. de exequ. mand. c. 22. Idem omnino conceſſum fuit à Leone X. Franc. Gallorum Regi teſte Nicolao Boerio deciſ. 69. nu. 13. Chaſſana in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verſ. Archidiac. num. 46. Carolo Graſſalio lib. 1. regal. Franciæ iure 17. Couar l. c. Idem habetur expreſſum in pragm. 4. noſtri Regni. De Clericis ſeu Diaconis Saluaticis, quæ loquitur in conformitate canonum, & in Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. deciditur, quod nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus fori priuilegio gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferat, alicuique Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat &c.

Nec dicas, quod leges, Canones, & Concilia citata loquuntur tantum de amiſſione fori, non vero de amiſſione aliorum priuilegiorum clericis conceſſorum: & cum ſimus in pœnalibus, & in reſtrictione iuris communis, conſequenter ſtricte eſt interpretanda, & ſecundum proprium ſignificatum verborum, ſecundum Dianam accerrimū defenſorem libertatis Eccleſiaſticæ p. 1. ſuarum reſ. tract. 2. de immun. Eccl. reſol. 36. Qui etiam de hoc affert declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium relatam à Comitolo in reſponſ. moral. lib. 6. q. 20.

2 Quia hoc meo iudicio dici non poteſt. Nam exemptio perſonalis clericorum à ditione laicali eſt de iure diuino, vt expreſſe habetur in can. Imperator diſt. 96. cap. quanquam de cenſibus can. relatam 11. q. 1. cap. nimis de iureiurando. In Conc. Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 9. in bulla reformationis Curiæ, in Trid. ſeſſ. 24. can. 20. can. continua 11. q. 1. can. futurum 12. q. 1. vbi refertur, quod cum libelli accuſationē contra clericos continentes Conſtantino Magno delati fuiſsēt, reſpōdiſſe ferunt, ad ſe de huiuſmodi cauſis non pertinere; Vos enim (inquit Conſtantinus) à nemine iudicari poteſtis. Ita ſentiūt Syluester in verbo Immunitas 1. q. 4. Suarez de Immun. lib. 4. cap. 9. 14. & 15. Azorius tomo 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. Ambroſinus de immun. cap. 16. nu. 4. Bellarminus in controu. de clericis c. 28. Filliuccius tract. 16. cap. 11. q. 10. n. 316. Angelus verb. Immunitas. nu. 33.

Clauis

Digitized by Google

Clauis Regia lib. 12. cap. 8. num. 6. & alij quamplures, quos refert Ceuallos communium contra communes quęſ. 550. & in tract. de cognitione per viam violentiæ in prooemio cap. 5. num. 1. in prologo nu. 95. Proſper Farinaceus de inquiſit. q. 8. n. 2. verſ. Amplia primo Martha de iuriſd. p. 2. c. 6. Alter. diſp. 16. cap. 2. Duardus canone 15. q. 18. n. 6. & ſequenti. Carolus de Graſſis de effect. cler. effect. 1. num. 2. Iulius Clarus lib. 1. §. fin. q. 3. num. 2.

Si ergo dicimus, quod talis exemptio ſit de iure diuino naturali, non poterant Concilium Trid. leges, & Canones in ipſa diſpenſare, vel immutare, cum ſint leges inferiores; vt optime probant D. Thomas 1. 2. q. & quodlibeto 4. ar. 13. Almainus de poteſt. Eccleſiæ cap. 13. concl. 1. Abulenſis Exod. 20. q. 35. ad med. Turrecrem. in ſumm. lib. 3. cap. 54. & 57. Nauar. conſil. 4. de ſponſal. impub. num. 8. Syluester verbo Papa q. 16. Couarr. reg. pecc. p. 2. §. 15. num. 3. & ſequenti; Suarez alios referens lib. 2. de leg. cap. 14. num. 5. Beccan. p. 2. tract. 3. cap. 3. q. 3. num. 4.

Si vero dicimus quod hęc exemptio ſit de iure diuino poſitiuo, Neque poterant, leges Canones, & Concilia in ipſa diſpenſare, vel immutare, vt optime probāt D. Thomas 2. 2. q. 88. ar. 10. in tertio argumento cum ſolutione, & 1. 2. q. 97. ar. 4. ad tertium, & ſpecialiter quodlib. 4. ar. 13. & quodlib. 9. ar. 15. & in 4. diſt. 27. q. 3. art. 3. ad ſecundum. Caietanus, & Medina in 1. 2. q. 97. ar. 4. Sotus lib. 1. de iuſt. q. 7. ar. 3. Ledeſma tomo 2. p. 4. art. 6. Cano lib. 2. de locis theolog. cap. 18. ad 4. Chatarinus lib. 6. contra Caietanum c. 2. Pariſius conſil. 68. nu. 199. vol. 4. Turrecremata in ſumma de Eccleſia cap. 107. Maior in 4. diſt. 24. q. 12. Almainus lib. de Suprema poteſtate Eccleſiaſtica c. 3. Salmaronus tract. 61. in Acta Apoſtolorum, in quarta, & ſecunda differentia inter Ius Diuinum, & Humanum. Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 233. cap. 3. nu. 21. & ſequenti. Suarez lib. 10. de leg. cap. 6. num. 7. Salas de leg. diſ. 24. ſect. 5. num. 33. Pontius de matr. lib. 8. cap. 3. num. 2. Ferdinandus à Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. diſp. 6. punct. 3. num. 4. Syluester verbo Papa q. 16. Couarr. 4. decretal. 2. p. cap. 6. §. 9. num. 4. & alij apud ipſos auctores.

Igitur dum Concilium Trid. dixit, quod nullus prima tonſura inſignitus &c. fori priuilegio gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferat &c. demonſtrauit tantum, quę perſonæ eſſent de iure diuino priuilegiatæ, quæ vero non; & conſequenter has non priuauit in pœnam priuilegio fori tantum, nam hoc facere non poterat, vt dixi, ſed declarauit has perſonas priuilegiatas ſimpliciter non eſſe de iure diuino, & conſequenter cæteris priuilegijs conceſſis clericis priuilegiatis gaudere non poſſe.

3 Et ſi velis dicere, quod ex hac reſtrictione libertatis, ſeu immunitatis facta à Concilijs, & Summis Pontificibus colligitur manifeſte talem exemptionem clericorum eſſe ex priuilegio iuris Canonici, & Ciuilis, adhuc habemus intentum.

Nam ſi de iure communi eſſent ſubiecti clerici ditioni laicali, conſequenter exemptio horum eſſet diſpenſatio, ſiue priuilegium, non ſolum præter, ſed contra ius commune; At diſpenſatio contra ius commune eſt ſtrictè interpretāda, vt expreſſe habetur in cap. 1. §. ille vero, de filijs presbyt. in 6. P. Amicus tom. 5. diſp. 6. ſect. 1. num. 16. Rota in Valentina decimatum 28. Nouembris 1603. coram Lāgellot. apud Marcheſ. 1. par. fol. 639. à num. 2. Treuiſ. deciſ. 63. num. 4. lib. 1. gloſ. in cap. porrò de priuileg. verb. Tenorem. Mant. deciſ. 82. nu. 5. Cæphal. conſ. 704. n. 12. vol. 5. Bald. in c. licet n. 1. in 3. notab. de trāſl. Epiſc. Marant. in Tutamē. iurium à num. 56. fol. 27. & nu. 54. fol. 106. & hoc ideo, quia exorbitat à iure communi. Ergo interpretatio reſtrictiua huius priuilegij eſt latè accipienda,

da, dum reducit priuilegium ad ius cõmune, vt bene Merolla tom. 2. diſp. 4. cap. 6. num. 30. Diana p. 8. tract. 3. reſol. 23. verſ. ſed contrariam &c. contrariorum enim eadem eſt diſciplina: ſed Concilium Trid. dicit, quod clerici non incedentes in habitu, & tonſura non gaudeant priuilegio fori, conſequenter neque alijs priuilegijs gaudere debent: ſi enim poſſunt principes ſæculares ipſos punire vſque ad mortem ob publicam vindictam, quomodo dicere poterimus, quod tales ſint priuilegiati priuilegio canonis? Quod minus dici poteſt in alijs priuilegijs, & præcipue in bonis diſponendis; nam cætera priuilegia clericorum in priuilegio fori includuntur tanquam partes in toto, quare ex amiſſione totius, merito deperduntur partes, inquit Coninck l. c. tanto magis, quia bona clerici ſunt priuilegiata conſequẽter ad perſonam ipſam, vt bene Abbas in cap. qualiter, de iudicijs. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 4. & ideo mutata perſona mutatur etiam conditio rei, vt ex communi ſententia docet Martha par. 4. caſu 125. nu. 2. & 18. Guttierez lib. 1. pract. quæſt. q. 3. num. 15. Layman l. c. Si ergo ex Concil. Trid. perſona, quę non incedit in habitu, & tonſura mutatur, cum ſit recognoſcenda à iudice laico, conſequenter, & bona ipſius mutare debent conditionem.

Nec obſtat quod hoc priuilegium ſit beneficium principis, & conſequenter late interpretandum cap. Olim de uerb. ſignificatione l. beneficium ff. de conſtitut. principium.

Nam beneficium principis contra ius commune, vel in præiudicium alterius eſt ſtricte, & non late interpretandum, vt bene Innocentius in cap. Quod dilecto in fin. de conſang. & ibi Alexãder de Neuo. Iaſon in d. l. beneficium num. 19. & 32. Angelus verb. Priuilegium num. 3. Syluester eod. verb. q. 3. Quod maxime verum eſt, quando eſt graue præiudicium, vt bene gl. in d. c. olim. Archidiaconus can. quoniam num. 2. diſt. 69. Velaſc. conſil. 60. num. 3. vol. 1. Sanchez lib. 8. de matr. diſp. 1. n. 4. in fine, Merolla tom. 2. diſp. 4. cap. 6. num. 6. circa princ. pag. 345.

4 Confirmatur, quia regula generalis eſt, quod idem eſt forum ſortiri, ac ligari ſtatutis, & è contra, tradit Antonius de Butr. in rubrica extra de conſtit. num. 7. Felinus in cap. Eccleſię Sanctæ Mariæ, de conſtit. Boerius deciſ. 12. num. 14. Rolan. conſil. 23. num. 13. lib. 2. Maſcard. de interpretat. ſtatut. conſil. 1. num. 94. Surdus conſil. 2. n. 14. circa fin. & conſil. 301. num. 32. & 66. Caſtill. de teſt. cap. 12. num. 31. & ſequenti. Sperella deciſ. 12. num. 23. & 24. Sed Concilium dicit hos clericos non incedentes in habitu, & tonſura ſortiri forum; ergo etiam ligantur ſtatutis.

Nec obſtat declaratio Cardinalium à Diana adducta ex Comitulo.

5 Quia declarationes Cardinalium non obligant, neque in foro fori, neque in foro poli. Ita Nauarr. lib. 5. conſil. tit. de ſentent. excomm. conſil. 15. Martinus del Rio lib. 6. diſquisit. magicalium cap. 1. ſect. 3. verſ. ad argumenta in contrarium. Petrus de Ledeſma tom. 1. ſummæ vbi de ſacram. pœnit. cap. 13. diſt. 7. Sanchez lib. 8. de matr. diſp. 2. num. 10. Valerus de diff. vtriuſque fori verb. Abſolutio diff. 1. num. 10. & verb. Nullitas. diff. 5. num. 2. Pontius de matr. lib. 5. cap. 13. §. 2. num. 7. Zipæus in nouo iure Pontif. lib. 5. tit. de pœnit. & remiſ. nu. 9. Vega in ſumma tomo 1. cap. 62. caſu 41. Villalobos in ſum. tomo 1. tract. 2. dub. 7. num. 5. Bonacina de leg. diſp. 1. q. 1. punct. 8. num. 4. Et ratio eſt, tum quia non ſunt ſolemniter promulgatæ. Tum quia nõ ſunt ſententiæ diffinitiuæ, cum non ſint factæ citata parte. Tum quia Pontifex non vult eas imprimi facere. Tum quia hæ declarationes ad inuicem pugnant ſæpiſſime, vt videre eſt apud Suarez to. 4. in 3. partem diſp. 28. ſect. 6. Ioannem Valerum de diff. vtriuſque fori verb. Abſolutio diff. 1. Sanchez in ſum. tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 3. & 4.

Et ad hoc vt obligent, ſiue in foro conſcientiæ, ſiue in foro fori debeant habere quatuor has conditiones, ſecundum eundem Dianam in ſumma verb. Cardinales num. 23. & p. 5. tract. 2. reſol. 96. Prima eſt, quod ſint certæ, & indubitatæ, eſſe declarationes Cardinalium, quod conſtabit ſi ſint ſubſcriptæ, vel ſignatæ per Secretarium ſacræ congregationis, & per Cardinalem præfectum eiuſdem ſacræ congregationis, & cum ſigillo autentico, de cuius fidelitate, & veritate non poſſit dubitari; quod requiritur ex declaratione eiuſdem ſacræ congregationis, teſte eod. Diana p. 5. tract. 2. reſol. 12. Secunda, quod in ipſa declaratione referatur, conſulto Pontifice eam fuiſſe pronuntiatam, & hanc conditionem neceſſario requiſiuit Sixtus V. quando dedit facultatem huic congregationi interpretandi concilium. Tertia, quod Cardinales declarent, & interpretent tantum, non vero diſpenſent, vel amplient vltra vim verborum, & regulas iuris; hanc formam præſcripſerunt Gregorius XIII. & Sixtus V. Quarto requiritur, vt prædictæ declarationes conſtent notitia publica, qualis eſt illa, quã Epiſcopus poteſt præbere in ſuo Epiſcopatu, declarando illas forma iuridica, & quæ oriri poteſt ex forma publica, & certa, deriuata ex principio authentico. Ita Ochagauius de ſacram. tract. 2. de pœnit. q. 40. num. 12. Torreblanca prac. iur. Eccleſ. lib. 14. cap. 3. n. 19. Vnde quando prædictæ declarationes prodeunt inconſulto Pontifice, & ex ſententia ſolius congregationis, erunt declarationes doctrinales tantum, vt optime Baldellus de lege lib. 5. diſp. 13. num. 15. in fin. Quod argumentari poteſt à pari ex ſimilibus declarationibus ſacræ congregrationis rituum, pro ipſis enim ipſamet congregatio rituum iuſſu Vrbani VIII. decretum edidit ſub die 11. Auguſti 1630. quod tam impreſſæ, quam imprimendæ, ac etiam manuſcriptæ nullam habeant fidem, ſiue in iudicio, ſiue extra nisi pro caſibus particularibus dentur in authentica forma, & cum ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis præfecti, & ſecretarij eiuſdem congregationis.

Cum ergo declaratio ſacræ congregationis in caſu noſtro non habeat has conditiones requiſitas, conſequenter non habetur de ea ratio.

6 Addo quod caſus à Comitolo l. c. fuit propoſitus ſacræ congregationi his verbis.

Titius pugnis, & calcibus contundit Florentinum clericum quatuor tãtum ordinibus initiatum, habitu quidem, ſeu amictu, qui decet clericum, nec nõ tonſura inſignitum; verum nullius Eccleſiæ obſequio Epiſcopi mandato addictum, neque in vlla ſcola &c. Hæc ſunt formalia verba Comituli l. c. pag. mihi 642. Igitur quia clericus percuſſus incedebat cum habitu, & tonſura, non eſt mirum ſi ſacra congregatio reſpondit percuſſorem illius incidiſſe in excommunicationem canonis.

SVMMARIVM.

Eccleſia polluitur per ſepulturam excommunicati vitãdi, vel infidelis, aut pueri nõdũ baptizati per homicidium, per inflictionẽ vulneris grauis, & iniurioſi, & per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis. n. 1. & 2.

Per ſepulturam nominatim interdicti non polluitur Eccleſia. n. 2.

Sacerdos celebrans in Eccleſia polluta peccat mortaliter; in nullam vero cenſuram incurrit. n. eod.

Eccleſia polluta non eſt interdicta. n. eod.

Vulnus, vel mutilatio ſine ſanguinis effuſione, etſi ſint ſacrilegia, non tamen Eccleſiam polluunt; ſicut nec effuſio magna ſanguinis è naribus erupta, etiam per alapam iniurioſam. n. 3.

Iuridica ſuſpenſio Rei in Eccleſia patrata polluit illam. n. eod.

Effuſio ſeminis in Eccleſia peracta, ſi ſine peccato fiet, Eccleſiam non polluit; vti nec etiam copula inter virum, & vxorem etiam ſine neceſſitate. n. 4.

Clericus habens rem cum alterius uxore in Eccleſia, Eccleſiam polluit. n. eod.

Eccleſia non polluitur per omnem effuſionem ſanguinis, vel ſeminis. n. eod.

Eccleſia cõſecrata ſi exuritur, aut ſanguine, vel ſemine peccaminoſo polluitur, eſt reconſecranda. n. 5.

Effuſio ſeminis, niſi in ſe peccatum ſit, non poteſt in Eccleſia ſacrilegium ſpecificare; quia eſſe ſimpliciter antecedit eſſe ſecundum quid. n. eod.

Semen in ſomnis emiſſum in Eccleſia, ipſam non polluit. n. 6.

Copula coniugalis non poteſt à natura prohiberi ratione loci, cum culpabilis non ſit; nec eſt turpis materialiter, quia materia ipſa eſt licita. n. 7.

Eccleſia non polluitur per effuſionem ſeminis præuiſam in actu licito, ſed non volitam, vti in audiendo confeſſiones, vel in videndo ſacrum flexis genibus. n. 8.

Quod natura prohibet, incontinentia non poteſt reddere licitum. n. 9.

Nullum habemus Ius prohibens copulam coniugalem in Eccleſia. n. 10.

Non eſt ſacrilegium exonerare ventrem in Eccleſia gratia leuandæ naturæ; etſi ſacrilegium præſumatur quoad forum fori. num. 11.

Peccatum recipit ſuam ſpecificationem ab obiecto per ſe volito ab operante. n. 12.

Qui pedibus imaginem Crucis, vel alicuius Sancti in pauimento depictam conculcat tranſeundi cauſa, non animo conculcandi, ſacrilegium non committit. n. eod.

Effuſio ſeminis peccaminoſa, & publica Eccleſiam polluit; quod ſi peccaminoſa ſit, & non publica, illam non polluit. n. 13.

Eccleſia per effuſionem ſeminis polluitur extrinſecè tantum, & in ordine ad exiſtimationem hominum qui putant locum hunc inhabilẽ, & leges hoc ſtatuere. n. 14.

Qui ſecretè delictum committit puniri publicè non poteſt, dum delictum eſt occultum, num. eod.

Pollutio Eccleſiæ vel eſt pœna delicti, vel infamia reſultans. n. eod.

Si effuſio ſeminis, vel ſanguinis occulta Eccleſiam pollueret, in tali Eccleſia nunquã poſſet Parochus celebrare; ſi delictum nũquam poſſet probare. n. eod.

Effuſio ſeminis, vel ſanguinis occulta in Eccleſia non eſt ſacrilegiũ, & ideo non eſt in confeſſione vt ſacrilegiũ exprimẽda. n. 15.

Actio patrata in Eccleſia in tantum dicitur ſacrilega, in quantum illam offendit. num. 16.

Periurium, Comeſtio carnium in die Ieiunij, Furtum de re non ſacra, nec in cuſtodia Eccleſiæ; etiam ſi in Eccleſia fiant non ſunt ſacrilega; quia per hæc Eccleſia non remanet offenſa. n. eod.

Pollutio Eccleſiæ eſt effectus proueniens ab actu peccaminoſo; at ſi effuſio ſeminis &c. non eſt publica non parit hunc effectum. num. eod.

Ratio conſtituens effuſionem ſeminis in ratione ſacrilega eſt publicitas; quia vt publica Eccleſiam offendit. n. eod.

Qui homicidium occultè committit in Eccleſia, & poſtea ipſum proprio ore in iudicio confitetur; ſi antequam ita confiteatur ſe pœniteat, & velit ſacramentaliter abſolui, non eſt vt reus ſacrilegij à confeſſario iudicandus, etſi in foro fori tanquam ſacrilegus ſit puniendus; Si uero non ſe pœnitet, & in iudicio confitetur, erit ut reus ſacrilegij in foro fori, & in foro poli iudicandus. n. 17.

Qui mandat Petrum e. g. laicũ occidi, ſi pendente mandatò Petrus ſit clericus, mandatum erit ſacrilegum, maximè ſi mandans ratam habet executionem talis mãdati. Quod ſi ante executionem ſe pœniteat, erit mãdans dicẽdam in foro fori ſacrilegus, & non in foro conſcientiæ. n. eod.

Non ſacrum de ſacro in tantum eſt ſacrilegium, in quantum eſt depoſitum penes Eccleſiam. n. 18.

Sacrilegiũ eſt Eccleſiã infringere, vel domos immunitate Eccleſiaſtica gaudẽtes, & inde bona auferre. Auferre bona à perſonis Eccleſiaſticis. Auferre ſacrum de non ſacro & non ſacrum de de ſacro, ſi Eccleſiaſticus ius habeat ad illud non ſacrũ. n. 19.

Verba generalia ſemper ſunt intelligenda cum reſtrictione ad ſpecies prius enumeratas. n. eod.

Seditio, Clamor, Impetus, Concilia Vniuerſitatum, & Societatum ſæcularium, Concio profa-

profana; ſiue Publicum Parlamentum, Colloquium vanum fædum, & profanum, Cõfabulationes &c. in tantũ ſunt ſacrilega, in quantum ſunt in ſe peccata mortalia, & notabiliter diſturbant diuina officia. n.20.

Negotiatio Nundinarum prohibitarum, quæ fit permanenter in Eccleſia, & cum indifferentia ad plures contractus cum vociferatione, & tumultu, ita vt diſturbentur diuina officia, erit ſacrilega; ſecus vero erit dicendum ſi fiat in Valuis, vel Cæmeterio ſine illis conditionibus. n.21.

Proceſſus formatus, vel ſententia prolata in Eccleſia cum ſtrepitu à Iudice ſæculari ſunt ipſo iure nulla, quia agitatio cauſarum ſæcularium cum ſtrepitu, eſt prohibita in Eccleſia; ſecus ſi ſine ſtrepitu iudiciali fiant. n.22. & 25.

Lex poſitiua præcipiens aliquid non fieri, ſi actum contra præceptum annullat, non obligat ad mortale, ſi ſine contemptu fit; quia præceptum cadit ſupra actum, non ſupra perſonam. Ideo Iudex laicus agitans cauſam in Eccleſia ſine contemptu non peccat; ſicut nec impubes teſtando, nec Pubes teſtando ſine debitis teſtibus nec Filiusfam. ſe obligando, quantum eſt ex vi obligationis. n.23.

Acrimonia eſt excommunicatio. n.eod.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt cauſas agitare in Eccleſia etiam cum ſtrepitu. n.24.

Diſpenſatio, Electio, Præſentatio, & ſimilia, quæ ſine ſtrepitu iudiciali fiunt, poſſunt fieri à Iudice ſæculari in Eccleſia licitè, & valide. n.25.

Contractus celebrati à ſæcularibus in Eccleſia ſunt validi, etſi à iure ipſis interdicti, non tamen Eccleſiaſticis. n.26.

Eccleſiaſticis interdictum eſt admittere ſupellectilia ſæcularium in Eccleſia, non tamen ſub mortali, ſi Eccleſia non impediatur notabiliter, vel non fœdetur, aut contemnatur. n.eod.

Occidentes, vel mutilantes, ſiue appenſatè, ſiue ex ſubitanea rixa in Eccleſia non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. n.27.

Quod intellige ſiue hi ex loco profano in Eccleſia, ſiue ex Eccleſia in loco profano occidant ſecundum aliquos DD. Siue exiſtentem in Eccleſia extrahant, & occidant; ſiue mandent homicidium fieri in Eccleſia, vel in Cæmeterio. Siue Eccleſia ſit conſecrata, ſiue non. Hi enim poſſunt capi non ſolum in Eccleſia, in qua deliquerunt, ſed etiam in alia. n.eod.

Qui non gaudent immunitate Eccleſiaſtica ratione delicti patrati in Eccleſia poſſunt puniri non ſolum de delictis inibi, ſed etiam in locis profanis commiſſis. n.eod.

Qui hominem occidit, vel mutilat ſupra tectum Eccleſiæ vel ſubter, ſi ſepultura non ſit; vel in porta Eccleſiæ à parte exteriori; vel in Cameris Eccleſiæ inhærentibus; vel in Turri, vbi cymbala pulſantur; vel in camera inſtar, Odei, ſeu loci deputati ad cantum, vel in Sacriſtia; vel in Oratorijs priuatis domorum, in quibus de licentia Pontificis celebratur, nec ſacrilegium committit, nec incidit in cenſuram Diœceſanam. n.28.

Qui hominem occidit in propylais ſeu Cornigijs Eccleſiæ, ſiue in Confeſſionarijs, etiam in interno parietis Eccleſiæ conſtructis; ſiue in Choro ſituato in medio, ſiue in capite Eccleſiæ, ſiue conſtructo in loco prominenti, dummodo ingreſſum habeat ab ipſa Eccleſia, & ſacrilegium committit, & in caſum noſtrum incidit. n.29.

Occidens, vel mutilans hominem in Confeſſionarijs ſituatis in parte exteriori Eccleſiæ, & ab hac diuiſis, ſiue per telam ceratam fixam, ſi per tabulas fixas, nec ſacrilegium committit, nec incidit in caſum noſtrum. n.eod.

Gaudent immunitate Eccleſiaſtica Oratoria confraternitatum, ſi ſint affixa domibus Eccleſiæ, vel auctoritate Epiſcopi erecta. Cæmeteria, Hoſpitalia Monaſteria regularium, Palatia Epiſcoporum, etiam Titularium, vel Cardinalium etiam extra Vrbem, Domus Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſticorum ædificata in ambitu Eccleſiæ per ſpatium quadraginta paſſuũ quoad Matrices, per triginta quoad alias; etiam ſi tales domus ſint ſæcularibus locatæ. Campanilia Eccleſiæ. Paries extrinſecus Eccleſiæ, ſi à delinquente tangatur tantum. Pars ſuperior tecti Eccleſiæ. Porticus, Scala, Clauſtrum, Hortus ipſius Eccleſiæ, Eccleſia nondum per-

Digitized by Google

perfectè conſtructa, Eccleſia diruta, non tamen auctoritate Epiſcopi, & locus cui præſens eſt Corpus Chriſti Sacramentatum. num.30.

Qui effundunt ſanguinem, vel ſemen in corpore interiori Eccleſiæ tantum (nempe à parte interna porta Eccleſiæ vſque ad vltimum parietem aræ maximæ, & dummodo Eccleſia hæc ſit conſecrata, vel benedicta) ſacrilegium committunt, & incidunt in caſum noſtrum. Qui vero talia delicta committunt, & in locis ſupra enumeratis gaudentibus immunitate Eccleſiaſtica, nec ſacrilegium committunt, nec incidunt in caſum noſtrum. n.31.

Occidens &c. in Eccleſia capta ædificari auctoritate Epiſcopi, ſed in qua primus lapis tantum eſt benedictus, & in qua diuina officia non adhuc celebrantur, ſacrilegium committit, ſecundum Sanchez; quamuis ſecundum alios probabilius ſit oppoſitum. num.32.

Eccleſia non conſecrata vt gaudeat immunitate Eccleſiaſtica duo requirit, & vt ibi diuina celebrentur, & vt diuinis obſequijs ſit dicata. n.eod.

Eccleſia nondum benedicta non dicitur Eccleſia, ſed Baſilica. n.eod.

Noua pars Eccleſiæ dilatata, vel Capella nouiter in ipſa Eccleſia extructa, quamuis non ſint benedicta, veniunt etiam nomine Eccleſiæ. n.33.

Si Altari conſecrato aliquid non conſecratum addatur, illud non execratur, ſed tamquam dignius trahit ad ſe non ſacrum, ſicut etiam ſi oleo conſecrato non conſecratum miſceatur. n.eod.

Pannum non conſecratum adiunctum veſtibus conſecratis gaudet priuilegijs ſacræ veſtis, quamuis certum non ſit an conſecratum remaneat. n.eod.

Eccleſia diruta auctoritate Epiſcopi abſque ſpe erectionis non gaudet immunitate, nec venit nomine Eccleſiæ in caſu noſtro: ſicut nec Oratoria Hoſpitalium, vel Eremitorium priuata auctoritate fũdata; nec Eccleſia in domibus priuatis erecta; nec Eccleſia nondum benedicta, vel conſecrata, quamuis fundata auctoritate Epiſcopi. Nec etiam Clauſtra & Officinæ Religioſorum nomine Eccleſiæ veniunt in caſu noſtro. n.34.

Homicidium committi poteſt vel per actum poſitiuum, vel per negationem actus. Eſt autem duplex Proprium, ſcilicet, quod fit per violentam animæ ſeparationem à corpore, & Improprium vt eſt Odium, Detractio, vel rei malæ ſuaſio. In caſu tamen noſtro accipitur prout in iure. n.35.

Miniſtrans venenum hominibus in Eccleſia refugiatis incidit in caſum noſtrum, cum ſit vere homicida; imo proditor; incidit tamen quando mors ſequitur. Non autem incidit ſi ſe pœniteat, antequam venenum pariat effectum ſuum; quomodo autem incidat, dum mors non eſt in poſſe miniſtrantis alio in loco dicetur. n.36.

Mulier abortum committens in propria perſona data opera, & qui eam abortiri facit incidunt in caſum noſtrum, ſi fœtus ſit animatus. n.37.

Vir uxorem, & Pater filiam in adulterio inuentas occidentes in Eccleſia, quãuis veri dicantur homicidę, non tamen incidunt in caſum noſtrum. n.38.

Intentio Principis ſemper præſumitur eſſe iuxta diſpoſitionem iuris. n.eod.

Vir, vel Pater occidentes clericum inuentum cum uxore, vel filia non ſunt excommunicati. n.eod.

Occidens aſſaſſinum in Eccleſia, vel alium non gaudentme immunitate Eccleaſtica, ſiue Banditum, ſiue Reum, qui dum ducitur ad ſupplicium, ad Eccleſiam fugit, quamuis iuſtam cauſam occidẽdi habeat, quia tamen in iuſto ordine deficit, incidit in caſum noſtrum. n.39.

Dans poculum ſterilitatis in Eccleſia. Occidens innocentem ob ſui defenſionem, quamuis excedat in ſui defenſione. Vulneratus inſequens vulnerantem vſque ad Eccleſiam, & illum ibi occidens. Occidens alium ob metum cadentem in conſtantem virum. Mater, ſiue Nutrix infantem tenellum in lecto inaduertentes ſuffocantes. Intendens verberare tantum aliquem, & illum occidens. Intendens occidere Titium in Eccleſia, & occidens Sempronium; non incidunt in caſum noſtrum. n.40.

Occidens aliquẽ in Eccleſia, ſed non manibus

non

non incidit in caſum noſtrum, ſecundum Graſſium; oppoſitum verius. n.eod.

Mutilare idem eſt ac abſcindere; Impedire vero officium alicuius membri eſt debilitare. n.41.

Debilitans tantum membrum alterius in Eccleſia, & non abſcindens, nec amittit immunitatem Eccleſiaſticam, nec incidit in caſum noſtrum, nec fit irregularis ſecundum veriorem ſententiam; quamuis irregularis ſit, qui mutilat. n.42.

Homo mancus eſt homo habens membrum debilitatum, Mutilus vero eſt habens membrum reciſum. Vel ſecundum Calepinum, Mancus eſt cui membrum natura vitio deeſt, Mutilus vero cui membrum ferro, vel alia re eſt execttum. n.eod.

Membrũ à Corpore differt; Corpus .n. eſt pars poſterior hominis à collo vſq; ad nates; & pars anterior à collo vſq; ad inguina n.43.

Percutiens alterum in Eccleſia, & frangens ei os in dorſo, ſiue coſtam in latere, non amittit immunitatem Eccleſiaſticã. n. eod.

Membrum poteſt late ſumi pro qualibet corporis particula; in caſu tamen noſtro accipitur pro eo, per quod corpus mouetur ex proprio illius partis officio. n.44.

Manus, pedes, oculi, naſus, & lingua, quia ſeparatum habent officium, membra dicuntur; quamuis de lingua ſecus alij ſentiant. num.eod.

Dentes, Mamillæ in homine, & Auriculæ, ſiue Chartilago, quæ eſt circa aurem, membra non ſunt. Mamillæ vero in fœminis membra eſſe uidentur, quamuis oppoſitum alij ſentiant. Caput tamen membrum non dicitur, cum ſit in corpore princeps. n.eod.

Digitum mutilans, membrum mutilare dicitur; Digitus enim diſtinctum officium, etſi non adæquate, in corpore habet, oppoſitum tamen alij dicunt; qui aſſerunt, quod incidentes digitum alterius in Eccleſia gaudent immunitate, nec ſunt irregulares quãuis irregularẽ efficiãt percuſsũ. n.42.

Partes corporis quæ non ſolum habent ſuos actus ſeparatim, ſed etiam coniunctim cum alijs, membra corporis in iure canonico dicuntur. n.eod.

Quamuis mutilans digitum alterius in Eccleſia gaudeat, ſecundũ Alterium, immunitate Eccleſiaſtica; tamen mutilans digitum accedentis ad ſedem Apoſtolicam incidit, ſecundum ipſum, in caſum bullæ cœnæ. n.eod.

RESOLVTIO LXIV.

Si reſeruatio fieret his verbis. Omnes committentes homicidia, ſiue mutilationes membrorum intus Eccleſiam excommunicationis ſententiam incurrant. Quomodo eſſent hæc verba intelligenda?

1 PRo intelligentia. Nota primo, quod Eccleſia polluitur, non ſolum per ſepulturam excommunicati vitandi. cap. conſuluiſti de conſecrat. Eccleſ. vel per ſepulturam infidelis, ſub quo nomine comprehenditur puer nondum baptizatus can. Eccleſiam 1.
2 & 2. de conſecrat. diſt. 1. Secus vero dicendum eſt de ſepultura interdicti, etiam nominatim; hic enim ſi in Eccleſia ſepelitur, non remanet Eccleſia polluta. Sayrus de cenſuris lib. 5. cap. 16. num. 22. in fin. deducitur ex cap. is cui de ſent. excom. in 6. Sed etiam polluitur per homicidium. cap. propoſuiſti de conſecrat. Eccleſ. & per inflictionem vulneris grauis, & iniurioſi cap. vnico de conſecr. Eccleſ. in 6. & can. ſi motum de conſecrat. diſt. 1. Sicut etiam polluitur per effuſionem ſeminis. cap. vnic. de conſecrat. Eccleſ. in 6. & can. Eccleſijs de conſecrat. diſt. 1. cap. ſignificaſti de adulter. can. ſi motum de conſecr. diſt. 1. Si vero Sacerdos in hac Eccleſia polluta celebret, etſi peccet mortaliter. Glianes in ſumm. verb. Eccleſia num. 2. nullam incurrit cenſuram ſuſpenſionis, vel irregularitatis, quia Eccleſia polluta non eſt proprie interdicta, & ſic non dicitur celebrare in loco interdicto contra diſpoſitionem cap. Epiſcoporum de priuilegijs in 6. vide Sà verb. Eccleſia num. 21. Henriquez lib.

lib.9. cap.27.num.7.in gl. Littera M. Suarez tom.3. diſp.81. ſect.4. §.penul. Layman lib.5. tract.5. cap.5. aſſert.21. Auila de cenſ. p.5. diſp.7. dub.3.concluſ. 3. Fagundez prim. Eccleſ. præc. lib.3.cap.14. num.5.Diana 6.p.tract.6. reſol.28.verſ.Notandum eſt etiam &c. Et poſt celebrationem Eccleſia probabiliter remanet reconciliata. Sà l.c.nu. 19. Perſicus de officio Sacerd. lib. 1. dub.6. nu.61.Diana l.c.verſ.Sed nimis rigide &c.

3 At ſi percuſſio,vulnus,vel mutilatio in Eccleſia contingant abſque ſanguinis effuſione, probabiliter ſunt ſacrilega, ſed Eccleſia non indiget purificatione, niſi ſanguis in magna quantitate effundatur; non tamen à naribus, cum non ſit grauis percuſſio,neque inſignis iniuria, & ex naribus facile copia ſanguinis effluit; etiam ſi per alapā erumpat ſanguis è naribus, quia non eſt effuſio per inflictionem vulneris,etſi grauis iniuria fiat recipienti. Si vero in Eccleſia ſuſpenderetur Reus à iudice, pollueretur Eccleſia, cum ſit actio nimis iniurioſa loco ſacro. Vide Fagūdez. 2.p.de præcep.Eccleſ.lib.4. cap.4. à num.14. vſque ad 18.

4 Effuſio vero ſeminis in Eccleſia debet eſſe peccaminoſa; at quando peccaminoſa non eſt, vt inter virum, & vxorem,etiam ſine neceſſitate,nec peccatum committitur, nec Eccleſia polluitur. Ita Gerſon.2.part. in compend. Theol. tract. de Sacram. Matrimonij Alexander de Ales 2.par.q.147. membro 2.qui tantum dicit eſſe peccatum ob contemptum Sacramenti,vide gl.in cap. vnico de conſecr. Eccleſ. in 6. Sà verb.Eccleſia num.14. hanc ſententiam eſſe fortaſſe veram dicit Soto in 4. diſt. 13.quæſt.2.art.3.verſ.de quarto &c.gl. in can. Eccleſia verb. ſemine de conſecr.diſt.1.Vaſquez p.2. diſput.98. nu. 6.Baſil. Pont. de matr. lib.10. cap.10. num.13.Nec obſtat tex.in cap. Significaſti de adulterijs; Quia loquitur de copula clerici cum alterius vxore. Nec obſtat. cap. fin. de conſecr. Eccleſ. vbi hæc habes. Si Eccleſia non conſecrata cuiuſcunque ſemine, aut ſanguinis effuſione polluta, aqua protinus exorcizata lauetur, &c. Vbi vide,quod tex.nō dicit quod Eccleſia à quocunque ſemine, vel ſanguine polluatur, ſed dicit quod Eccleſia polluta cuiuſcunque ſemine, vel ſanguine, & conſequenter ſupponit ſemen, vel ſanguinem poſſe Eccleſiam polluere. Et ſicut non omnis ſanguis Eccleſiam polluit, ita non omne ſemen Eccleſiam polluere debet; & conſequenter pollutio peccaminoſa, & publica, vt dicam infra, & effuſio ſanguinis peccaminoſa, & publica Eccleſiam polluunt.

5 Nec obſtat can.Eccleſijs diſt.68. vbi hæc habes: Eccleſijs ſemel conſecratis non iterum debet conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione,aut cuiuſcunque ſemine fuerint pollutæ &c. Quia loquitur de ſanguine, aut ſemine peccaminoſo, aliter omnis effuſio ſanguinis, & ſeminis, etiam ſine vlla culpa Eccleſiam pollueret, quod nemo dixit, & ideo gl. verb. ſemine, addit Fornicario. Addo quod cum Eccleſia ſit quid extrinſecum, & ſit conditio mutans ſpeciem peccati, prius ſupponitur peccatum eſſe ſaltem in ratione generica ſubalterna, & poſtea ſpecificari, ſeu ſpeciem mutare ratione Eccleſiæ; effuſio enim ſeminis quæ eſſet ſimplex fornicatio extra Eccleſiam,in Eccleſia fit fornicatio ſacrilega, & ſic de cæteris. Si ergo effuſio ſeminis in ſe peccaminoſa non eſt poſita in Eccleſia non habet quid ſpecificum peccati mutet.

6 Adde quod hic canon refertur in can.Eccleſijs de conſecr. diſt. 1. quæ verba ſunt Cōcilij Nicœni; & in can.ſi motum de conſecr.diſt.1. qui eſt ante can.Eccleſiis, inuenies hæc verba: Si homicidio, vel adulterio Eccleſia violata fuerit,diligentiſſimè expurgetur, & denuo conſecretur &c. & ideo ſubdit gl.in cit.can. Eccleſiis &c. verbo ſemine. Per coitum emiſſum per adulterium, vel per fornicationem nam ſi

per

per ſomnium, vel coitum cum vxore emittitur, non ideo reconſecrabitur Eccleſia ſecundum Hugo. Additio. Idē ſentit hic Lau. ſed Io. de Font. contra, cum littera indiſtincte dicit cuiuſcunque, ſed male dicit ſecundum H. quia non eſt ibi fornicatio, vel adulterium; ſupra cap. proximo. Hæc in gl.

Nec obſtat dictum Palai to. 2. tract. 11. diſp. 1. punct. 1. num. 1. in fin. quod talis copula iure naturæ videtur prohibita in illo loco; cum ſit illius loci graue vilipendium, eo vti ad actum ita materialiter turpem ſine neceſſitate. Hæc ibi.

7 Quia talis copula cum ſit à natura, non poteſt natura ipſam prohibere in ſe, neque ratione loci, quia locus nunquam polluitur ſine culpa. Nec materialiter talis actus eſt turpis, quia non recipit turpitudinem materialem ab ipſa copula, quia eſt materia licita; vnde ſi licita, conſequenter non offenditur Eccleſia à re licita.

8 Addo, quod ſi Eccleſia nō eſt offenſa à pollutione inuoluntaria facta in Eccleſia, etiam ſi ſit præuiſa; vt ſi confeſſarius præuideat, quod audiendo peccata alicuius patiatur pollutionem, non polluitur Eccleſia, maxime ſi periculum contemptus abſit, vel ſi quis audiendo ſacrum flexis genibus patiatur pollutionem ſine conſenſu, non tenetur non intereſſe ſacro flexis genibus nec Eccleſia polluitur, & tamen actus hic eſt turpior materialiter, cū ſit actus à vera materia ſacrilegij, vel mollitiei &c. ergo à fortiori actus copulæ coniugalis, qui eſt actus Sacramenti Matrimonij &c.

9 Addo inſuper, quod ſi hic actus ſit licitus, ſi alter coniugum ipſum faciat ad euitandam incontinentiam ſecundum Palaum l. c. quomodo dici poteſt, quod ſit prohibitus iure naturæ? Nam ſi natura hoc prohibet, incontinentia non poteſt reddere licitum. Sicut qui incontinentiam timet, non poteſt vti fœmina libera ad incontinentiam ſedandam; & hoc ideo, quia fornicatio eſt iure naturæ prohibita: ergo ſic à pari. Inſuper hæc incontinentia, quam timet coniux, vel eſt volita, vel non; ſi volita culpa ſua erit peccatum, cum poſſit eam nolle, & ſic ſine vſu loci ſacri poteſt euitare peccatum; vel non eſt volita, & ſic dum per Palaum eſt peccatum vti tali loco pro copula coniugali, & incontinentia non eſt volita, tenetur ſe non copulare cum ſua coniuge, etiam cum periculo incontinentiæ non volitæ, cum hæc non ſit peccatum, & vti loco ſacro pro tali copula peccatum, iuxta ſententiam ipſiuſmet Palai.

Nec obſtat dictum eiuſdem Palai l. c. quod hæc copula coniugalis eſt illicita ex præcepto Eccleſiaſtico.

10 Quia nullum inuenitur ius poſitiuum hoc prohibens, vt vidimus in canonibus ſup. cit.

Nec valet dicere cum Suarez. 3. tom. in 3. p. diſp. 83. ſect. 3. Sed latius tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 7. quod talis copula ſit peccaminoſa. Nam exonerare ventrem ſine neceſſitate in loco ſacro ſtatim apparet rationi eſſe indecentiſſimum, & turpiſſimum: ergo ſic etiam in coniunctione maris, & fœminæ, etſi alioquin licita.

11 Quia reſpondet Pontius de matr. lib. 10. cap. 10. num. 11. Quod exonerare ventrem in Eccleſia, ſi ita fieret leuandæ naturæ gratia non eſſet ſacrilegium; præſumi autem in foro externo ſacrilegium, quia præſumitur factum in contemptum, quando ſine neceſſitate vrgente fit. Sicut blaſphemus, qui in imaginem expueret, præſumeretur hæreticus quamuis reuera poſſit eſſe ſine hæreſi, imo agnoſcendo reuerentiam in imagine, cui ex odio in prototypum inſultare vellet. Hæc Pontius ibi.

Nec obſtat Palaus l. c. num. 8. quod tali actione locum ſacrum vilipendis, ſi quidem eum, ac ſi eſſet vile cubiculum, & beſtiarum ſtabulum pertractas. Si enim pedibus imaginem conculcares, nemini poteſt eſſe dubium te graue ſa-

ue ſacrilegium committere, quia irreuerenter, & turpiter ſancta pertractas, ſic de loco ſacro dicendum videtur. Hæc Palaus.

12 Quia talis non intendit locum ſacrum vilipendere, ſed tantum naturam alleuiare: peccatum enim ſuam ſpecificationem recipit ab obiecto per ſe volito ab operante, & cum tale vilipēdium nunquam à tali ſit intentum, vt ſupponimus, non poteſt actum hunc ſpecificare. Secus verò erit dicendum de conculcante pedibus imaginem; Nam talis non poteſt habere honeſtum finem, & conſequēter talis actio nō pōt cohoneſtari; ſi enim in aliquo pauimēto eſſet depictum ſignum crucis, vel aliqua imago alicuius Sancti (quod in 6. Synodo Cōſtāt. can. 73. prohibetur ne hæ imagines pictentur in pauimēto) & aditus eſſet anguſtus, ita ꝙ non poſſet qs niſi inde trāſire, ſi trāſeundo imaginem pedibus conculcaret, certe non committeret ſacrilegium; quod verum eſt, etiam ſi ſine neceſſitate id ageret; dummodo ſine animo contemnendi hoc agat.

13 Neque ſufficit quod pollutio, ſeu effuſio ſeminis ſit peccaminoſa, ſed requiritur etiam vt ſit publica, ad hoc vt Eccleſiam polluat. Sic Toletus lib. 5. ſummæ cap. 8. Victorellus in annot. eiuſdem. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 26. q. 13. licet tom. 3. lib. 3. cap. 31. q. 6. dicat Eccleſiam pollui in habitu, non in actu, donec innoteſcat. Auila de cenſur. p. 5. diſp. 7. dub. 3. concl. 2. Sà verb. Eccleſia num. 19. Graff. deciſ. p. 1. cap. 48. num. 26. ConincK de ſacram. q. 83. art. 3. dub. 1. num. 230. Vaſquez loc. ci. diſp. 98. num. 6. Pontius l. c. num. 15. P. Diana, qui in materia morali nihil intactū reliquit part. 9. tract. 9. reſ. 5. qui citat Ouiedo in p. 2. D. Th. tract. 6. contr. 5. pūct. 3. §. 9. n. 64. Trull. in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. nu. 11. Caramuel in reg. D. Benedicti diſp. 66. concl. 12. num. 1017. Baſſeum in Flor. Theolog. moral. verb. ſacrileg. 11. num. 3. Vnde quandiu publice non conſtat, vel euidentia facti, vel confeſſione eius, qui fecit, aut ſimili ratione, Eccleſia non dicitur polluta, etiam ſi à paucis ſciatur. Si tamen ab ijs propalatur, & publice fiat factum, tunc Eccleſia polluitur, ſeu pro polluta habetur.

14 Et ratio huius eſt; tum quia Eccleſia per has actiones non polluitur intrinſece, & eſſentialiter, cum videamus per extrinſecam benedictionem, vel conſecrationem reſtitui ad ſtatum priſtinum; ſed tantum extrinſece, & quoad exiſtimationem hominum; homines enim exiſtimant locum hunc inhabilem pro diuino cultu, vel leges humanæ id ſtatuunt, & ideo pro inhabili, & polluta habetur: ergo non poteſt haberi pro polluta, niſi hominibus innoteſcat factum reddens Eccleſiam inhabilem pro cultu diuino. Tū q̄a ſicvt actor alicuius criminis non diffamatur per delictum ſecretè patratum, nec poteſt pro occultis criminibus, dum ſunt occulta, publica imponi pœnitentia, ita ſi pollutio datur in pœnam delicti ibi patrati, non poteſt dari pro occulta effuſione ſanguinis, vel ſeminis; ſi eſt infamia reſultans, neque poterit reſultare ab occulto delicto. Tum quia res eſſet intolerabilis; nam ſi Parrochus tantum ſciret in ſua Eccleſia ſemen eſſe diffuſum, vel poſſet celebrare, vel non poſſet, ſi poſſet: ergo vel in Eccleſia polluta pōt celebrare Parrochus, quod nemo dixit, vel dicendum quod non ſit polluta. Si non poteſt celebrare, erit Eccleſia hæc ſemper polluta, & nunquam in ea poterit celebrare, nam nūquam poteſt probare factum: Igitur talis Parrochus remanebit ſēper anceps, an neceſſitas ſit ſufficiens celebrandi hic, & nunc in tali Eccleſia polluta. Tum quia ideo effuſio ſeminis Eccleſiā polluit, quia ex conſtitutione Eccleſiæ locus ſacer profanatur, & tollitur conſecratio, ſeu benedictio, & conſequenter eſt hæc veluti quædam pœna Eccleſiaſtica data loco ſacro ratione delicti ibi patrati, ſed nullum ius eſt expreſſum, quod pro effuſione occulta

infligatur talis pœna: ergo non debet infligi,niſi pro publica.

15 Hinc eſt quod effuſio ſanguinis, ſeu ſeminis occulta ſacrilegium non eſt, nec vt ſacrilegium confitenda, ita DD.ſup.cit.Non enim polluunt Eccleſiam,niſi ſint publicæ effuſiones, vt dixi; & conſequenter ſi Eccleſiam non polluunt, neque tanquam ſacrilegia erunt exprimenda in confeſſione.

Nec obſtat Palaus l.c. num. 4. quod manere Eccleſiã pollutã eſt effectus ſacrilegij, & pœna illius:ergo non poteſt eſſe ſacrilegium per ordinem ad illam pœnam.

16 Quia in tantum actio patrata in Eccleſia dicitur ſacrilega, in quantum offendit ipſam Eccleſiam, ideo enim dicimus,quod periurium factum in Eccleſia non ſit ſacrilegum in ordine ad locum, quia Eccleſiam non offendit, ſic comeſtio carnium tempore ieiunij, ſic furtum de re non ſacra, ſi non eſt Eccleſię,nec in eius cuſtodia;ſed Eccleſia nõ eſt offenſa niſi per effuſionẽ ſanguinis,vel ſeminis publicam, tũc enim Eccleſia eſt offenſa, quando remanet polluta, & per publicam effuſionem ſeminis &c.remanet polluta: ergo per publicam eſt offenſa, & conſequenter per publicam committitur ſacrilegiũ. Vnde, etſi verum ſit quod pollutio Eccleſiæ eſt effectus proueniens ab actione peccaminoſa in Eccleſia patrata; tamen ſi effuſio ſanguinis &c.non eſt publica, non habet hunc effectum, nec dicitur actio ſacrilega, quia ſi non eſt publica, non dicitur Eccleſia offenſa. Vnde non dicitur ſacrilegium in ordine ad pollutionem, ſed tunc dicitur ſacrilegium, quando parturit hunc effectum; & tunc parturit, quando eſt publica, & ſic ordo non ad effectum productum inducit ſacrilegium, ſed ad potentiam producendi, & quandiu eſt occulta,non poteſt hunc effectum producere; vnde publicitas eſt veluti ratio formalis conſtituens pollutionem in ſpecie ſacrilegij, & ſic quando publicitas abeſt, tunc ſacrilega non eſt pollutio,quia tunc Eccleſia non eſt offenſa, vt dixi.

Nec dicas cum eodem Palao loc. ci. quod ſi ob illas actiones Eccleſia interdiceretur,illæ actiones peccata, & ſacrilegia non eſſent,quia cauſant interdictum; ſed potius cauſant interdictum quia ſacrilegia ſunt: ergo prius ſacrilegium præſupponitur. Hæc Palaus.

Quia ſi ob illas actiones quomodocumque factas Eccleſia interdiceretur, eſſent illæ actiones peccata, & ſacrilegia, non quia cauſarent interdictum, ſed potius quia eſſent ſacrilegia, ideo cauſarent interdictum; at eſſent ſacrilegia, quia offenderent Eccleſiam faciendo vt ipſa extaret interdicta. At ſi illę actiones publicæ tantum cauſarent interdictum,illæ actiones publicæ tantum eſſent ſacrilegia, quia illæ actiones publicæ offenderent Eccleſiam; Sic etiam eſt dicendum in caſu noſtro.

Inſtabis cum eodem Palao. Si ſacrilegium non eſt,niſi quatenus de facto Eccleſia illis actionibus polluitur, efficitur ſæpe pollui Eccleſia abſque ſacrilegio. Ponamus namque te commiſiſſe homicidium occulte in Eccleſia, poſtea vero illud confeſſus fuiſti in iudicio; Inquiro,quando illud homicidiũ habet rationem ſacrilegij? Nam cum commiſſum eſt tunc non habet, quia non polluit Eccleſiam; quando facta eſt in iudicio illius confeſſio?tunc non committitur, & tamen tunc nõ polluitur Eccleſia: ergo polluitur Eccleſiá abſque ſacrilegio. Hæc Palaus ibi.

17 Reſpondeo, quod illa occiſio &c. habet rationem ſacrilegij,quando reus confitetur in iudicio tale crimen; tunc enim fit pollutio, ſeu occiſio publica publicitate confeſſionis; tunc enim recipit rationem formalem ſacrilegij, quia tunc Eccleſia offenditur per talem occiſionem.

Nec obſtat,quod tunc non committatur,quia ſufficit ſi moraliter perſeuerans recipiat nouam rationem formalem ſacrilegij.Sic enim videmus,quod ſi quis committat alteri occiſionem

Petri

Petri inimici, ſi Petrus poſt commiſſionem efficiatur clericus, & mandatarius ipſum occidat, hæc occiſio dicitur ſacrilega, etiam in ordine ad mandantem, maxime ſi ratam habet occiſionem; At nunc inquiro à Palao, quando hæc commiſſio ſit ſacrilega? non quando fuit facta, quia tunc Petrus clericus non erat, non quando fuit occiſio, quia tunc commiſſio non erat: ergo occideretur clericus ſine ſacrilegio. Si Palaus reſpõdeat, Quod commiſſio, ſeu mãdatum ſemper dicitur perſeuerare, vſque ad executionem conſummatam. Tunc dicerẽ, ego, ſi mãdãs pœnitet ſe de mãdato, & non poteſt ipſum reuocare, quia mandatarius perrexit ad exequendum mandatum in partem longinquam, tunc mandatum in foro conſcientiæ non perſeuerat, & conſequenter in foro conſcientiæ; talis mandans ſacrilegium non committit, & ſic poteſt abſolui à quocunq. cõfeſſario inferiori ex dictis in 23. & 46. reſolutione; & tamen, ꝙ ad forum fori vere dicitur commiſiſſe ſacrilegium, & ideo declararetur excommunicatus. Sic etiã dicerem in caſu noſtro, vel committẽs occultam occiſionem in Eccleſia ſe pœnitet commiſiſſe: vel non? Si ſe pœnitet, tunc dico, quod adueniente confeſſione in iudicio, æximatur, & habetur pro ſacrilego quoad forum fori, etſi non ſit quoad forum conſcientiæ; vel non ſe pœnitet, & confitetur in iudicio; & tunc dico, quod hic talis eſt formaliter ſacrilegus, ſeu peccatum occiſionis recipit ſpeciem ſacrilegij quoad forum fori, & quoad forum conſcientiæ, & ideo tenetur poſt iuridicam confeſſionem, in foro conſcientiæ, ſeu in Sacramento pœnitentiæ confiteri hanc circumſtantiam. Actiones enim morales, dum determinantur ab aliqua conditione extrinſeca, ſpecificantur à tali conditione determinante; nam id quod facit forma phyſica in compoſito phyſico, facit determinans in compoſito morali; & ideo Ariſtoteles 2. phyſ. tex. 24. formam appellauit terminum, quaſi determinans materiam.

18 Per furtum vero Eccleſia non polluitur; nam per furtum non redditur Eccleſia ita maculata, vt ſine noua conſecratione, aut benedictione apta non ſit, vt in ea diuina celebrẽtur, hoc enim eſt dicere Eccleſiam pollutam eſſe. Sed eſt conditio conſtituens ſpeciem ſacrilegij, ſiue ſit ſacrum de ſacro ſecundum Iuriſtas in l. Diui verus ff. ad l. iuliam peculatus; ſiue ſit non ſacrum de ſacro ſecundum Canoniſtas canon. quiſquis 17. quæſtione 4. Quod intellige dummodo non ſacrum ſit traditum Eccleſiæ cuſtodiendum, vel in depoſito; ſecus vero ſi accidentaliter ibi exiſtat; quia quæ in cuſtodiã tradũtur Eccleſiæ, ſunt aliquo modo Eccleſiæ, & veluti ſacra, & Eccleſia, ſeu potius Deus, qui Eccleſiæ præeſt, ea ſuſcipit in ſui tutelam; & cõſequenter, quando furantur ſit irreuerentia Eccleſiæ, & Deo, dum eripitur ſibi commiſſum ab eius poteſtate. Secus vero erit dicendum, quando caſu in Eccleſia aliquid exiſtit, quia tunc abeſt ſpecialis irreuerentia. Ita Fagnndez. 2. Eccleſ. præc. lib. 4. cap. 4. num. 9. circa fin. qui citat Sotum in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4. §. multa hic. Caiet. tom. 1. opuſ. cap. 31. reſp. 12. dub. 2. Ludouic. Lopez p. 1. inſtruc. cap. 33. §. At vero. Henricum lib. 2. de pœnit. cap. 6. num. 5. Palatium in 4. diſt. 16. q. 13. Vide Dianam 2. p. tract. de circumſtantijs reſol. 27.

Nec obſtat dictum Palai l. c. punct. 2. num. 3. quod in can. quiſquis tex. abſolute determinat ſacrilegium eſſe, ſi non ſacrum de ſacro fureris, neque limitat ad non ſacrum depoſitum, & in cuſtodiam traditum. Hæc Palaus.

19 Quia ex verbis tex. euidenter deducitur hæc determinatio, nam prius ſpecificat ſacrilegium eſſe, primo infringere Eccleſiam, vel domus immunitate Eccleſiæ gaudentes inde bona auferendo. Secundo auferre bona clericis, vel Monacis, ſeu Deo deuotis, omnibuſq. Eccleſiaſticis perſonis &c. &

poſtea ſubdit verba illa indefinita, nēpe ſacrilegium eſſe auferre non ſacrum de ſacro; verba tex. hæc ſunt. Sacrilegium committitur ſi quis infregerit Eccleſiam &c. vel domos, quæ intra prædictos paſſus fuerint aliquid inde diripiendo, vel auferendo &c. ſeu qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, vel Monachis, ſiue Deo deuotis, omnibuſque Eccleſiaſticis perſonis &c. Similiter ſacrilegium cōmittitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, ſiue ſacrum de non ſacro; Dum. n. prius dixit, quod infringere Eccleſias, inde auferendo bona, vel auferre bona clericis, vel Monachis ſit ſacrilegium, enumerauit aliquas ſpecies ſacrilegij, quod committitur auferendo non ſacrum de ſacro, ſi ſcilicet perſona ſacra habet aliquod ius ad rem illam non ſacram, vel ſi infringatur Eccleſia, vel domus gaudens immunitate Eccleſiæ, & ab ijs non ſacrum auferatur; quando deinde ſubdit verba illa generalia, quod non ſacrum de ſacro ſit ſacrilegium; verba hæc generalia ſunt intelligenda cum reſtrictione ad ſpecies prius enumeratas, iuxta doctrinam Baldi in l. qui non militabat §. filijs hæredibus ff. de hæred. inſtituendis, dum indefinita locutio reſtringitur per ſpecialem deſignationem; & generalitas ſermonis poſtremo loco prolati limitationem, & ſpecificationem recipit ex ſpecie præcedenti, neque generalitas illa euagatur vltra eam ſpecificationem prius enarratam l. quoties C. famil. erciſc. l. vltima §. vltimo ff. de vino tritico, & oleo leg. Oltrandus conſil. 8. incipiente, Quidā pater num. 1. Gyptius de caſ. reſer. cap. 5. in 3. caſum cui eſt annexa excommunicatio num. 15.

20 Et ob hanc eādem rationē dicimus, ꝙ per actus profanos, nempe per ſeditiones, per clamores, per impetum, per concilia vniuerſitatum, & ſocietatum ſæcularium, per concioēs profanas, & publica parlamenta, per vana, fœda, & profana colloquia, per confabulationes &c. huiuſmodi, quæ prohibentur in cap. Decet de immun. Eccleſ. in 6. non polluitur Eccleſia; nec etiam ſacrilegium committitur; ſed tunc tantum ſacrilega eſſent, quando poſito, quod ſint mortalia, diſturbarent notabiliter diuina officia. Nam in tex. poſtquam dixit: quod in Eccleſia Dei ceſſent vana colloquia &c. ſuperius enumerata, ſubdit, Sint poſtremo quæcunque alia, quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea; ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendatur peccata committi &c. Dū ergo prius enumerauit illas profanas actiones, & poſtea reſtrinxit ad actiones diſturbantes officia diuina, & peccaminoſa: conſequenter illæ profanæ actiones, in tantum ſunt ſacrilegia, in quantūm vt peccaminoſa diſturbant officia diuina.

21 Sic etiam dicendum erit de negotiationibus nundinarum prohibitarum in præfato canone. Si enim fiant in Eccleſia permanenter, cum indifferentia ad plures contractus, cum vociferatione, contrectatione, & tumultu, ita quod officia diuina diſturbentur, ſunt peccata mortalia, & conſequenter ſacrilegia. Secus vero dicendum erit, ſi fiant in Valuis Eccleſiæ, vel in Cœmeterio ſine ſtrepitu, & contentione pretij, non ſolum ratione conſuetudinis, ſed etiam quia ceſſat ratio prohibitionis, quæ eſt diuinorum officiorum perturbatio, & profanatio loci ſacri. Ita ſentit Nauar. cap. 5. de oratione nu. 36. Suarez 3. tom. de Euchar. diſp. 81. ſect. 8. verſ. ſecundo &c. Fagundez 2. eccleſ. præc. lib. 4. cap. 4. num. 10. Palaus loc. cit. punct. 4. num. 9. verſ. quarto &c.

22 Agitatio vero cauſarum, maxime criminalium cum ſtrepitu à iudicibus ſæcularibus eſt interdicta fieri in eccleſijs, immo ſunt ipſo iure nulla, tam proceſſus, quam ſententia inibi lata, vt in præfato cap. decet §. ordinarij de immun.

immun.Eccleſ.in 6.his verbis; Et nihilominus proceſſus iudicum ſæcularium, & ſpecialiter. prolatæ ſententiæ in eis locis omni careant robore firmitatis &c.

23 An vero Iudices peccent mortaliter hæc in eccleſijs agendo: puto, quod ſi ſine contemptu fiant, peccatum mortale non committere, quia prohibitio cadit ſupra actum, & non ſupra perſonam; Sicut Impubes teſtando, vel Pubes teſtando ſine numero teſtiũ requiſito ad teſtandũ, Filiusfamilias ſe obligando, quãtũ eſt ex vi obligationis &c. Dixi ſi ſine contemptu fiant. Nam ſi cum contemptu fiant, dum poſſunt excommunicari, conſequenter peccant mortaliter; tex.enim præcitatus ſic ſubdit. Qui vero præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerint, præter proceſſum ordinariorum, & deputandorum ab ipſis, diuinæ vltionis, & noſtræ poterunt acrimoniam formidare &c.vbi gl. Acrimoniam ideſt, acrem pœnam, & dicitur quaſi acris monitio. Vel, ideſt pœnam excommunicationis, quaſi à gremio eccleſiæ expellentem &c.

24 Dixi Iudicibus ſecularibus &c. Nam iudicibus eccleſiaſticis nullo modo hæc fieri eſt interdictum, etiam ſi cum ſtrepitu fiãt, ita gl.in cap. 1.& cap. cum in eccleſijs de immun. eccleſ. & d.cap. decet verſ. ſæcularium.

25 Dixi cum ſtrepitu &c. Nam ſi ſine ſtrepitu iudiciali fiãt hi actus, non ſunt peccaminoſi, nec inualidi; etſi ſimilitudinem habeant cum placito, & ſtrepitu iudiciali, cum re vera actus iudiciales non ſint, non ſunt prohibiti ex vi huius decreti. Sic diſpenſare, eligere, præſentare, & ſimilia non ſunt prohibita fieri à ſæcularibus in eccleſia; ſic conferre gradũ Doctoratus, & ſimilium, etiam ſi auctoritate regia id fiat. Vide Nauar. cap.5.de orat.num.37.

26 Contractus in eccleſia celebrati ſũt validi, etſi ſæcularibus interdicti; vt in præfato cap. decet &c. dum dicit, Omnis in eis, ſæcularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat &c. vide gl. in dict. cap. decet, verb. proceſſus; eccleſiaſticis vero non ita certe eſt interdictum; ſicut prohibitum eſt admittere ſupellectilia ſæcularium cap. relinqui de cuſtodia Eucharistiæ; quod non ſub mortali prohibetur, niſi exceſſus tantus fuerit, vt notabiliter impediatur eccleſia, vel fœdetur, aut contemnatur; de quibus vide Palaum loc. cit. punct. 4. num.3.verſ.ſed dubium eſt &c.in fin.

27 Nota ſecundo, quod committens homicidium, vel mutilationem membrorum intus Cœmeterium, vel eccleſiam, præter excommunicationem hic expreſſam, non gaudet immunitate eccleſiaſtica. Ita Greg. XIV.in ſua conſtitut. Cũ alias & habetur in cap.fin.extra de immun. eccleſ.Quod verum eſt ſiue homicidium, ſeu mutilatio ſuccedat ex propoſito, ſeu appenſate, ſiue ex ſubitanea rixa, ſecundum Couar. lib. 2. var.cap.20.num.15. verſ. 22. Farin.in ſua pract.crim.p.1.tom.2. tit. de carceribus, & carceratis q.28.num. 54. Decian.in tract.crim. tom.2.lib.6. cap.28. num.5.circa medium, verſ.Verum quia &c. etſi alij oppoſitum ſentiant. Siue quis in ipſa Eccleſia, ſiue ſtando in loco profano, ſclopum explodat, & in eccleſia hominem occidat ſecundum Couar.l.c.verſ.27. Farinac.l.c.q.28.nu. 61.Decian.l.c.num.6.in fine. Suarez de relig.tom.1.tract.2. lib.3. cap.11. num. 7. Siue exiſtens in eccleſia extra Eccleſiam homicidium committat. Ita Syluest. in ſumm.verb. Immunitas 3.q. 6.num.6.& 8.in fin. Decianus, & Suarez ll. cc. etſi alij DD. oppoſitum ſentiant. Siue exiſtentem in eccleſia extrahat contra voluntatem, & occidat Syluest.l. c. ſiue mandet homicidium fieri in eccleſia, ſecundum gl. in Clement. Paſtoralis verb. diſtrictu de re iudicata.Decian. l. c. num. 7. Peregrinum de immunit. eccleſ. cap.6. à num. 14. vſque ad 36. etſi oppoſitum alij DD.ſentiant.Hi.n.omnes qui committunt homicidium modo explicato in Cœmeterijs, ſeu in eccleſia, ſiue conſecrata,

ſecrata,ſiue non conſecrata,poſſunt capi non ſolum in Eccleſia, in qua delinquunt, ſed etiam in alia ad quam confugiunt, & poſſunt puniri non ſolum de delicto commiſſo in Eccleſia, ſed etiam de delictis commiſſis extra Eccleſiam antea,vel poſt homicidium,vel mutilationem commiſſam in Eccleſia ſecundum Couar.l.c.num.23.& 24.

28 Non tamen sũt excommunicati noſtra excommunicatione, niſi qui intus Eccleſiam homicidium committunt, vel mutilationem.Quod intellige intra illud ſpatium, quod pertinet ad corpus Eccleſiæ internum, à tecto interiori vſque ad pauimentum, & à parte interna portæ Eccleſię vſque ad vltimum parietem aræ maximę eccleſiæ. Vel homicidium cõmittunt in Cappellis exiſtentibus intra eccleſiam; ſunt enim de corpore interiori ipſius eccleſiæ. Sanchez l.c.num.25. Vega tom.2.ſum.cap. 94.caſu 5.

Hinc eſt quod occidentes hominem ſupra eccleſiæ tectum, vel ſubter eccleſiam,ſi ibi adſit ſpelunca, vel cellula aliqua (dummodo non ſit ſepultura) non incidunt in noſtram cenſuram, quia ſacrilegium non committunt teſte Sanchez de matrim.lib.9.diſp.15.num. 26.& 27. Suarez 3.p. q.83. art. 3. diſp. 81.ſect.4. initio.Nauar.in ſum.cap.27. num. 36. Sicut nec occidentes hominem in porta eccleſiæ à parte externa; vel in cameris eccleſiæ inhærentibus, non enim conſtituunt vnum corpus cum eccleſia; vel in turri,vbi cymbala pulſantur; vel in Sacriſtia, cum ſit camera deputata ad cuſtodiam ſacrarum veſtium, vt optime Sanchez l. c. num. 31. Sicut nec occidentes homines in Oratorijs priuatis domorum, quamuis de licẽtia Pontificis Miſſæ ibi celebrẽtur;ædificantur enim ſine licentia Epiſcopi, & ad nutum domini domus poſſunt redire ad vſus profanos, & ideo non gaudent immunitate eccleſiaſtica, & conſequenter non veniunt nomine eccleſiæ. Sanchez l.c.num.39.Sicut nec occidentes in camera inſtar Odei, ſeu loci deputati ad cantum, ex aduerſo aræ maximæ conſtructa,quæ vulgo tribuna nuncupatur, ſecundum Sanchez l.c.num.35.

29 Secus vero dicendum eſt de occidentibus homines in propylæis, ſeu cornigijs eccleſiæ. Vel in confeſſionatijs,tam ſi ſint intra eccleſiam, quam ſi ſint intra parietis concauum eccleſiæ à parte interna;ſunt enim partes ipſius eccleſiæ; non tamen ſi ſunt in parte externa eccleſia, & ab eccleſia diuiſi tabulis, vel panno cerato,& ſolum per crates, vel per foramina confeſſiones excipiantur;pannus enim ceratus, ſeu tabulæ,vel paries lapideus ſeparant, & diuidunt eccleſiam ab huiuſmodi locis confeſſionum,& talis locus pro domicilio diſtincto habetur, atq. tex. in cap.vnico de conſecr. in 6. in illis verbis. Non vnum, ſed plura cœmeteria eſſe noſcuntur,quæ quamuis ſibi cohęrentia,pariete tamen medio ſeiunguntur &c. Paries ergo ſiue ceratus, ſiue tabulatus diſtinguit duo loca;quod intellige, dummodo paries ille ceratus, ſeu tabulatus ſit fixus, & ſtabilis, tunc enim habetur inſtar parietis: ſecus vero dicendum erit ſi diuidatur panno, qui, & complicari, & explicari poſſit, aut tabula ferreis nexa vncis complicabilibus, quia tunc cum ſint facile mobilia,non poſſunt æquari fixo parieti.Si vero tabulæ ſint fixę ad inſtar portæ dantes aditum ad aliam partem,ſed immobiles,adhuc diuidunt locum confeſſionũ ab eccleſia, & conſequenter non comprehenditur in caſu noſtro Quia in iure paries intermedius diuidit,licet ſit porta, per quam de vno ad alium tranſitur locum; vide Sanchez l. c.num 34.

Ita etiam dicendum erit de occidentibus homines in Choro,eſt enim chorus pars eccleſiæ. Quod verum eſt,ſiue chorus ſit in medio eccleſiæ,& ſcabellis tantum,ſeu ſedilibus occluſus,ſiue ſit poſt aram maximam in capite ipſius eccleſiæ, ſiue ſit in loco prominenti à parte interiori portæ eccleſiæ dum-

dummodo, meo iudicio, habeat ingreſſum ab eadem eccleſia, & non à loco exteriori, ſeù clauſtro; tunc enim videtur potius pars diuiſa ab eccleſia, dum habet ſolũ, & aditũ diſtinctũ, & eſt veluti odeũ, ſeu locus deſtinatus ad cãtũ.

30 Nota tertio, quod etſi verũ ſit, quod nomine eccleſiæ ad gaudendum immunitate eccleſiaſtica veniant Oratoria confraternitatum eccleſiæ, aut Monaſterio affixæ, vel auctoritate Epiſcopi erectæ, quod præſumitur ſi habent campanam ſuper tectum, & publicè pulſatur, can. præſentibus de priuilegijs. Cœmeteria. can. fin. de immun. eccleſ. Hoſpitalia. cap. ad hæc de relig. domib. can. definiuit 17. q. 3. Monaſteria religioſorum çan. ſi quis contumax can. frater, can. ſi quis in atrio, can. minor 17. q. 4. cap. 2. de conſuetud. Palatia Epiſcoporum. can. id conſtituimus 17. q. 4. etiam Titularium arg. tex. in can. legimus verb. vbicumque diſt. 93. Vel Cardinalium extra vrbem Diana p. 1. tract. 1. reſol. 37. & part. 4. tract. 2. reſolut. 40. §. de his &c. & part. 5. tract. 2. reſol. 34. Sicut domus eccleſiæ, vel eccleſiaſticorum ædificatæ in ambitu eccleſiæ, quoad Matrices per circuitum quadraginta paſſuum, quoad alias eccleſias per circuitum triginta paſſuum, can. Sicut antiquitus, can. definiuit, can. quiſquis 17. q. 4. Etiam ſi laicis locatæ ſint. Cartarius deciſ. crim. 46. num. 20. Et Campanilia eccleſiæ, vt declarauit Sacra Congregatio Cardinalium 7. decembris 1632. & extrinſecum parietum eccleſiæ, ſi quis illud tangat tantum. Riccius tom. 3. reſolut. 560. num. 8. Vel oſtium clauſum arg. tex. in l. ſi aquæductum C. de contr. emp. & expreſſe in can. ſi quis contumax 17. q. 4. Pars ſuperior eccleſiæ tecti Sperella deciſ. 63. num. 9. Porticus eccleſiæ can. ſi quis contumax cit. Scalæ ipſius eccleſiæ, Sperella deciſ. 60. nu. 14. Clauſtrum, Hortus, & ſimilia. Diana p. 6. tract. 1. reſol. 1. à §. ſed quæro. Eccleſia nondum perfectè conſtructa. Farin. de immun. cap. 17. num. 261. Et eccleſia diruta, non tamen auctoritate ſuperioris; ſi ſit ſpes reædificationis; locus enim non deſinit eſſe ſacer ex dirutione eccleſiæ l. ẹde ſacra ff. de cõtr. emp. l. in tantum §. ſacra in fin. ff. de re iud. & etiam omnis locus, cui præſens eſt corpus Chriſti Sacramentatum Diana p. 1. tract. 1. reſol. 28.

31 Etſi enim verum ſit, quod omnia iſta loca gaudeãt immunitate eccleſiaſtica; tamen ad incurrẽdum caſum noſtrum, ſicut ad committendum ſacrilegium non ſufficit, quod in aliquo ex prædictis locis fiat effuſio ſanguinis, vel ſeminis, ſeu mutilatio mẽbrorum, ſed requiritur, vt committatur tale delictum intra ſpatium pertinens ad corpus eccleſiæ internum, nempe à parte interna portæ eccleſię, vſque ad vltimum parietem aræ maximæ. Inſuper vt eccleſia ſit conſecrata, vel benedicta, quia ante hanc conſecrationem, vel benedictionem non dicitur locus ſacer, vt optime Sotus in 4. diſt. 32. q. vn. ar. 3. concl. 3. Sanchez l. c. nu. 24.

32 Si tamen eccleſia ſit ab Epiſcopo benedicta, ſeu potius lapis primus, cęptaque ædificari auctoritate ipſius, non dum completa venire nomine eccleſiæ videtur dicere Sanchez. l. c. num. 36. & homicidium inibi patratum putat eſſe ſacrilegium. Tum quia eſt benedicta, & auctoritate Epiſcopi ad diuina deputata. Tũ quia ibi poſſunt fideles ſepeliri. Tũ quia opinio probabilior eſt, quod eccleſia non dum conſecrata, & in qua nõdũ diuina celebrata ſũt, gaudeat immunitate eccleſiæ; dummodo ſit auctoritate Epiſcopi erecta: ergo ſic erit dicendum in caſu noſtro, cum ſaltem verum erit dicere locum illum eſſe ſacrum. Hæc Sanchez.

At oppoſitum ſentiũt gl. in c. eccleſiæ verb. celebrãtur de immun. eccleſ. & Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 8. & cap. 24. n. 24. Tum quia non dum plene dicata videtur diuinis obſequijs. Tum quia Greg. IX. in illo cap. eccleſię, duo requirit, ad hoc vt eccleſia non conſecrata gaudeat immuni-

munitate, & quod diuina officia ibi celebrentur; & quod diuinis obſequijs ſit dicata. At in caſu noſtro, nec ibi diuina celebrantur, & non dum, vt dixi, plene eſt diuinis addicta. Nec obſtat, quod ſit benedicta, quia non eſt benedicta illa vltima benedictione, vt poſſint finaliter inibi diuina celebrari; & idem dicendum erit de ſepultura fidelium; ſicut de eccleſia non conſecrata, & in qua non dum diuina celebrata ſunt.

Inſuper in noſtra reſeruatione adeſt verbum Intus eccleſiam &c. & eccleſia non dicitur eccleſia ante benedictionem, ſed Baſilica; maxime, quia ſumus in materia puniendi delictum in eccleſia commiſſum, vt optime tex. & gl. in cap. 1. verb. dedicanda, de relig. domibus. Abbas in rubr. de conſecr. eccleſ. num. 2.

33 Si vero dilatetur eccleſia ex alia parte, & noua ipſius pars conſtruatur, vel Capella in ipſa eccleſia, licet non benedicatur illa pars noua, adhuc cõprehenditur nomine eccleſię. Tũ quia pars, quæ additur fit vnum cum priori parte, & eadem, & vnica forma eccleſiæ perficitur tota hæc Eccleſia; quæ enim adhęrent religioſis religioſa ſunt l. quæ religioſis ff. de rei vendicat. Tum quia ſi aliquid addatur altari conſecrato, hoc non execratur, ſed ſacrum trahit ad ſe tanquam dignius nõ ſacrum. gl. in cap. 1. verb. altare, de conſecr. eccleſ. Sicut oleum non conſecratum ſi addatur oleo conſecrato, fit ſacrum cap. quod in dubijs, & ibi gl. fin. in fin. de conſecr. eccleſ. Et patet etiam in veſtibus ſacris, dum reficiuntur filo, vel panno non conſecrato, hæc non indigent conſecratione noua. An vero conſecrata remaneant, non clare deducitur ex dict. c. q in dubijs. dum tex. loquitur tantum de liquoribus; tamen negari non poteſt, quod gaudeant priuilegijs ſacræ veſtis, dum vnita manent. Vide Sanchez loc. cit. num. 38. in fine.

34 Non vero gaudet immunitate eccleſiaſtica eccleſia diruta auctoritate Epiſcopi abſque ſpe erectionis, & conſequenter non venit nomine eccleſiæ in caſu noſtro. Sanchez loc. cit. num. 37. Sicut nec Oratoria, quæ ſunt eccleſiæ hoſpitalium, ſeu Eremitorium ſine Epiſcopi licentia, ſed priuata auctoritate erecta; vel eccleſiæ in domibus priuatis fundatæ; vel eccleſię de licentia Epiſcopi erectæ, ſed conſecratæ, aut benedictæ adhuc non ſunt; non enim hæ veniut nomine eccleſiæ in caſu noſtro, quia ſumus in pœnalibus. Ita Henriquez lib. 5. de pœnit. cap. 6. num. 5. in comment. litt. H. & lib. 9. de Miſſa cap. 27. numer. 5. Sà verb. Eccleſia §. Polluitur eccleſia &c. Sicut nec Clauſtra, nec cætera religioſorum habitacula, vt ſunt officinæ &c. huiuſmodi, comprehenduntur nomine eccleſiæ in caſu noſtro, nec in eis ſacrilegium committitur ex effuſione ſanguinis, vel ſeminis, etiam ſi ibi ſit altare conſtitutum ad celebrãdum; quia reputatur tunc clauſtrum, vt priuatum Oratorium; vide Sanchez loc. ci. num. 42.

35 Nota quarto, quod homicidium poteſt committi, vel per actum poſitiuum, vel per negationem actus. Sic homicida dicitur, qui ſubtrahit panem corporalem tẽpore neceſſitatis proximo. can. paſce diſt. 86. & can. immolans 14. q. 5. & homicidium dicitur Proprium, & Improprium. Proprium eſt, quod fit in proximum per ſeparationem violẽtam animæ à corpore can. ſi homicidium 23. q. 5. Impropriũ eſt detractio, Odium, can. homicidium de pœnit. diſt. 1. vel rei malæ perſuaſio. can. noli putare ead. diſt. Homicidium in caſu noſtro accipitur, prout in can. homicidiũ de pœnit. diſt. 1. & in can. ſi homicidium 23. q. 5. & in l. qua actione §. occiſum ff. ad l. Aquiliam. Vnde homicidium in caſu noſtro accipitur, ſiue fiat cum ſanguinis effuſione, ſiue ſine; ſiue cum inſtrumento, ſiue ſine; ſiue ſtatim moriatur, ſiue ad tempus; Vide Graff. de caſ. reſer. lib. 1. cap. 14. de homicidio à num. 1.

36 Hinc

36 Hinc habes,quod qui venenum ſubminiſtrat hominibus in eccleſia refugiatis, vere dicitur homicida,& conſequẽter incidit in caſum noſtrum; quod vere ſit homicida, habetur ex tex. in l.eiuſdem §.adiectio ff. de Sicarijs. Immo dicitur homicida cum proditione. Bald.conſil.210.in 4.volum. ex tex.in l.1. C.de maleſ. & math. Graff. de caſ. reſer.lib.1.cap.14.num.30. Nec dicitur extenſio caſus pœnalis, ſed incluſio, Rubrica enim ad l.Corneliam de Sicarijs comprehendit etiam ſubminiſtrantrantes venenum. Idem habetur extra de homic. Venit enim ex mente legis l.ſcire leges ff. de leg. l. nominis,& rei §.verbum ex legibus ff. de verb. ſignif. Cum ergo reſeruatio ſit tantum de occidentibus homines, & non ſignat modum occidendi,ſufficit ſi homicidiũ ſit,ad hoc vt ſit caſus reſeruatus,& homicidium eſt quocunque modo fiat l. qua actione §.1.ad fin.ff.ad l.Aquiliam. Layman lib.4.tract.9. cap.3. nu.8.verſ. Tertius caſus &c. Quid ſit dicendum, ſi antequam venenum faciat effectum ſuum ſe pœniteat talis miniſtrans,diximus à pari ſupra reſol. 23. & 46. & dicemus infra reſol. 66. Quando vero incidat,ſi miniſtrando,vel quãdo mors ſequitur? certum eſt, ꝙ qñ mors ſequitur. Quomodo incidat dum mors non eſt amplius in poſſe miniſtrantis;dicam alio in loco, quando de blaſphemia ſermo erit.

37 Sic cõprehẽditur mulier,quæ in Eccleſia abortũ cõmiſit in propria perſona data opera, ſi fœtus ſit animatus, nam talis mulier vere homicidium cõmiſit l.ſi mulierem ff. de ſicar.can.conſuluit 2.q.5.

Sic etiam qui mulierem prægnantem abortiri fecit,ſi fœtus ſit animatus arg.tex.in l. Cicero ff. de pœnis, & l.1. ff.ad l. Pompon. de Parric.l. penult. C. de Sicar. Secus dicendum eſt, ſi fœtus non ſit animatus, vide Conſtitut. Sixti V.

Multi DD. includunt in caſu noſtro virum occidentem propriam vxorem, vel Patrem Filiam in adulterio inuẽtã, vt in l. quod ait lex.§.fin. & in l.nec in ea,& in l.nihil,& in l.marito ff. ad l.Iuliam de adult.

38 At vt dicam quid ſentio, in hoc mihi videtur oppoſitum tenere. Nam etſi verum ſit, quod hi ſunt veri homicidæ can.interfectores, & c. admonere 33.q. 2.& conſequenter hi occiſores peccãt, quia in iure permittitur, & non punitur tale crimen; non vero crimen non eſt,cum ſit occiſio ante ſententiam iudicis parte inaudita, & ſic dici non poteſt, quod ſit à miniſtro publico; tamen quia intentio Principis ſemper ſupponitur iuxta diſpoſitionem iuris, vt ſæpius dixi, & in iure cautum eſt, vt ſi vir, ſeu pater clericum interficiat in adulterio, ſeu rem habentem cum propria filia,non ſit excommunicatus.cap. Si vero 1. extra de ſentent. excomm. conſequenter nec debemus dicere, ꝙ incidat in caſum noſtrum cenſuratum, cum tam iuſtum dolorem compeſcere non poſſit hic talis occidens l. Graccus C. de adult. l. ſi adulterium §. Imperatores ff.ad l.iul.de adult.

39 Sic etiam dicendum erit de occidẽte aſſaſſinum, vel alium non gaudẽtem immunitate eccleſiaſtica,etiam ſi certo ſciat talem fore occidendum à iuſtitia can.cum miniſter 23.q.5.deficit enim in iuſto ordine, etſi habeat iuſtam cauſam,& iuſtum animum; occidit enim non ſeruato ordine iuris, etſi non ex vindicta,ſed animo iuſtitiæ, & ex iuſta cauſa,nempe tanquã aſſaſſinum. Graff. l. c.num.54.

Sic etiam incidit in caſum noſtrum occidens reum,dum ducitur ad locum ſupplicij, ſi ad Eccleſiam confugiat, & in ipſa occidatur. Tum quia talis gaudet immunitate Eccleſiaſtica. Tũ quia talis tenetur de occiſo.Bald. in l. fideicommiſſa §.ſi quos ff.de leg. 3. & l.fin. C. de maleſ. & math. Hyppol.de Marſil.in l.1.num.13.ff.de ſicar. Graff.lo.ci. & p.1.deciſ.lib.2.cap.62.num.25.

Sic etiam dicendum erit de occidente banditum in Eccleſia refugiatum,

Nam talis occiſus vere priuatur immunitate Eccleſiaſtica &c. & conſequenter vere dicitur occiſus in eccleſia cum culpa lethali;nam etſi verum ſit, quod occidere banditum, nullum ſit peccatum; tamen occidere in tali loco eſt prohibitum,& ſic dicitur occiſus cum culpa,non ratione perſonæ, ſed ratione loci &c.

40 Non tamen incidit in caſum noſtrũ, qui in Eccleſia dat poculum ſterilitatis.Graff.l.c.nu.38. Nec occidens inuaſorem ob ſui defenſionem, cum tunc propriam vitam defendat, & hanc defenſionem tantum intendat l. is qui, & ſeq.& l.ſi vt allegas C.de Sicarijs. Nec vulneratus inſequens vulnerantem vſque adEccleſiã,& ibi eũ occidẽs Graff. l.c.nu. 41. Nec inuaſus ſi excedat modum in ſui defenſione, & inuadentem occidat in Eccleſia Graff. l.c. num.45. verſ.Sic neque &c.& in deciſ.p.1.lib.2. cap.65.nu.13.Nec qui occidit aliquem ob metum cadentem in conſtantem virum arg.tex.in can.1.15.q.1.gl.in l.metus,verbo Quodlibet,verſ. additio &c. quæ citat tex.in l.Fulcinius §.1.ff. quibus ex cauſis in poſſ.eatur.

Nec etiam mater,ſeu nutrix, quæ in Eccleſia dormiens puerum tenellum in lectulo ſuo collocans cum periculo probabili ſuffocandi, ſi de facto ſuffocet, etſi enim talis dicatur homicida, can.conſuluiſti in fin.11. q.5.tamẽ tale homicidium non fuit per ſe, & directe, volitum, ſed tantum peccauit ratione negligentiæ,in qua fuit; quod peccatum iam erat commiſſum,etiam effectu non ſecuto.Vide Caiet. 2. 2.q.62.art.8. Graff.l.c.num.62.

Nec qui intendens verberare tantũ aliquem in Eccleſia,ipſum occidit,quia homicidium hoc non dicitur volitum, ſed cauſale,& præter intentionem verberantis.can. Si qua fœmina diſt. 50. peccata enim diſtinguuntur à propoſito, & voluntate peccantis l. ſi quis nec cauſam ff. ſi certum petatur cap. cum voluntate de ſent. excomm. l. eum qui C.ad l.corn.de Sicar.can.frater diſt.50.

Hinc fit,quod minus peccat, qui cum intentione percutiendi tantum percuſſum occidit,quam qui animo occidendi vulnerat tantum l.2.§.Decius ff. de ſicar.facit tex.in l.1.& l.is,qui C.de Sicarijs.Nam talis vulnerans eſt in dolo, & talis occidens eſt in culpa, & dolus præponderat culpæ l. item ſi obſtetrix §.fin.ff.ad l.Aquil.

Nec ẽt incidit in caſum noſtrũ, qui credens occidere Titium in Eccleſia, occidit Sempronium, vt à ſimili gl. in cap.ſi vero 2.verb.ignorauerit de ſent. excom.Graff.l.c.num.64.

Nec incidit in caſum noſtrum, qui non manibus aliquem occidit in Eccleſia inquit Graffius n.66. Nã nomine homicidij intelligitur homicidiũ manibus patratum in iure l. qua actione §. 1.ff.ad l.Aquiliam, & ſtatutum Epiſcopi ſemper intelligitur ſecundum ius commune.Detius in cap. ex parte cum concordantibus num. 36. de appellat. Hinc obſtetrices mala medicamenta conſulto propinantes non incidunt in caſum noſtrum; ſicut nec qui alium fame perire ſinit,inquit Graff.l.c. nu. 66. At nõ benè Graff.quia in d.l.qua actione §.1.adſunt hæc verba:Occiſum autẽ accipere debemus,ſiue gladio,ſiue etiã fuſte, vel alio telo, vel manibus,ſi fortè ſtrangulauit eum,vel calce petijt,vel capite,vel qualiter qualiter &c. Vnde habes quod ſufficit ſi homicidium ſit per actionem per ſe tendentem ad ipſum.

41 Nota quinto, quod in iure idem eſt Mutilare,ac abſcindere gl.in cap.accuſaſti verb.Debilitatus de accuſ. Panor. ibidem num.3. Couar.clem. ſi furioſus de homic.3.p.relect.nu.8. & 9. Felinus cap.2. de probat. Quod ſi officium alicuius membri impeditur tantum, dicitur membrum debilitatum, l. non ſolum, & ibi Angelus ff. de rei vendic. Baldus in l.ſi fugitiui num.9. C.de Ser. fug.Far.de immun.Eccleſ.n.249.Menochius de arbitr. iud. caſu 68. num. 15. & 16.Alterius de cenſ.lib.5.cap.4.diſp. 10. dub. 5. Giurba conſil. 40. num. 16.

Marius

Marius Italia de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 14.

42 Hinc eſt, quod qui in Eccleſia membrum debilitat, & non abſcindit, non amittit immunitatem Eccleſiaſticam Marius Italia l.c. Peregr. de immun. eccleſ. cap. 6. num. 37. Nec eſt irregularis ſecundum veriorem ſententiam, Couar. l.c. Qui enim hominem mancum reddit, non fit irregularis; qui vero mutilum efficit, euadit irregularis; cum mancus ſit homo habens membrum debilitatum; mutilus vero qui habet membrum reciſum. Niſi velis dicere cum Calepino verb. Mutilus, quod mutilus dicitur cui ferro, vel alia re membrum exectum eſt, mancus vero cui membrum naturæ vitio deeſt. Sayrus de cenſ. lib. 6. cap. 15. num. 6. & conſequenter nec in caſum noſtrum incidit; cum ſtatutum ſemper intelligatur ſecundum ius commune, vt cum Detio dixi ſupra.

43 Et quia in caſu noſtro diſtinguitur membrum à corpore, dum ſumus in pœnalibus, aduerte, quod corpus prout diſtinguitur à membris eſt pars, quæ ſupereſt detractis membris; vt ſi detrahas manus, brachia, caput, pedes, quod ſupereſt dicitur corpus; vnde corpus dicitur pars poſterior hominis à collo vſque ad nates, & pars anterior à collo vſque ad inguina.

Hinc eſt, quod ſi quis percutit aliquem in Eccleſia, & frangit os in dorſo, ſeu humero, vel coſtam in latere, non amittit immunitatem Eccleſiaſticam; & conſequenter, nec incidit in caſum noſtrum. Becc. conſil. 193. num. 13. Giurba l.c. num. 5.

44 Membrum vero poteſt deſumi pro qualibet particula corporis, late ſumpto vocabulo, vt bene Alterius loc. cit. verſ. reliquum eſt &c. Giurba l.c. n. 6. tamen in noſtro caſu eſt proprie accipiendum, & dicitur ſecundum Bart. in l. publicorum num. 13. ff. de publ. iud. illud, per quod corpus mouetur ex proprio illius partis officio. Suarez de cenſ. diſp. 44. ſect. 2. num. 8. Sayr. de cēſ. lib. 6. cap. 15. num. 11. & 14. Vnde ſeparatum debet habere in corpore officium. Farin de imm. num. 249. Alterius l.c. Ita Pes ad ambulandum, Manus ad palpandum, Naſus ad odorandum dicuntur membra. Giurba l.c. num. 6. Far. l.c. Gammacur. lib. 5. de immun. Eccleſ. cap. 17. num. 7. Lingua dicitur membrum l. ſi cui lingua ff. de ædilit. edic. etſi oppoſitum alij ſentiant. Oculus dicitur membrum. Farin. loc. cit. Giurba loc. cit. in fin. vide Peregr. loco citato num. 38.

Hinc eſt, quod Dentes non ſunt mēbra, ſed membris inſeruiunt. Mamillæ vero in homine membra non ſunt, etſi in fœminis membra videantur, cum diſtinctum habeant officium, inquit Peregr. l.c. num. 40. etſi oppoſitum, & optime ſentiat Couarr. clem. Si furioſus de homic. 3. part. relect. numer. 8. initio verſ. ſecundo dubium &c. pag. 621. Sicut nec membrum dicitur Auricula, ſeu cartilago illa, quæ eſt circa aurem, cum non ſit neceſſaria ad audiendum, ſed eſt tutela, & ornamentum auris. Ita Nauar. in manuali cap. 17. num. 223. verſ. ſeptimo infertur &c. Couar. in clement. Si furioſus 3. part. relect. in initio numer. 8. de homic. Sayrus de cenſ. lib. 6. cap. 15. num. 17. Peregr. l.c. num. 42. Giurba l.c. num. 12. & 13. Nec Caput dicitur membrum, cum in corpore illud ſit princeps l. cum in diuerſis ff. de relig. ſumpt. fun. ei namque deſeruiunt omnia corporis membra Becc. conſil. 193. num. 7. Giurba loc. cit. num. 15.

45 De Digito vero multi dicunt, quod ſit membrum. Ita ſentit Caiet. 2. 2. q. 65. art. 1. Sot. de Iuſt. lib. 5. q. 2. ar. 1. pag. mihi 118. à fronte col. 2. & alij apud Giurbam conſil. 40. num. 8. & ratio ipſa hoc perſuadet. Tum quia digitus habet officium diſtinctum in corpore, nempe deſeruit ad apprehendendum, vel ad tangendum, etſi non adæquate ad palpandum, ſicut vnus oculus habet officium videndi in eodem corpore; & ſicut qui eruit vnum oculum, vere dici-

tur mutilare membrum, etſi videat cũ alio oculo; ſic qui digitum mutilat, dicitur vere membrum mutilare, etſi ſint alij digiti in corpore ad tangendum, vel palpandum. Tum quia corpus hominis non dicitur integrum, ſi digitum non habet; & membra ſunt, ex quibus integritas corporis conſurgit. Tum quia partes in corpore habentes actus non ſolum ſeparatim, ſed etiam coniunctim cum alijs dicuntur membra in Iure Canonico; ideo Eunuchi inter mutilos computantur, vt in decretis can. ſi quis abſciderit, can. ſi quis per ægritudinem diſt. 55. & extra de corpore vitiatis; & teſtes non habent officium diſtinctum, ſed ad generationem coadiuuant, & acceſſorie concurrunt cum virga, ſeu membro, & ipſum conſolidant ad generandum; & digitus eſt pars corporis habens officium magis diſtinctum, & euidentius, quam virilia, vt patet in exercitio muſico, in quo digiti magis, quam manus exercentur; & in apprehenſione materiali, magis enim apprehendunt, & retinent digiti, quam aliud membrum, vel ipſa manus &c.

Alij vero putant, quod digitus non ſit membrum. Ita Soccinus in cap. ad audientiam num. 190. de homicid. in 6. Bart. conſil. 102. plene Nauar. in manuali cap. 27. nu. 206. Alterius de cenſ. lib. 5. cap. 4. diſp. 10. verſ. Reliquum eſt &c. Maſtrill. deciſ. 168. num. 5. & 10. Couar. clem. Si furioſus p. 3. relect. nu. 8 de homicid. Giurba dict. conſil. 10. à num. 15.

Hinc colligunt DD. quod incidentes digitum in Eccleſia gaudent immunitate Eccleſiaſtica, nec ſunt irregulares, etſi irregularem efficiant talem vulneratum, ſeu percuſſum; vide DD. cit. & præſertim Couar. l. c. & Alter. l. c. verſ. Verũ quamuis &c. qui etſi affirmat opinionem prædictam; tamen dicit, quod incidentes digitum accedentis, vel recedentis à Sede Apoſtolica, incidant in caſum bullæ cœnæ Domini.

S V M M A R I V M.

Occidens furem in Eccleſia inuadentem propria bona, nec peccat, nec incidit in caſum reſeruatum cum cenſura, ſi aliter non poteſt bona de manu furis eripere, vel illa defendere. n. 1.

Ex omni Iure licet occidere furem nocturnũ, diurnum vero ſi ſe telo defendat; imò tam nocturnum, quam diurnum occidere licet, quoties iuridica via bona recuperari non poſſunt. n. 2.

Fur à latrone differt, cum fur tantum nos bonis ſpoliet; latro vero, ſiue Craſſator non tam bonis, quam vita nitatur nos ſpoliare. num. 3.

Dictio, Et, aliquando ſtat diſiunctiuè, maximè quando eſt inſerta in commiſſione, vel priuilegio. n. eod.

Populator eſt deuaſtator fructuum, vel vinearum de nocte. n. 4.

Dominus rei non tenetur perdere bona ſua pro conſeruanda praua voluntate furis volentis in actu nocere ei, & conſtituentis ſe in periculo vitæ. n. 5.

Ordo charitatis poſtulat, vt bona mea ordinentur ad conſeruandam vitam proximi, non vero ad conſeruandum proximum in praua voluntate. n. eod. & 13.

Quilibet habet ius defendendi propria bona in ordine ad virtutem, non in ordine ad peccatum. n. eod.

Quod per accidens, & præter intentionem eſt alicui actioni, quamuis alias malũ ſit, nullum eſt peccatum. n. eod.

Plus tenetur quis prouidentiam habere eorũ quorum cura ſibi imminet ſimpliciter, quã eorum, quorum cura non ſibi imminet niſi in caſu. n. 6.

Nemo habet debitum defendendi furem extra caſum neceſſitatis, ſed tantum neceſſitate imminente. n. 7. & 15.

Occidens aliquem non animo offendendi, ſed euadendi, vel neceſſitati ſubueniendi non eſt reus homicidij, ſed ille tantum eſt reus, qui cauſa fuit mortis. n. 8.

Debitum conſeruandi honorem æquiparatur debito conſeruandi vitam. n. 9.

Cuique licet loqui de infamijs illius, qui nullo modo ſuum honorem amat. n. eod.

Bella

Bella licita ſunt, quamuis fiant ad defenſionẽ bonorum. n. 10.

Nec clericus, nec laicus, nec religioſus furem occidendo cum moderamine ſunt irregulares, ſecundum Leſſium. n. 11.

Cum maiori dilectione proximi, quam rerum ſtat, quod poſſim bona mea defendere aliquando, non curando de proximi vita; dilectio enim proximi mihi imminet in communi extra caſum, tutela autem rerum mihi imminet ex cura particulari. n. 12.

Furans, quia anteponit bona alterius propria vitæ, euertendo ordinem peccat contra iuſtitiam. n. 13.

Religioſus vouens paupertatem non peccat, cum priuet ſe medijs conducentibus ad vitam corporalem, vt lucretur ſpiritualem, & ſpem ſuam in Chriſti promiſſione reponat. num. 14.

Qui furem ipſum ſpoliantem occidere non vult ſpem ſuam in Chriſto ponendo, non ſolum non peccat, ſed actum virtutis operatur. n. eod.

Fur poteſt occidi, non quia priuat nos medijs conducentibus ad vitam, ſed quia ius habemus defendendi propria bona. n. 15.

Fur non dicitur poſitus in caſu extremæ neceſſitatis, ſed in caſu praua voluntatis, in quo nemo habet debitum illum conſeruandi. n. eod.

RESOLVTIO LXV.

Quidam occidit furem inuadentem in Eccleſia propria bona; An peccet, & incidat in caſum noſtrum reſeruatum?

1 Reſpondeo breuiter talem non peccare, ſi aliter non poteſt bona ſua de manu furis eripere, ſeu bona illa defendere, & conſequenter non incidere in caſum noſtrum. Sic ſẽtit Caiet. 2. 2. q. 64. art. 7. qui hanc concluſionem deducit à S. Th. l. c. in corp. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 9. dub. 11. nu. 66. Azorius tom. 3. lib. 2. cap. 1. q. 19. Layman lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 3. num. 4. Carolus de Baucio pari nobilitate, pietate, ac ſcientia prædítus in ſuis caſibus ſingularibus, caſu 325. in reſp. ad. 4. petit. Quod verum eſt ſiue inuaſus ſit religioſus, ſiue ſæcularis, vt optime Diana p. 5. tract. 4. reſolut. 17. ex Tamnero tom. 3. diſp. 4. q. 8. dub. 4. num. 77. Syluio in 2. 2. D. Th. q. 64. ar. 7. q. 8. Leſſ. l. c. num 72. Maldero in 2. 2. D. Th. tract. 3. cap. 1. dub. 13. Becc. in 2. 2. D. Th. to. 2. q. 7. de homicidio concl. 2. num. 5. Idem ſentit Vaſquez opuſc. de reſtit. cap. 2. §. 1. dub. 8. num. 83.

2 Probatur primo ex ſacra ſcriptura Exodi 22. vbi dicitur. Non forc reum ſanguinis, qui furẽ nocturnum occiderit, ſed qui diurnum &c. Quod verum eſt non ſolum, quia fur nocturnus præſumitur veniſſe ad occidendum, non vero diurnus; ſed quia ea, quæ ſurripiũtur tempore noctis, recuperari ordinarie non poſſunt, dum ignoratur fur, quæ ratio non procedit in fure diurno, vt optime gl. in l. furem verb. periculo ff. ad l. Corn. de Sicar. Leſſ. l. c. nu. 66. verſ. Probatur primo &c. ex Ioanne Medina C. de reſtit. q. 4. Vnde ſi fur tẽpore diurno cũ telo ſe defendendo ſurripit, tunc poteſt dominus ipſum occidere; quia tunc etſi poſſit furem ſcire, & bona recuperare, tamen quia præſumitur inuadere etiam vitam domini, ideo licet ipſum occidere. Et aduerte quod ſi non ſit ſpes recuperandi bona iuridica via, vel ſit dubium, vt bene Leſſ. l. c. num. 66. verſ. probatur primo Vaſquez l. c. num. 131. ſemper licet latronem occidere, ſiue diurnum, ſiue nocturnum.

Probatur ſecundo ex Iure Canonico, nempe ex cap. dilecto. de ſent. excomm. in 6. vbi hæc habes, Cum omnes leges, omniaque iura vim vi repellere, cunctiſque ſe defendere permittant, licuit vtique ipſi Decano (ſi prædictus Baliuus cum bonis ſuis mundanis iniurioſe ſpoliare, vel ea violenter occupare præſumpſerit) contra illius violẽtiam, iniuriãque ſe tueri &c. licet ergo vim vi ex mente huius Pontificis repelle-

pellere pro defenſione bonorum, ſicut pro defenſione vitæ: ergo ſicut pro defenſione vitæ licet vim vi repellere vſque ad mortem;ita pro defenſione bonorum. Idem deducitur ex cap. interfeciſti furem de homic. his verbis. Interfeciſti furem,aut latronem,vbi comprehendi poterat abſque occiſione, quia ad imaginem &c. Quia talis furẽ, aut latronem occidit, qui comprehendi poterat,ideo reus eſt homicidij:ergo ſi comprehendi non poteſt,non dicitur reus homicidij,ſi ipſum occidat;& ideo ſubdit tex. Si autem ſine odij meditatione te, tuaque liberando, huiuſmodi diaboli membra interfeciſti, ſi aliquid ieiunare volueris, bonum eſt tibi &c.

Nec valet expoſitio Graffij, q dũ tex. dicit,te tuaq; liberãdo &c.intelligitur, q periculum non ſolum ſit in bonis, ſed etiam in vita,ad hoc, vt licite poſſis latronem occidere.

3 Quia tex.dixerat ſupra,Si furem, aut latronem interfeciſti, & poſtea ſubiunxit, Si te, tuaque &c. fur enim in hoc differt à latrone,quod Fur eſt, qui ſpoliat nos bonis: at Latro, qui ſpoliat nos bonis,& aggreditur,gl. in l. Si (vt allegas) C.de malef.& math. verb. latrocinantes ; Latrones enim ſunt propriè Craſſatores viarum, vt optime gl. in l. cum duobus 52. §. damna, verb. Subreptum ſit ff. pro ſocio. Cum ergo tex. duo dicat, nempe ſi furem, aut latronem interfeciſti, dicendo poſtea ſi te, tuaque &c.refertur ad latronem, & ad furem;& ly,Que,pro,Et,quatenus correſpondet ad latronem ſtat cõiũctiue, nempe te,tuaque liberando ; quatenus refertur ad furem ſtat diſiunctiue;nempe tua liberando. Nec nouum eſt dictionem,Et,aliquando diſiungere, maxime quando inſerta eſt in commiſſione, vel priuilegio, vt optime Naldus verb. Dictio.num.7.ex Nauar. conſil.7. de reſcrip. in nouiſſimis. Idem habes in cap.ſi perfodiens de homic.

4 Probatur tertio ex Iure Ciuili,nempe ex l. liberam C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare, his verbis. Liberam reſiſtendi cunctis tribuimus facultatem, vt quicunque militum,vel priuatorum ad agros nocturnus populator intrauerit, aut itinera frequentata inſidijs aggreſſionis obſederit,permiſſa cuicunque licentia, digno illico ſupplicio ſubiurgetur, excipiar, & id,quod intendebat, incurrat. Melius enim eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare &c. Populator enim eſt deuaſtator fructuũ, vel vinearum de nocte ſecundum gl. ibi,verbo Populator.

Idem ex l.furem ff.ad l. Corn.de Sicar. his verbis. Furẽ nocturnum ſi quis occiderit,ita demum impune feret, ſi parcere ei ſine ſuo periculo non potuit &c. vbi gl. verb. periculo, circa med. Vel verius dic, quod nocturnum poſſum etiam recedentem, & fugientem cum rebus occidere, licet ſe non defendat telo; vnde dic periculo, ſcilicet perſonæ,vel rerum ſuarum. Sed diurnũ non ita facile, ſed ita demum ſi reſiſtat telo,& ita pro timore perſonæ tantum; & poteſt eſſe ratio, quia nocturnum, ſi recedat cum rebus, poſtea non recognoſcam;quod ſecus eſt in diurno, qui poterit accuſari, & ſic non facile occidi.

Idem ex l.itaque §.lex ff. ad l. Aquiliam. Tamen etſi leges hæ ciuiles loquantur tantum de latrone nocturno, vel de diurno ſe telo defendente ; in foro conſcientiæ ſemper procedit eadem ratio,nempe quando ſpes recuperandi bona nulla eſt via iuridica, vel alio modo,vel ſaltem eſt dubia, vt bene Leſſ.Vaſquez, & alij DD.ll.cc.

5 Probatur quarto ratione, Nam fur, qui vult bona mea ſurripere, non eſt conſtitutus in periculo vitæ, ſed ipſe ſe actu conſtituit nunc; & hæc conſtitutio eſt in ſuo poſſe ; & poteſt,ſi vult,exire de tali periculo, & non vult ex praua ſua voluntate nocendi proximo : ergo dominus rei non tenetur bona ſua perdere pro conſeruanda praua voluntate huius furis volentis in actu nocere proxi-

proximo: ergo poteſt ipſum occidere. Prima conſequentia patet; nam ordo chatitatis poſtulat, vt bona mea ordinentur per ſe primo, & directe, ſeu immediate ad conſeruandam vitam proximi, non vero ad conſeruandum immediate proximũ in praua voluntate, ex qua conſeruatione ſeruatur vita proximi. Nam aliter teneremur tribuere centum e. g. proximo minanti ſibi ipſi propriam mortem, niſi nos tribueremus ei illa centum. Sicut nec teneor auaro conſtituto in extrema neceſſitate cibi, qui cibum habet, & non vult de ſuo edere, ſed de meo. Secunda conſequentia patet; Nam dominus habet ius defendendi propria bona ordinata ad honeſte viuendum, & conſequenter in ordine ad virtutem; & nõ habet debitum conſeruandi vitam proximi voluntarie conſtituentis ſe in periculo vitæ, & conſeruantis ſe in tali periculo. Et dum ſua bona defendit, talis defenſio non habet rationem illiciti, dum ius ſuum exercet; & dum ex hac defenſione ſequitur mors proximi, hæc non eſt intenta, nec volita per ſe, ſed tantum per accidens, ſeu per ordinem ad ius defendendi propria bona; & quod pter intentionem eſt alicui actioni, nullum eſt peccatum ſecundum D. Th. 2. 2. q. 64. art. 7. in corp. ergo poteſt hic dominus furem occidere ſine vlla culpa.

6 Confirmatur primo ex Caiet. loc. cit. quia cuilibet imminet cura rerum ſuarum in ordine præcipue ad virtutem: non autem cuilibet imminet cura alienæ vitæ, niſi in caſu neceſſitatis; ſed plus tenetur quis habere prouidentiam eorum, quorum cura ſibi imminet ſimpliciter, & abſolute, quam eorum, quorũ cura non ſibi imminet, niſi in caſu: ergo plus tenetur habere prouidentiam circa propria bona, quam circa vitã proximi: ergo poteſt vitam proximi poſtponere proprijs bonis.

7 Confirmatur ſecundo. Nam fur in caſu noſtro eſt extra caſum neceſſitatis vitæ, dum ſe ipſum ſponte in tali caſu ponit, inferendo iniuriam proximo, quam ille non poteſt euadere, niſi occidendo. Si ergo ſponte eſt in tali articulo: ergo non ex neceſſitate; & ſi eſt fur extra caſum neceſſitatis, ſed in articulo prauæ voluntatis, vt iniurietur alteri, conſequenter nullum habemus debitum ipſum defendendi, & habemus ius defendendi propria bona: ergo poſſum pro defenſione horum furẽ occidere.

8 Cõfirmatur tertio, quia qui aliquem occidit non animo offendendi, ſed animo euadendi, vel ſubueniendi neceſſitati; tunc non eſt ipſe in culpa homicidij, ſed qui cauſa mortis fuit; ita habetur in can. cum homo 23. quæſt. 5. his verbis. Cum homo ab homine occiditur, multum diſtat &c. An fiat vulciſcendi, vel obediendi ordine, ſicut à carnefice; vel euadendi, vel ſubueniendi neceſſitate, ſicut quando interimitur latro à viatore, hoſtis à milite. Et aliquando qui cauſa mortis fuit potius in culpa eſt, quam ille, qui occidit &c. Sed in caſu noſtro latro eſt cauſa ſui homicidij, dum ſua praua voluntate nocendi non vult relinquere bona aliena: ergo latro potius eſt reus homicidij, quam dominus rei occidens.

9 Confirmatur quarto, quia ſicut homo habet debitum conſeruandi per ſe vitam, ita etiam habet debitum conſeruandi per ſe honorem; ſed quando homo non amat ſuum honorem, licet cuique loqui de ſuis infamijs, & nullo modo peccat quis contra iuſtitiam; ita etiam dicendum erit de vita. Nam poſito, quod talis nullo modo de ſua vita curam habeat, dum illam poſtponit rebus meis ob ſuam prauam voluntatem nocendi mihi; conſequenter poſſum ego iuſte ob defenſionem meorum bonorum illam diſſipare ſine vllo ſcrupulo. Nec poteſt dici, quod pecco contra charitatem; quia dum occido, nullo modo intendo per ſe mortem proximi, ſed conſeruationem propriorum bonorum, ad quæ conſeruanda habeo Ius.

10 Confirmatur quinto, quia bella ſunt licita,

licita,& tamen fiunt ob defenſionem bonorum,& in iſtis ſuccedit mors multorum, & aliquando ipſorum Principum: ergo ſic etiam dicendum erit in caſu noſtro. Si enim hæc defenſio vſque ad mortem licita non eſſet, daretur occaſio latronibus ſpoliandi viros timoratos,nihil enim ab illis eſſet tutũ ſine tali defenſione.

11 Et ideo concludit Leſſ. l. c. num.72. & 73. Quod nec clericus, nec laicus, nec religioſus, qui talem furem occidit cum moderamine, eſt irregularis, dum facit,quod omnia iura, & omnes leges ei permittunt. Nec obſtat cap. Suſcepimus de homicid. Quia illi duo fratres benedictini non iudicantur ibi peccaſſe, & eſſe irregulares, quod res ſuas moderate defenderint; ſed quod occaſionem dederint homicidio,latrones captos ligando, & cum ſe ſoluere vellent,occidendo; cum ſine occiſione, ſe,ſuaque ſalua habere poſſent. Hæc Leſſ.ibi.

Dices primo.Ordo charitatis poſtulat, vt vita proximi anteponatur bonis meis, & hæc ſint ordinata ad illam:ſed in caſu noſtro vita proximi eſt in poſſe meo, ſimul cum conſeruatione meorum bonorum: ergo debeo hæc bona ordinare ad conſeruationem vitæ ipſius proximi: ergo non poſſum proximum occidere pro conſeruatione meorum bonorum.

12 Reſpondet Caiet.l.c.Quod cum maiore dilectione proximi, quam rerum ſtat, quod poſſim actum huiuſmodi tutelæ exercere; quoniam illa maior dilectio proximi non oportet,quod ſit,niſi in communi extra caſum:hæc autem tutela prouenit ex cura particulari: Et ſicut ſtat me plus diligere ſalutem animæ proximi, quam ſalutem meam corporalem; & tamen de proximi ſalute nunquam cogitare,illam nunquam in ſpeciali amare, de corporali autem vita cogitare, & in particulari diligere illam,propter iniunctã mihi iſtius curã, nõ illius: ita ſtat,quod plus diligo vitã proximi,quam res meas, & tamen de illa nunquam curem in ſpeciali,niſi in caſu: iſtæ autem me ſollicitent eadem ratione,quia ſcilicet iſtarum in ordine ad vitam, & virtutem cura mihi imminet, illius non: falſum ergo aſſumitur, ꝙ tenear plus prouidere alienæ vitæ, quam curam habere rerum mearum, vt adminicula ſunt vitæ, & virtutis, quamuis tenear plus diligere alienam vitam, quam res meas; ſed vt declaratum eſt motus diligendi, ſcilicet, in cõmuni,vel ſpeciali, & cura mihi imminens, vel non imminens, omnia ſoluunt. Hæc Caiet.ibi.

13 Reſpondeo ſecundo ad minorem, quod vita proximi eſt in poſſe meo cũ deordinatione, ſeu ratione deordinationis prouenientis à praua voluntate furantis anteponentis mea bona propriæ vitæ; & cum ipſe manuteneat hãc deordinationem, dum ego volo bona mea conſeruare, furans facit contra charitatem ſui ipſius, & cõtra iuſtitiam proximi, & non ego. Et ſic reſpondeo ad maiorem, quod ordo charitatis poſtulat, vt bona mea ſint ordinata ad vitam proximi, non vero ad prauam voluntatem furantis. At in caſu noſtro ſi poſſet fur impune bona mea ſurripere,bona mea eſſet ordinata ad prauam voluntatem illius mihi nocendi; non vero ad vitam proximi, & ſic ordo charitatis non ſaluaretur. Deordinatio ergo, vt dixi,non prouenit ab occidente furem, ſed à fure anteponente bona occidentis propriæ vitæ,dum occidens habet ius ea defendendi vſque ad mortem;quod notum eſt furi dum furatur.

Dices ſecundo. Si ideo licitum eſt occidere furem bona mea auferentem, quia bona ſunt media ad vitam, & ad virtutem: ergo votum paupertatis erit peccaminoſum, quia homo priuat ſe medijs conducentibus ad vitam, & ad virtutem.

14 Reſpondeo primo, quod religioſus priuat ſe medijs conducentibus ad vitam corporalem, vt lucretur vitam ſpiritualem, nec ſimpliciter ſe priuat illis, ſed

ſed priuando, reponit ſpem ſuam in diuina prouidentia ob infallibilem promiſſionem à Chriſto factam ijs, qui paupertatem vouunt. Et ideo non dicimus, quod talis debet occidere furem ipſum ſpoliantem proprijs bonis, ſed poteſt, ſi velit. At ſi mauult ſpem ponere in Deo, & furem non occidere, non ſolum culpam non committit, ſed actum virtutis facit. Et ſicut poteſt ſe ipſum his bonis ſpoliare, ita poteſt permittere, vt alius ipſum ſpoliet.

20 Reſpondeo ſecundo, quod non ideo poteſt quis furem occidere, quia fur priuat occidentem mediis conducentibus ad vitam; ſed ideo poteſt, quia habet ius defendendi propria bona; nec habet debitum defendendi vitam proximi, niſi in caſu neceſſitatis; & in caſu noſtro non dicitur proximus poſitus in caſu extremæ neceſſitatis, ſed in caſu prauæ voluntatis nocendi proximo, in quo caſu non teneor, vt dixi; etſi poſſem ſufferre talem iniuſtitiam ſine culpa, cum tota malitia ſit in furante, non vero in opere, dum cedo; imo opus meum eſt virtutis, etſi furtum ſit malum, & ſic furtum ſuſtineo, & non cooperor ad ipſum; ſicut nec peccat, qui vſuram ſoluit vſurario, quia patitur iniuſtitiam.

SVMMARIVM.

Vulnerans aliquem lethaliter in Eccleſia, ſi vulneratus extra Eccleſiam moritur, non dicitur homicida in Eccleſia, nec incidit in caſum reſeruatum cum cenſura. n. 1.

In foro fori inchoans delictum in vno loco, & conſummans in alio ſubditur vtrique loco; ſecus in foro conſcientiæ. n. 2.

Reſeruatio per modum ſtatuti ſemper intelligitur de effectu conſummato, non de intentato. n. 3.

Conatus non nocet, niſi ſequatur effectus. num. 4.

Reſeruatio non intelligitur quantum ad actionem, & cauſam completam, ſed quantum ad effectum; ſic vulnerans alium lethaliter in Eccleſia, ſi per miraculum vulneratus ſanetur, non incidit in cenſuram, quamuis actio ſit ex ſe completa cauſa mortis. n. 5.

Vulnerans alium in Eccleſia, ſi antequam vulneratus moriatur, eliciat actum contritionis, poteſt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori. n. 6.

Cenſuræ ſunt pœnæ medicinales inferendæ ob ſolam contumaciam; quæ quia per pœnitentiam tollitur, pœnitentia poſita, cenſura imponi nequit. n. eod.

Abſolutus ab excommunicatione eum reincidentia non eſt iterum excommunicatus, ſi non adimpleat promiſſa ſine ſua culpa. numer. eod.

Stuprum ab Epiſcopo ſub cenſura prohibitum, ſi conſummetur extra Diœceſim reſeruatoris, quamuis inchoatum ſit in eius Diœceſi, non comprehenditur ſub ſtatuto. n. 7.

Aliud eſt intentare vulnus, aliud intentare mortem; procurans enim vulnerare, & non vulnerans, intentat proximè vulnus, remotè mortem; vulnerans vero animo occidendi intentat proximè mortem. n. eod.

RESOL. LXVI.

Quidam lethaliter vulnerauit aliquem in Eccleſia, qui poſt aliquod tempus mortuus eſt extra Eccleſiam. An talis dicatur homicidum committere in Eccleſia, & conſequenter incidat in caſum noſtrum?

1 Reſpondeo, quod talis, antequam mors ſequatur, homicida non eſt; & ſi mors non ſequitur in Eccleſia, formaliter non dicitur homicida in Eccleceſia, & ideo non incidit in caſum noſtrum. Hoc videtur dicere gloſ. in cap. cum quis, verb. mandato, de ſentent. excom. in 6. Ita Caſtrus Palaus. to. 1. tract. 2. diſp. 1. punct. 3. num. 2. verſ. Ab hac regula &c. maxime ſi doleat, & ſe pœniteat vulnerans de tali vulnere inflicto, antequam vulneratus moriatur. Hanc noſtram reſponſionem probabilem putat Suarez de cenſ. diſp. 5. ſect. 4. n. 10.

4. num. 10. dum oppoſitam ſententiam probabiliorem tantum appellat. Abſolutè hanc opinionem defendit Duardus lib. 2. in bulla cœnæ can. 15. q. 16. num. 26. quem citat, & ſequitur Alphonſus de Leone de cenſ. recol. 2. num. 383. Pro probatione.

2 Suppono, hic loqui in foro conſcientiæ in ordine ad excommunicationem, ſeu cenſuras; quia in foro fori, & in ordine ad alias pœnas, vel effectus, communis eſt doctrina Iuriſtarum (inquit Suarez l. cit. num. 9.) vt, quando delictum in vno loco inchoatur, & in alio conſummatur, delinquens vtrique loco ſit ſubiectus ratione delicti, iuxta l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, ibi, Vbi commiſſa, vel inchoata ſunt; vbi interpretes id docent. Bart. in l. dominum ff. de furtis, & Abbas in cap. poſtulaſti de foro compet. num. 25. & ratio eſt clara, quia in vtroque loco vere delinquit: ergo ratione delicti ſit illius fori quantum ad pœnam, vel iudicium correſpondens tali delicto, prout in ſingulis locis commiſſo. Hæc Suarez ibi. Hoc poſito.

3 Probatur reſponſio. Nam reſeruatio per modum ſtatuti ſemper intelligitur de delicto conſummato, non vero intentato; cum verba ſint accipienda cum effectu. c. Relatum de cler. non reſid. & maxime verba ſtatuti can. hæc autem verba, de pœnit. diſt. 1. l. ſi per alium §. docere ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat l. nomen filiarum §. habere ff. de verb. ſignif. l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quiſque iuris in alterum, &c. his verbis. Hæc autem verba, quod ſtatuerit, qui iuriſdictioni præeſt, cum effectu accipimus, non verbotenus; & ideo, ſi cum vellet ſtatuere, prohibitus ſit, ne effectum decretum habuerit, ceſſat edictum. Nam verbum ſtatuerit rem perfectam ſignificat, & conſummatam iniuriam, non cæptam; & ideo ſi inter eos quis dixerit Ius &c. Quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum? &c. Hæc in tex. ſed qui hominem in Eccleſia lethaliter vulnerauit, attentauit mortem in Eccleſia inferre, ſed re vera non intulit: ergo non eſt formaliter in Eccleſia homicida, & conſequenter non incidit in caſum noſtrum.

4 Confirmatur, quia conatus non nocet, niſi ſequatur effectus gl. in dict. l. 1. §. hæc autem verba &c. verb. putamus ff. quod quiſque iuris in alterum &c. ex tex. in l. ſi ſe §. condemnatum, & ibi gl. ff. de re iud. & l. pen. ff. ne quis eum qui in ius voc. Sed qui vulnerat lethaliter conatur tantum mortem inferre in Eccleſia: ergo huic nocere non debet, & conſequenter non inducit excommunicationem.

Nec obſtat reſponſio Alterij tom. 1. de cenſur. diſp. 9. lib. 3. cap. 5. pag. mihi 358. verſ. Reſpondeo &c. his præciſis verbis. In hoc caſu percutiens lethaliter erit excommunicatus; quoniam quando dicimus ad incurrendam excommunicationem requiri delictum conſummatum, & non ſufficere ſi ſit inchoatum, intelligimus delictum debere eſſe conſummatum, quantum ad actionem completam, & cauſam, non quantum ad effectum vltimum; ille vero, qui percuſſit lethaliter, iam perfecit actionem integram, ex qua tanquam ex cauſa proxima ſequitur mors naturaliter: vnde etiam ſi mors accidat extra Diœceſim, tamen incurritur excommunicatio; ſed quando emittit ſagittam manens in Eccleſia, & percutit hominem extra Eccleſiam, non afficitur excommunicatione, quia actio non completur in Eccleſia, percuſſio enim fit extra Eccleſiam. Hæc Alterius ibi.

5 Quia contra eſt Nam ſi ſtatutum intelligitur quantum ad actionem completam, & cauſam, ſequitur quod ſi vulnus ſit mortale quantum ad actionem, & cauſam, & miraculosè vulneratus acquirat ſanitatem, talis vulnerans erit excommunicatus, quia iam actio eſt completa, & quantum eſt ex ſe eſt cauſa ſufficientiſſima, & efficaciſſima mortis, & ex miraculo mors non ſequitur: & ſic non homicida, ſeu homicidium committens incidit in caſum noſtrum,

ſed

ſed intentans homicidium per actionem proximam per ſe influentem ad mortem, etiam ſi mors non ſequatur, quod non eſt expreſſum in tabella noſtræ reſeruationis.

6 Inſuper, ſi talis vulnerans antequam vulneratus moriatur, eliciat verum actum contritionis, & vult confiteri peccata ſua, poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori, ſecundum veriorem ſententiam. Nam cum cenſuræ ſint pœnæ medicinales infeiendæ ob ſolam contumaciam, qui voluntatem retractat, contumax non eſt: ergo non poteſt puniri cenſura. Nec indiget tam graui medicina, à qua eſſet liberandus ſi poſt incurſam cenſuram vere ſe pœniteret; quia pœnitentia tollit contumaciam, ſine qua cenſura permanere non poteſt, & conſequenter neque imponi poteſt: Ita ſentit Henriquez lib. 5. cap. 5. num. 5. litt. H. Tabiena verb. excommunicatio 5. cauſa 1. gloſ. in cap. cum quis verb. mandato, de ſentent. excom. in 6. Franciſcus de Lugo in decurſ. præuio p. 2. cap. 2. num. 32. hoc videtur ſentire Bonac. de cenſ. diſp. 1. q. 1. punct. 11. n. 12. in fin. his verbis. Verum quidem expectandum eſſe effectum conſummatum vulnerationis, vt incurratur cenſura. Hæc Bonac. ergo antequam effectus ſit conſũmatus, non incidit vulnerans in cenſuram, & conſequenter poteſt abſolui à quocunque confeſſario.

Si ergo poteſt abſolui à quocunque confeſſario: ſi poſt abſolutionem vulneratus moriatur, poſtulo, eſtne vulnerans excommunicatus, vel non? Si non eſt excommunicatus: ergo non pro actione completa ad infligendam mortem, ſed pro actione infligente in actu mortem eſt impoſita excommunicatio. Si eſt excommunicatus; hoc dici non poteſt. Nam ſine culpa nemo poteſt excommunicari, & hic in caſu noſtro tempore, quo vulneratus moritur, vulnerans eſt ſine culpa. Et ſi dicimus, quod excommunicatus cum reincidentia, non eſt iterum excommunicatus ſi non impleat promiſſa, ſi tale adimplementum ſine ſua culpa exequi non potuit, ſecundum Auila de cenſ. part. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 14. Henriquez lib. 13. cap. 29. num. 2. Nauar. cap. 27. num. 277. & tamen talis fuit ex culpa antecedenti vere excommunicatus: ergo à fortiori non erit excommunicatus vulnerans in caſu noſtro, quia tempore, quo verificantur omnes conditiones requiſitæ ad excommunicationem non incurrit in culpam, in qua cenſura fundatur.

7 Confirmatur ex doctrina Suarez loc. cit. num. 9. Nam ſi Stuprum e. g. eſſet prohibitum in hoc Epiſcopatu ſub cenſura, & quis decipiens virginem eam traheret extra diœceſis territorium, quamuis per actus, & oſcula inchoaret hic delictum, ſi tamen non conſummaret, donec eſſet in altera diœceſi, non incurreret. Idem poteſt intelligi de homicidio, & alijs ſimilibus. Hæc Suarez. Sed dico ego, quando quis vulnerat in Eccleſia, mors eſt inchoata à vulnerante, non vero conſummata. Nam aliud eſt intentare vulnus, aliud intentare mortẽ; qui enim procurat vulnerare, & non vulnerat, intentat proxime vulnus, & mediate mortem; qui vero vulnerat cum intentionem occidendi, intentat mortem, non eam infert: cum ergo in caſu noſtro mors ſit inchoata tantum, non vero conſummata, non debet vulnerans incidere in caſum noſtrum cum cenſura.

Alia quæ poſſunt dici contra hanc reſol. vide in reſolut. 23. & 46. huius tractatus.

SVMMARIVM.

Epiſcopus poteſt vti Delegatus Apoſtolicus viſitare Monaſteria Monialium exemptarum Regularibus ſubiectarum, quoties voluerit. num. 1.

Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul. duo facit, & confirmat conſtitutionem Bonifacij VIII. qua præcipitur vt Ordinarij locorum vti Delegati Apoſtolici curent de clauſura ponenda in Monaſterijs ſibi, & Sedi Apo-

ſtolica immediatè ſubiectis, quod idem præcipit Regularibus in Monaſterijs ſibi ſubiectis; & præcipit Epiſcopis, vt vbi poſita eſt eam conſeruent, & ſi violata fuerit, reſtituant. n.2.

Trid. committendo Superioribus regularibus curam domeſticam, & ſpiritualem Monialium ijſdem ſubiectarum, & ad clauſuram reſtituendam delegando Epiſcopos non eſt ſibi contrarium. n.3.

Delegatio, quia eſt actus voluntatis Superioris, induci non poteſt ſine actu voluntatis ipſius. n.eod.

Delegatio eſt ſtricti iuris, vnde non poteſt excedere res in delegatione expreſſas. num. eodem.

Pontifex vti ſupremus Princeps poteſt ad vnum delegare, & non ad aliud. n.eod.

Declarationes Sacræ Congr. Card. multum habendæ ſunt, quando eis non obſtant Concilia, & Canones. n.eod.

Dictio, Alijs, comprehendit maiora expreſſis, diſſimilia, extranea, & non expreſſa. n.4.

Monaſteria Monialium, quæ habent Nuntium Apoſtolicum pro Ordinario, ſunt immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ. n.eod.

Nuntius Apoſtolicus, quamuis habeat poteſtatem viſitandi Monaſteria Monialium exemptarum, intelligitur tamen cumulatiuè cum Archiepiſcopo, non priuatiuè. n.eod.

Conſuetudo explicans iura nihil de nouo conſtituit, ſed quod factum eſt demonſtrat. num.5.

Epiſcopus, etiam ſi nulla adſit ſuſpicio violationis clauſuræ, ſemper poteſt viſitare Monaſteria Monialium exemptarum. n.eod.

Clauſura Monialium per ingreſſum vnius tantum ſine licentia violatur. n.6.

Epiſcopus volens viſitare Monaſteria Monialium exemptarum non ad depreſſionem, ſed ad conſulendum propria conſcientia viſitare intendit. n.7.

Nuntius Apoſtolicus non eſt Ordinarius Monaſterij S. Claræ Neapol. dum Confeſſarij harum Monialium examinantur ab Archiepiſcopo, & non à Nuntio. n.eod.

Epiſcopus non viſitans Monaſteria exempto non affert præiudicium Succeſſori viſitare volenti. n.eod.

Eccleſia S. Claræ non eſt Monachorum, ſed Monialium. n.8.

Aliud eſt Monaſterium eſſe ſub ditione Regia aliud ſub protectione tantum regia; quod enim eſt ſub protectione Regia, non eſt ſub ditione. n.eod.

Eccleſia ſub ditione Regia poteſt etiam ab Ordinario interdici. n.eod.

RESOL. LXVII.

An poſſit Epiſcopus ex vi Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular. viſitare Monaſteria Monialium exemptarum Regularibus ſubiectarum quoties voluerit?

1 Reſpondeo affirmatiuè, vt patet ex his, quæ ſequuntur.

Bella inteſtina huius ciuitatis à plebe inita contra adhærentes proprio Regi induxerunt milites cauſa defendendi Ciuitatem ipſam ad ingreſſum clauſuræ Regij Monaſterij Sanctæ Claræ; ita quod non ſolum militibus, ſed quibuſcunque alijs patebat aditus ad clauſtrum internum Monialium, & ſepta, ſeu parietes huius Monaſterij euaſerunt loca excubiarum, & Monaſterium ipſum, & cellulæ Monialium extiterunt caſtra ad militandum; in quibus, & ex quibus locis occiſi fuere non ſolum milites, & multi ex plebe inſolenti, ſed etiam aliæ ſacræ Moniales in alijs clauſuris degentes. Vnde Populus inſoleſcens ad finem demoliendi parietes huius clauſuræ, nonnulla foramina occulta ſubterranea conſtruxit, correſpondentia in clauſuram ipſam, & ex aduerſo ex hac clauſura alia fuerunt effoſſa ab ipſis militibus; vnde ex his mentibus cum puluere bellico de facto fuerunt concuſſi, & ferè demoliti parietes huius Monaſterij. Ob has manifeſtiſſimas cauſas, & euidentes fractiones Dominus meus Eminentiſſimus Cardinalis Philamarinus Archiepiſcopus tanquam Delegatus Apoſtolicus ex vi Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 5. de regular. viſitare inten-

intendit prædictam clauſuram, ad finem reſtituendi ipſam ad priſtinum ſtatum, cui ſe toto conatu oppoſuit quidam Frater his propoſitionibus.

Prima propoſitio. Eminentiſsimũ non iuuat Concilium Tridentinum &c. quia renouat, & obſeruari mandat cap. Periculoſo §. fin. de regular. in 6. vbi Bonifacius VIII. clare concedit Epiſcopis curam clauſuræ Monialium ſibi pleno iure, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectarum; negat autem de ſubiectis Regularibus; ibi. Abbates vero, & alij exempti &c. Et certum eſt Concil. Trid. interpretandum eſſe per conſtitutionem Bonifacij VIII. quam innouat, & obſeruari mandat.

2 Reſponſio. At Frater hic non aduertit, quod Concil. Trid. l.c. duo facit. Primo innouat conſtitutionem Bonifacij, à quo redactæ fuerunt ad clauſuram Moniales profeſſæ in illa non degentes; & quia nonnulla Monaſteria ante Concilium adhuc clauſuram non receperant, ideo Concil. innouauit conſtit. illam Bonifacij. Vnde de clauſura ponenda, vbi poſita non eſt, ſtandum eſt conſtitutioni prædictæ, in qua præcipitur, vt Ordinarij curent tanquam Delegati Apoſtolici in Monaſterijs eidem Sedi immediate ſubiectis; in ſubiectis vero Regularibus præcipit, vt Superiores, Regularium de clauſura indicenda prouideant. At quia poſt conſtitutionem Bonifacij nonnulla Monaſteria, quæ clauſuram receperunt, fuerunt violata, ideo ſecundo præcipit Ordinarijs locorum vt tamquam Delegati Apoſtolici clauſuram violatam reſtituant, & poſitam conſeruent. Ita quod Concil. duo facit, & innouat conſtitutionem Bonifacij in Monaſterijs, vbi clauſura poſita non eſt; & vbi poſita eſt, præcipit Epiſcopis locorum, vt ſi violata fuerit; eam reſtituant. Non enim prouiderat Bonifacius VIII. de reſtitutore clauſuræ violatæ, ſed bene prouidit Conc. Trid. & delegauit Epiſcopos in omnibus clauſuris. Verba enim Concilij hæc ſunt. Bonifacij VIII. conſtitutionem, quæ incipit, Periculoſo, renouans ſancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis Ordinaria, in alijs vero Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram Sanctimonialium vbi violata fuerit diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt conſeruari maxime procurent &c. Cum ergo præceptum Concil. Trid. ſit diuerſum à præcepto Bonifacij, non poteſt dici, quod ſit factum iiſdem perſonis, ſed diuerſis; ponere enim clauſuram in Monaſterijs ſubiectis Regularibus ſpectat ad Superiores Regulares; & hoc eſt præceptum Bonifacij à Conc. innouatum; at clauſuram violatam reſtituere etiam iiſdem Monaſterijs, ſpectat ad Ordinarios locorum, & hoc eſt præceptum Concil. Trid. poſt innouationem conſtitutionis Bonifacij. Non ergo poteſt Concil. Trid. recipere interpretationem à conſtitutione Bonifacij, dum præcipit diuerſa; igitur falſum eſt, quod Conc. Trid. renouat, & obſeruari mandat cap. Periculoſo; ſed renouat cap. prædictum, & mandat Epiſcopis reſtitutionem clauſuræ violatæ, quod non eſt diſpoſitum in prædict. cap. Ita ſentit Caſtrus Palaus tom. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 9. num. 7. Zerula in prax. Epiſc. in 2. edit. p. 1. verbo Moniales ad 4. qu. & ad 8. qu. verſ. 4. Galett. in Marg. caſ. conſc. verb. Clauſura 1. Armend. in add. ad recop. leg. Nauar. lib. 1. tit. 17. l. 7. de Epiſc. num. 44. Barb. de poteſt. Epiſc. alleg. 102. num. 3. 7. & 8. & ideo poteſt Epiſcopus clauſuram Monialium exemptarum viſitare, quoties ei videbitur expedire. Sic deciſum refert Galett. loco cit. verbo Moniales 3. Gauant. in manuali Epiſc. verbo Monialium clauſura. num. 56. & 57. Barb. l.c. num. 5. & in collect. Doct. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. num. 19. Et Sacra Congregatio die 17. Febr. 1624. cenſuit, licere Epiſcopo, quoties opus eſſe giudicauerit, Monaſteria exempta Monialium Regularibus ſubiectarum quoad clauſuram viſitare;

ſitare; Monialeſque ipſas in his, quæ ad clauſuram pertinent examini ſubijcere, etiam ipſis Regularibus inconſultis. Idem dixit in vna Gienneſi 21. Iunij 1625. & in Vercellenſi 12. Decembris 1615.

Secunda propoſitio. Certè niſi Concilium Trid. ſibi ipſi contrarium ſit, alium ſenſum habere non poteſt; quia caput 8. & 9. eiuſdem ſeſſionis Monaſteria tam virorum, quam Monialium, quæ Regularibus ſubiecta reperiuntur, ab ijs gubernari mandat &c. vt appareat quantum roboris habere poſſint declarationes Sacræ Congregationis &c. cum habeamus ipſius Concilij, ſacrorum canonum, & Apoſtolicarum conſtitutionum mentem. Equidem ſi regularibus Monaſterium, & Monialium abſolutam curam Concilium committat, nullus dubirare poteſt, quin clauſuræ cura eiſdem committatur; cum maius ſit perſonas, quam parietes curare.

3 Reſponſio. Scire debet Frater hic ſcribens, quod Conc. Trid. non eſt ſibi contrarium, dum curam domeſticam, & ſpiritualem Monialium Regularibus ſubiectarum relinquit Superioribus Regularibus ad clauſuram vero fractam reſtituendam delegat Epiſcopos. Quia cum delegatio ſit actus voluntatis Superioris, non inducitur ſine actu voluntatis ipſius: vt bene Soccin. conſ. 267. ſub num. 3. verſ. Ita autem &c. Ludouiſ. deciſ. 217. num. 5. Et cum delegatio ſit ſtricti iuris non poteſt excedere res in delegatione expreſſas, iuxta tex. in cap. Cum dilecta de reſcriptis. cap. Cum in iure de offic. deleg. cap. Cum olim cap. penul. & ibi gl. de offic. deleg. Vide Menoch. lib. 2. præſumpt. 16. nu. 13. Giurba deciſ. 39. num. 14. & dum ad clauſuram reſtituendam delegat Epiſcopos in cap. 5. & ad aliam facit Ordinarios ſuos regulares Superiores in cap. 9. nulla in ijs apparet contradictio. Pontifex enim vti Supremus Princeps poteſt ad vnum delegare, & non ad aliud, vt patet.

Mens vero Concilij eſt pro nobis, vt patet, & euidenter demonſtraui in ſuperioribus; Canones vero loquuntur in poſitione clauſuræ, non vero in conſeruatione, vel ipſius reſtitutione. Ideo multum habendæ ſunt declarationes Sacræ Congregationis ſuperius relatæ.

Nec valet Argumentum huius Fratris ſcribentis, quod maius ſit perſonas curare, quam parietes: ergo ſi Regularibus conceditur facultas gubernandi perſonas, à fortiori parietes.

Quia cum delegatio ſit actus voluntatis, vt dixi, poteſt Princeps ad vnum delegare, & non ad aliud.

Tertia propoſitio. Quod autem adducebatur ex vi verbi (Alijs) ex eodem Barb. ſoluitur. Nam talis dictio comprehendit maiora expreſſis in odijs, quale eſt auferre à Regularibus, quod ipſis in iure communi expreſſum reperitur, maxime repugnanre littera tex. vt patet in cap. Periculoſo, quod renouat. Sed quid diſputamus, ſi idem Eminentiſſimus in ſuo Monitorio confitetur, quoniam in exequutionem decretorum Sacri Concil. Trid. viſitatio Monaſteriorum, & Monialium Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectarum ſpectat ad Ordinarios locorum; Moniales autem Sanctæ Claræ non ſunt immediate Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ, ſed mediate: ergo &c.

4 Reſponſio. Dixi, quod præceptum Bonifacij eſt diuerſum à præcepto Concil. Trid. dum primum eſt circa poſitionem clauſuræ: ſecundum eſt circa clauſuræ iam poſitæ conſeruationem, & ſi fracta fuerit, reſtitutionem. Et ſic dictio (Alijs) in Concilio poſita eſt intelligenda non ſolum de Monaſterijs Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis, ſed etiam de ſubiectis regularibus, vt bene Barb. in dictione Alijs num. 5. & 15. dum dicit quod per hanc dictionem comprehenduntur maiora expreſſis diſſimilia, extranea, & non expreſſa. Nec valet dicere, quod ipſis in odioſis, quale eſt auferre à regularibus, quod ipſis reperitur conceſſum in iure communi. Quia

in

in nullo iure conceſſum eſt Regularibus, vt violatam clauſuram reſtituant, vt dixi. Nec Monitorium Eminentiſſimi, errat, dum dicit quoniam in exequutionem &c. Quia ipſemet Fratres ſcribens ſibi contraria dicit, dum affirmat infra, quod Nuntius Apoſtolicus ſit Ordinarius Monaſterij Sanctæ Claræ, & ideo aſſerit, quod Excellentiſſimus Prorex cum Regio Collaterali Conſilio, cum ingreſſi ſunt clauſuram hanc ex licentia eiuſdem Nuntij, qui eſt Ordinarius harum Monialium, non violarunt clauſuram; & deinde dicit, quod clauſura hæc iam fuit viſitata ab eodem Nuntio Apoſtolico, qui eſt Ordinarius Monaſterij &c. ideo non poteſt ab alio viſitari. Si ergo Nuntius Apoſtolicus eſt Ordinarius ex opinione huius Fratris ſcribentis Monaſterium hoc eſt immediate ſubiectum Sedi Apoſtolicæ; & conſequenter non ſolum ex vi Conc. Trid. ſed etiam Bonifacij VIII. eſt inuiſendum ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo. Et quamuis Nuntius habeat poteſtatem viſitandi, ſemper intelligitur cumulatiue cum Archiepiſcopo, non priuatiuè; niſi oppoſitum conſtaret in principio fundationis; vti cenſuit Sacra Congregatio anno 1572. in Boſcuducenſi, & in Patauina 10. Nouembris 1600. & in alijs.

Quarta propoſitio. Sed fauet conſuetudo viſitandi. Reſpondetur primo, Moniales non poſſunt inducere conſuetudinem, quia faciunt communitatem imperfectam, & legem condere non poſſunt; vt nouiſsime ex Bart. &c. Secundo non poſſunt præiudicare iuribus Monaſterij, quia cenſentur rationabiliter inuitæ, & proceſsiſſe per ignorantiam; nec aliquam ipſarum habuiſſe vnquam voluntatem conſentiendi viſitationi, ſi ſciuiſſent ſibi præiudicari. Tertio præſcriptio offendens Moniales Franciſcanorum debet eſſe vltra centum annos ex conceſsione Eugenij IV. qui ordinem minorum decorauit præſcriptione iurium Sedis Apoſtolicæ; & hæc talis, & tanta non probatur &c.

5 Reſponſio. Eminentiſsimus viſitare intendit hanc clauſuram tanquam Delegatus Apoſtolicus, ex vi Conc. Trid. explicati à conſuetudine; nam conſuetudo poteſt explicare iura. cap. Cum dilectus de conſuetudine l. ſi de interpretatione ff. de legibus; & dum hæc conſuetudo tantum explicat, nihil de nouo conſtituit, ſed quod factum eſt à Concilio demonſtrat l. hæres palam §. ſed ſi quis ff. de teſtam. l. adeo verſ. cum quis ex aliena ff. de acqu. rer. dominio. Dum ergo Dominus meus Eminentiſsimus viſitare intendit ex vi Conc. Trid. explicati à conſuetudine, conſequenter impertinenter ſe habet, quod communitas Monialium ſit perfecta, vel imperfecta; nec indiget voluntate Monialium pro hac conſuetudine interpretante; nec opus habet centum annorum curriculo; & dum ex vi Concilij viſitat, iura attendit, & non conſuetudinem: ideo non ſemel tantum, ſed ſemper poteſt viſitare, ſi ſemper habet ſuſpicionem violationis clauſuræ, vt optime Caſtrus Palaus, & cæteri DD. ſup. cit. Imo ſine vlla ſuſpicione violationis, vt dixit Sacra Congregatio die 21. Iunij 1625. in Giennenſi, & 13. Ianuarij 1624. in Regienſi, & in alijs.

Quinta propoſitio. Huc redit caſus belli, & violatio clauſuræ, quæ excitat diligentiam Ordinarij, vt in prima vice; ſed procedit ex falſo præſuppoſito, quod clauſura ſit violata, quia &c. Qui ingreſsi ſunt ad defenſionem Monialium, ingreſsi ſunt ne in manus ſæuientis Populi inciderent, quod maxime pium, & iuſtum eſt. Paries non eſt apertus, vt introiri poſſit per illius rimas; quaſſatus eſt, non deiectus: patet ad ſenſum, Cuniculi clauſuram non violarunt, nec intra, nec extra effoſſi; vbi eſt ergo violatio?

6 Reſponſio. Clauſura Monialium violatur per ingreſſum tantum ad ipſam; qui enim ingreditur ſine licentia, violator clauſuræ dicitur. Clare deducitur non ſolum ex cap. Periculoſo, & ex Conc. Trid. loc. cit. & ex motu proprio Pij V.

Pij V. incipiente Circa paſtorales, ſed manifeſtius habetur ex conſtitutione Gregorij XIII. quæ incipit, Vbi gratiæ. Si ergo per ingreſſum vnius tantum ſine debita licentia, dicitur clauſura violata, quomodo per ingreſſum pluſquam trecentorum militum, hæc clauſura violata non eſt? Nec valet dicere, quod ſunt ingreſſi ob iuſtam, & piam cauſam, nempe ob defenſionem Monialium à populi ſeuitia. Quia Populus ſæuiens bellum gerebat, non cum Monialibus, ſed cum militibus Regis, & dum milites erant in clauſtris Monialium, fuerunt cauſa, vt Populus ſæuiens offenderet Moniales; ita quod ingreſſus militum offendit, & non defendit Moniales. Milites vero habuerunt iuſtam cauſam demoliendi clauſuram Monialium, non autem ipſam ingrediendi; quia dum ſe voluerunt defendere à Populo, opus fuit deuaſtare clauſuram, dum ianuæ fuerunt apertæ omnibus gentibus, ſaltem militantibus; igitur non bene dicit Frater ſcribens, quod milites ſint ingreſſi ob defenſionem Monialium, etſi iuſtam cauſam habuerunt demoliendi clauſuram; quam clauſuram demolitam intendit Dominus meus Eminentiſſimus viſitare, vti Delegatus Apoſtolicus ex vi Conc. Trid.

Tanto magis, quia paries clauſuræ eſt quaſſatus, & ignoratur, an ex ipſius fiſſuris, ſeù rimis pateat ingreſſus; & quādo dubitatur tantum de fractione clauſuræ, ſemper poteſt Epiſcopus viſitare, ſecundum DD. ſup. allegatos. Ita fuit deciſum à Sacra Congreg. die 12. Septembris 1615. in Vercellenſi, & 13. Ianuarij 1624. in Regienſi, & in alijs.

Huc accedit, quia violatio eſt manifeſta per cauas ſubterraneas iam effoſſas, tam à Populo, quam à militibus correſpondentes ex publica via ad clauſuram Monialium. Cur vero hæ effoſſiones clauſuram non violent, non probat Frater ſcribens, ſed tantum aſſerit, quod cuniculi clauſuram non violant.

Sexta propoſitio. Si dicas conſtare violationem ex fama publica, & relatione eorum, qui rupturas viderunt. Reſpondeo, fama Neapolitana ſæpiſſime mentitur, vt in comperto eſt. qui ingreſſi ſunt dicere non poſſunt: niſi quæ ſupra recenſita ſunt: ergo fallax fama eſt iſta.

Reſponſio. Obſeruate conſequentiam huius Fratris ſcribentis. fama Neapol. ſæpiſſimè mentitur: ergo fallax eſt fama iſta; ſi ſæpiſſimè mentitur: ergo aliquando non mentitur, & hoc eſt, quod dominus meum Eminentiſſimus videre intendit: an ſcilicet fama mentiatur, vel non; & ideo habet euidentem cauſam viſitandi clauſuram iſtam. Et quamuis fama non eſſet, adhuc poſſet viſitare, vt deciſum fuit à Sacra Congregatione die 21. Iunij 1625. in Giennenſi, & 13. Ianuarij 1624. in Regienſi, & in alijs.

Septima propoſitio. Inſtabis, durum eſt tot laicos ingreſſos, & negari Eminentiſſimo. Reſpondeo ſtrictò iure nullus Ingreſſus eſt, niſi ob præciſam neceſſitatem; Milites ad tutelam, Excellentiſſimus Prorex cum Regio Collaterali Conſilio, non quidem ſine licentia, abſit: ſed cum licentia Illuſtriſſimi Nuntij, qui eſt Ordinarius Prælatus &c. At Eminentiſſimus Dominus viſitare intendit iuridice, tanquam poteſtatem habens, non ſemel, ſed pluries vt ſcripſit; & non ad vtilitatem, ſed ad depreſsionem Monaſterij.

7 Reſponſio. Non bene loquitur Frater hic, dum dicit, quod Dominus meus Eminentiſsimus vult viſitare hanc clauſuram, non ad vtilitatem, ſed ad depreſſionem Monaſterij; nam pia mens Eminentiſsimi in hac viſitatione vult tantum conſulere propriæ conſcientiæ, dum præceptum habet à Concilio ſub obteſtatione diuini iudicij, vt curet reſtitutionem clauſuræ violatæ.

Nec verum eſt, quod Illuſtriſsimus Nuntius ſit Ordinarius huius Monaſterij, quia ſi eſt Ordinarius, cur Confeſſarij audientes confeſsiones harum Monialium non ſunt approbati ab Illuſtriſsimo Nuntio, ſed ab Eminentiſsimo

mo Domino, & ſemper ſe examini exponunt, & de facto ſunt examinati ab examinatoribus Eminentiſſimi; & cur alij ad tale monaſterium ingredientes, vel cum iiſdem monialibus colloqui volentes, licentiam in ſcriptis recipiunt à Reuerendiſſimo Vicario monialium Domini mei Eminentiſſimi, & non ab Illuſtriſs. Nuntio? Addo quod ſi verum eſt Nuntium eſſe Ordinarium harum Monialium: ergo hæ ſunt immediatè ſubiectæ Sedi Apoſtolicæ, & conſequenter Eminentiſſimus ex vi Conc. Trid. & Bonifacij VIII. poteſt ipſas viſitare, vt bene Barb. in Collect. DD. in Cõc. Trid. l.c. n.19. & de poteſt. Epiſc. allegatione 102. n.6. ex Galett. in margar. caſ. conſc. verbo Moniales 4. & quamuis Nuntius hanc poteſtatem habeat, intelligitur cumulatiuè cum Archiepiſcopo, non priuatiuè, niſi oppoſitum conſtet in principio fundationis, vt dixit Sacra Congregatio in Patauina 10. Nouembris 1610. Et licet Archiepiſcopi præteriti non viſitauerint, non tamen attulerunt præiudicium præſenti Archiepiſcopo, ſi viſitare velit; tanquam Delegatus Sedis Apoſtolicæ, vt bene Franc. Leon. in Theſauro fori Eccleſ. cap.2. n.80. Laurentius de Franchis in tract. controu. inter Epiſcopos, & Regulares pag. mihi 229. verſ. Tertio cum præced. & pag. 319. q. 7. Quod idem cenſuit Sacra Congregat. in Conimbricenſi 20. Maij 1640. & 25. Iunij 1642.

8 Quod verò dicit Frater hic ſcribens; Eccleſiam Sanctæ Claræ non poſſe interdici. Tum quia eſt Monachorum, & non Monialium. Tum quia eſt ſub protectione Regia. Hoc non indiget reſponſione; cum certum ſit, quod prædicti Fratres, dum prædicare volunt in dicta Eccleſia, non recipiunt ſolam benedictionem, vt ſolent Regulares in proprijs Eccleſijs iuxta diſpoſitionem Concil. Triden. ſeſſ.5. de reform. cap.2. ſed ſunt examinati à Domino meo Eminentiſſimo, & ab eodem licentiam in ſcriptis recipiunt, ſicut alij prædicatores, qui prædicant in aliena Eccleſia. Nec obſtat quod in fundatione eſt expreſſum, quod 50. Fratres ibi morentur. Quia morantur pro ſeruitio, & famulatu ipſarum Monialium, vt patet; & ſic ſemper fuit in vſu. Nec protectio Regia obſtat. Quia aliud eſt eſſe ſub ditione Regia, aliud ſub protectione Regia; Monaſterium enim non eſt ſub ditione Regia, ſed ſub protectione, tantum Regia. Et quamuis eſſet ſub ditione Regia, etiam poſſet Ordinarius illud interdicere, vt eſt manifeſtum in iure: ergo à fortiori dum eſt ſub protectione tãtum Regia. Nec Rex noſter Catholicus protegere intendit inobedientes, & contradictores Conc. Trid. cum Hiſpani non ſint Galli, qui Concilium illud non receperunt.

Merito igitur Sacra Congregatio die 14. Nouembris 1648. ad fauorem Domini mei Eminentiſſimi, & contra dictas Moniales Sanctæ Claræ hanc ſententiam protulit. Sacra Congr. Emin. Card. Conc. Trid. Interp. cenſuit Emin. Archie. Neap. vti Sedis Apoſtolicæ delegatum manutenendum fore in ſua poſſeſſione viſitandi clauſuram Monaſterii Sanctæ Claræ Ciuitatis Neap. quotieſcunque ei videbitur expedire, ſemota etiam Superiorum Regularium negligentia, illiſque irrequiſitis, & inconſultis; & in caſu renitentiæ poſſe contrauenientes, & contradicentes, etiam Regulares, & exemptos ad pœnas, etiam cenſurarum procedere. P. Aloyſius Caraſa. Et quia prędictæ Moniales fuerunt renitentes, Ideò à D. meo Eminentiſſimo fuerunt interdictæ.

SVMMARIVM.

Maleficiatus vtens balneo naturali ordinato à Saga, in quo fuit appoſita aqua benedicta abſque vllo ſortilegio, nullum committit peccatum. n. 1.

Licet accedere ad Sagam ad finẽ obtinendi ſanitatem per medium licitum. n.2.

Maleficiatus non potens aliter ſanitatem obtinere, niſi recurrendo ad Sagam ſcientem licito, & illicito medio maleficium ſoluere, licitè petit ab illa ſui maleficij ſolutionem, etiãſi certo ſciat, quod illicito medio ſoluet. 3

imò quamuis Saga in pactum deducat, quod illicito, & non licito medio vult ſoluere; tribus tamen concurrentibus conditionibus. Prima, vt maleficiatus nulla cooperatione ad nouum maleficium concurrat. Secunda, vt Sagam moneat, vt modo licito ſoluat, ſi ſit ſpes, quod licito, & non illicito modo ſoluat. Tertia, vt nulla alia ſit ſpes ſalutis. num.4.

Aqua benedicta eſt ab Eecleſia inſtituta ad certum effectum, præſertim ad Dæmones pellendos, & vt Dæmonis maleficium ceſſet. num.5.

Solutio maleficij tunc maximè dicitur fieri modo licito, quando fit modis ab Eccleſia inſtitutis. num.6.

Malefica ſi quando aquam benedictam dat ad ſoluendum maleficium, diceret, quod non poteſt talis aqua effectum ſupernaturalem producere niſi accipiatur de manu ipſius, tunc, quia indicaret pactum aliquod implicitum cum Dæmone, conſequenter committeret ſortilegium qualificatum. Si verò daret abſque vllo ſuperſtitionis ſigno, nullum committeret ſortilegium. n. eod.

Vti re ſacra ad obtinendum finem, pro quo fuit ab Eecleſia inſtituta, nullum eſt peccatum. num.7.

Abuſus eſt vſus malus rei contra naturam, & inſtitutionem ipſius. n. eod.

Aqua benedicta adhibita ad alium finem, quam ad inſtitutum ab Eccleſia, facit ſortilegium qualificatum. n.8.

Aqua benedicta qualificans ſortilegium ſupponit ſortilegium prius eſſe in ſe ſine tali qualitate hæreticali. n.9.

Qualitas, quia eſt accidens vt qualificet ſubſtantiam debet illam ſupponere in ſe. n. eod.

RESOL. LXVIII.

Quidam Maleficiatus acceſſit ad Sagam ad finem obtinendi remedium licitum ad ſanitatem obtinendam; hac Saga balneum naturale ordinauit, in quo appoſuit aquam benedictam: Quæritur, an hic talis commiſerit ſortilegium qualificatum?

1 Reſpondeo breuiter, talem nullam commiſiſſe culpam; & conſequenter nullum ſortilegium qualificatum commiſiſſe. Pro probatione.

2 Suppono primo, licitum eſſe acceſſum ad Sagam ad finem obtinendi ſanitatem, vt per modum licitum maleficium ſoluat. Ita ſentit Martinus del Rio diſquiſ. mag. lib.6. cap.2. ſect.1. q.1. verſ. Dico quarto, qui citat Guidonem Brianſonum in Collect. ſup.4. ſent. q.13. concl.3. D. Thom. D.Bonau. Scotum. Thomam de Arg. in 4.diſt.34. Syluestr. verb. Maleficium q.8. Armil. n.2. Tabienam verb. Impedimentum 12. num.9. Roſellam. Caiet. 2.2. q.78. ar.4. Petrum de Ledeſma ad 3. q.58. ar.2. ad 2. Alphonſ. de Caſtro lib.1. de iuſta hæret. punit. cap. 15. Spreger. p.3. Mallei q.16. Nider. ſuper Nauar. cap.11. num.29. Angl. q. de arte magica ar.6. diff.2. Abul. in cap.19. Matt. q.90. litt.O. Domin. Sotum in 4. diſt.34. art.3. & 8. & de iuſt. q.3. art.2. Vigner. cap.16. §.4. Orbello q.34. Matt. Ledeſma in 4. q.90. art.2. Vngarellum addit. ad Angelum d. §.13. Henriquez lib.2. de matrim. cap.8. nu.2. & 3. in fin.

3 Immò quando maleficiatus tenet, quod Saga modo illicito ſoluet, quamuis ſciat ſoluere modo licito, licite ſolutionem petit. Ita ſentit Sanchez lib. 2. ſum. cap.41. num.12. & de matrim. diſput.95. n.12. qui citat Petrum de Ledeſma de matrim. quæſt.58. art.2. dub.2. Leſſ. de iuſt. cap.44. dub.6. num.46. dum dicit idem eſſe dicendum in hoc caſu, quod dixerat eod. lib.2. cap.42. dub. 10. de petente iuramentum abſolutè ab infideli, quem ſcit per Idolum iuraturum, & de petente ſacramenta à ſacerdote conſtituto in peccato mortali, & mutuum ab vſurario &c. Diana par. 5. tract.7. reſol.15. qui citat Hurtad. de Mendozza in 2.2. diſp.173. ſect.16. §.20. Filliuccium tom.2. q.5. punct.5. num.8. Suarez lib.1. de relig. de ſuperſtit. lib.

2. cap.

2. cap. 18. numer. 9.

4 Inſuper ſi nullus aditus patet, nec poteſt aliter ſanitatem obtinere, niſi recurrendo ad maleficum, qui cũ poſſit modo licito, & illicito ſoluere, vult modo illicito ſoluere, & hoc in pactum deducit, poteſt ſolutionem acceptare ſub tali conditione. Ita Sanchez l.c.de matr.num.12.& l.c.ſum.nu.14.

Hoc tamen intellige tribus conditionibus concurrentibus. Prima eſt, vt ad maleficium nouum nulla cooperatione maleficiatus concurrat; vt ſi velit mederi aliqua medicina vana, & ſuperſtitioſa, tunc .n. vere vteretur maleficiatus medicina illa vana, & ſuperſtitioſa, & ſic cooperaretur medio vano.

Secunda eſt, vt maleficiatus petens moneat maleficum, vt modo licito id ſoluat, & ita eſſe eius voluntatem, ſi ſit ſpes, quod modo licito, & non illicito ſoluat. Ita Sanchez l.c.ſumm.nu.15.

Tertia, vt non ſit ſpes ſalutis per alia media, & ita eſt intelligenda reſol.33.

5 Suppono ſecundo, Aquam benedictam eſſe inſtitutam ab Eccleſia ad certum effectum, nẽpè ad Dœmones pellendos, & vt dœmonis maleficium, & præſtigium ceſſet. arg. tex. in can. Aquã ſale de conſecr. diſt. 3. Ita Mart. del Rio diſquiſ. mag. lib. 6. cap. 1. ſect. 1. q. 1. col. 2. litt. C. in fin. Emanuel de Valle de incãtat. ſeu Enſalmis Opuſc. 1. ſect. 2. cap. 11. num. 27. qui citat Raphaelem ad q. 90. ar. 2. diſp. 14. num. 9. fol. 797. Vuald. tom. 1. de ſacramental. tit. 23. cap. 168. num. 1. fin. fol. 310. D. Thom. 3. p. q. 65. art. 1. ad 6. & 4. diſt. 2. q. 1. ar. 2. ad 7. cit. Raphaelem diſp. 12. num. 13. & diſp. 17. num. 5. His poſitis.

Probatur dictum. Nam licet recurrere ad Magam, vt maleficium ſoluat modo licito, vt in primo ſupp. ſed modus licitus eſt ille quem Eccleſia poſuit pro tali ſolutione, vt in ſecundo ſupp. ergo licitum eſt accipere aquam benedictam, quæ eſt medium, ſeu modus licitus ad maleficij ſolutionem.

Dices, quod medium, ſeu modus ab Eccleſia inſtitutus ad ſoluendum maleficiũ eſt licitus, ſi accipiatur à ſacerdote non vero à Maga; & eo ipſo, quod à Maga accipitur fit illicitus.

6 Reſpondeo, quod ſolutio maleficij tunc maximè dicitur fieri modo licito, quando fit modis ab Eccleſia inſtitutis; quod verò modus hic habeatur à Sacerdote, vel à Maga parum intereſt; dummodo non tribuatur modo ſuperſtitioſo. Vt in caſu noſtro, ſi malefica diceret modum illum ſupernaturalem nempè aquam benedictam non ſortiri effectum ſuum, niſi accipiatur de manu ipſius maleficæ, & non de manu ſacerdotis, tunc acciperetur modo ſuperſtitioſo, & indicaret pactum aliquod implicitum cum dœmone. At ſi modus ſoluendi ſupernaturalis, & ab Eccleſia inſtitutus accipiatur à Maga ſine vlla ſuperſtitione, tunc licitus redditur talis modus ſoluendi. Ita ſentit del Rio l. c. lib. 6. c. 2. ſect. 1. q. 3. col. 1. litt. B. pag. mihi 489. & ſine ſuperſtitione fuit datum in caſu noſtro.

7 Confirmatur, quia vti re ſacra ad obtinendum finem, pro quo fuit ab Eccleſia inſtituta, nullum eſt peccatum; nã non dicitur abuti, ſed religioſe vti re illa. Abuſus enim dicitur vſus malus rei contra naturam, & inſtitutionem ipſius arg. tex. in l. vnum C. de aquęd. lib. 12. Abbas in cap. ex litteris de conuerſ. infid. Graff. de caſ. reſer. cap. 18. n. 13. Sed aqua benedicta eſt inſtituta ab Eccleſia ad dœmonis maleficium ceſſandum, ſeu deſtruendum, vt in ſecundo ſuppoſito: ergo ea vti ad talem finem nullum eſt peccatum; vt optimè del Rio l.c. cap. 1. q. 1. col. 2. litt C. pag. 485. his verbis. Aquam benedictam adhibere vt remedium naturale, vel addito ritu aliquo ſuperſtitioſo, id vere malum: ſed eam adhibere vt quid ſacramentale, & vim tribuere Deo per ſacramentalia ſua, ad corrobationem fidei mirabilia operari ſolito; Item vt dęmonis maleficium, vel præſtigium ceſſet, hoc pium, & licitum eſſe Catholicus nullus poteſt negare. Hæc del Rio.

Dices, quod Aqua benedicta quali-

ficat ſortilegium,& facit ipſum hæreticale,vt bene Farinac. de hæreſi q. 181. §. 1. num. 22. ergo à fortiori ſi à Saga adhibeatur.

8 Reſpondeo, quod Aqua benedicta adhibita ad alium finem, quam ad inſtitutum ab Eccleſia, vtique facit ſortilegium qualificatum; quia tunc reuera eſt abuſio ſortilega aquæ benedictæ; & ſic ea vti ad inueniendа furta, vel alias res ſecretas &c. & in iſtis terminis loquitur Farinac. l. c. & cõmuniter DD. ab ipſo cit.vt Pegna in direct. Inquiſ.p. 2.q. 42. commento 67. verſ. Item illa ſortilegia,& q.43.com.68. Vmbert.in Iud.inquiſ.verbo Diuinationes num.4. in fin.verſ.Et nota, quod diuinatio &c. & verb.Imagines num. 3. Alph.de Caſtro de iuſta hæret. punit. lib. 1.cap.15. ad finem.Simancha Cathol. inſt. tit.21. rub.de diuin.& reuel. num.11. del Rio diſquiſ.mag. lib. 5. ſect. 15. verſ. Dico tertio &c. At vti pro conſequutione finis,pro quo ab Eccleſia fuit res illa inſtituta,non ſolum ſuperſtitioſum non eſt, ſed religioſum, & pium vt optimè del Rio d.lib.6.cap.1.ſect. 1. q.1.litt.C.

9 Addo,quod ſi aqua benedicta qualificat ſortilegium, conſequenter ſupponit ſortilegium prius eſſe ſine tali qualitate hæreticali, & poſtea qualitatem hæreticalem à tali aqua recipere. Qualitas enim cum ſit accidens, qualificat, & ſupponit ſubſtantiam, ſeu ſortilegiũ in ſe; ſed in caſu noſtro nullum eſt ſortilegium;nam remedium, ſeu balneum eſt naturale vt ſuppono, & conſequenter licitum; Acceſſus ad Sagam non eſt prohibitus,vt in primo ſuppoſito; vſus aquæ benedictæ pro tali fine conſequẽdo interdictus non eſt,vt probaui: modus ſuperſtitioſus in tali vſu omnino abſuit,vt ſuppono ex facto: ergo nullũ eſt ſortilegium;ſi nullum eſt ſortilegiũ, conſequenter aqua benedicta non habet quid qualificet.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM
SIVE POTIVS
SVMMA TOTIVS LIBRI.

A.

Abbas,& Abbatiſſa.

*LOquens cum Abbatiſſa Monaſterÿ ſine licentia ad longum tempus non incidit in cenſuram diæceſanam latã contra loquentes cum Monialibus.pag.*156.*n.*1.

*Nomine Monacorum,non venit Abbas, nec nomine Monialium venit Abbatiſſa in cõſtitutionibus ſtrictè interpetrandis. ibid. num.*2.

*Conſtitutio amplectens Abbatiſſam nomine Monialium, vel è contra, ſolet ſemper ſe explicare.ibid.nu.*4.

*Inconnenientia procedentia circa alias Moniales,non præſumuntur in Abbatiſſa, cum hæc præſupponatur ſanctior, & prudentior cæteris.pag.*157.*n.*5.

*Abbatiſſa per Abbatiſſatum non deſinit eſſe Monialis,ſed incipit eſſe Monialis qualificata, & altioris ordinis.ibid.n.*6.

Abortus.

Mulier abortum committens in propria perſona data opera, & qui eam abortiri facit in Eccleſia,*ſi fætus ſit animatus,verè homicidium committunt, & conſequenter incidunt in caſum cenſuratum diæceſanum contra occidentes in* Eccleſia. *pag.* 297. *num.*37.

Abſolutio.

*Ad recipiendam directam abſolutionem ſufficit manifeſtatio peccati duby,prout tunc eſt in conſcientia, non vt cognoſcitur poſt abſolutionem.pag.*13.*nu.*5.

Abſolutio peccatorum ſtare poteſt cum cenſura;vnde poteſt Sum.Pont.*abſoluere excommunicatum à peccatis, & non à cenſura. pag.*17.*nu.*3.

*Abſolutio excommunicationis in foro conſcientiæ differt ab abſolutione eiuſdẽ in foro fori;vnde poteſt abſolui excommunicatus ab habente poteſtatem abſoluendi in foro conſcientiæ,quamuis remaneat ligatus in foro fori.pag.*24.*n.*3.

*Abſolutio excõmunicationis in foro cõſcientiæ obtenta, vbi excommunicatus publicus non eſt cum iuramento de acceſſu ad excommunicatorem,vel de ſatisfacienda parte coadiuuat potius,quam illudit excommunicatoris poteſtatem.pag.*28.*n.*13.*in fine.*

*Abſolutio in foro conſcientiæ non violat, nec perturbat abſolutionem, & iuriſdictionem in foro fori.ibid.nu.*17.

Abſolutio in ordine ad Deum *dimidiari non poteſt,quia fit per gratiam; in ordine vero ad* Eccleſiam *dimidiari poteſt, quia fit per ſatisfactionẽ, & obedientiam eidem* Eccleſiæ *præſtitam.pag.*34.*nu.*11.

Abſolutio à reſeruatis in ordine ad Deum *nõ prouenit à poteſtate iuriſdictionis, quam inferior in ordine ad ipſa non habet; ſed prouenit à gratia, quæ deſtruit omnia peccata per ſe,tam reſeruata,quam non reſeruata.pag.*35.*n.*14.

Abſolutio circa reſeruata dupliciter datur Directa *ſcilicet, quæ opponitur* Indirectæ, *&* Implicita,*quæ opponitur* Explicitæ. *Directa non poteſt eſſe ſimul cum indirecta, etſi cum implicita, vel explicita.*Explicita *vero non poteſt eſſe ſimul cum implicita, etſi cum indirecta,vel directa.pag.*43.*n.*3.

*Abſolutio cenſuræ non pendet ab abſolutione peccatorum.pag.*50.*nu.*5.

Abſolutus.

Abſolutus per confeſſarium inferiorem à caſu dubiè reſeruato ab Epiſcopo *cum cenſura,ſi poſt abſolutionem certioretur de reſeruatione,non tenetur accedere ad ſuperiorem. pag.*12.*n.*1.

Pec-

Peccatum directè abſolutum non eſt amplius ſubijciendum clauibus,etſi ſit confeſſum vt dubium.pag.12.nu.2.& pag.14.n.10.
Poteſt Pontifex abſoluere ſub conditione à cēſura,etiam non precedēte accuſatione Rei. pag.13.num.4.
Abſoluere non poſſumus à peccatis directè,niſi pracedat Rei accuſatio, & proferatur ſententia à ſacerdote,tanquam à iudice.ibid.
Nullo modo poteſt ſacerdos abſoluere à peccatis poſsibilibus,quia peccata poſsibilia,nullo modo ſunt in conſcientia, ſed poſſunt eſſe. ibidem.
Abſolutus à caſu dubiè reſeruato per confeſſarium inferiorem dicitur abſolutus à non reſeruato.pag.14.n.11.& 15.n.14.
Abſolutus bona fide à caſu reſeruato cum cenſura,eſt abſolutus à peccato, non vero à cēſura.pag.15.n.14.
Abſoluēdi poteſtas à reſeruatis dari poteſt pro aliqua circumſtantia , & tempore,quibus ceſſantibus, poteſtas ipſa ceſſat .pag. 15. num.15.
Abſoluendi poteſtas in foro conſcientiæ prouenit à poteſtate ordinis ; abſoluendi poteſtas in foro fori prouenit à poteſtate iuriſdictionis.pag.24.nu.3.
Abſolutus in foro conſcientia non eſt abſolutus in foro fori, & hac abſolutio danda eſt ab Epiſcopo excommunicante.pag.27.n.13. & 28.nu.16.
Abſolutus à confeſſario inferiori à reſeruatis, & non reſeruatis ſimul ob iuſtam cauſam, tenetur iterum reſeruata ſuperiori manifeſtare,quia non fuit adhuc abſolutus à reſeruatis directè in ordine Eccleſiam . pag. 44.nu.7.
Abſolutus ab inferiori à caſibus reſeruatis ſine cenſura ratione neceſſitatis non tenetur ſe præſentare ſuperiori.pag.46.n.1.
Abſolutus per inferiorem ab excommunicatione pro violenta manuum iniectione in clericos ratione periculi, vel articuli mortis, ceſſante periculo mortis nō tenetur ſe præſentare ſuperiori; dummodo tamē non fuerit denunciatus : ſecus dicendum eſt de abſoluto ab eadem excommunicatione ratione alicuius legitimi impedimenti.pag. 48. nu. 9.& 10.
Abſolutus ab excommunicatione per Pænitentiarium extra confeſſionem eſt quidem abſolutus in foro conſcientiæ, non tamen eſt abſolutus in foro fori.pag.51.nu.7.
Abſolutus ab excommunicatione extra confeſſionem à Pænitētiario abſolui poteſt à quocumque confeſſario inferiori à peccato,in quo fundata erat excommunicatio illa reſeruata.ibid.nu.10.
Impubes qui clericum occidit factus pubes eſt ab Epiſcopo abſoluendus.pag. 264.nu.2. & 265.nu.4.
Abſolutus ab excommunicatione cum reincidentia, nō reincidit in excommunicationē, ſi non adimpleat promiſſa ſine ſua culpa lethali.pag.307.n.6.

Abuſus Abuti,& Abutens.

Abuti, ſiue Abuſus eſt vſus malus rei contra naturam,& inſtitutionem ipſius.pag.55.n. 10.& 315.num.7.
Abuſus Sacramenti Euchariſtiæ, vel Sacramentalium pro fine optimo, etſi ſit ſacrilegium non includitur in caſu reſeruato in diœceſi.pag.55.n.10.& pag.59.n.13.
Non dicitur abuſus vti corporalibus,ſiue Sanctorum reliquijs ad morbos pellendos . pag. 61.n.4.
Non omnis abuſio ſacramentalium eſt reſeruata in Diœceſi, ſed tantum abuſio Chriſmatis,Olei Sancti,& cuiuſcumque rei conſecratæ.pag.66.nu.7.
Verbum Abuti per alium comprehendit Mandantes, & Præcipientes, Mandatarios, & eos quibus eſt præceptum impoſitum . pag. 55.num.12.
Mulier Abutens Oleo Sancto accepto ad finē captandi amorem proprij viri,etſi ſacrilegium committat,poteſt tamen abſolui à quocumque confeſſario inferiori.pag.57.n.1.
Abutens Oleo Sancto, vel alia re conſecrata, & credens fidem chriſtianam in materia ſacramentorum veram non eſſe, vel in ſacramentalibus adeſſe vim aliquam ad maleficia, vel quod ſacramentalia poſſint cogere liberum arbitrium eſt formaliter hæreticus, & excommunicatus in bulla cœnæ Domini.ibid.n.2.
Mulier abutens Oleo ſancto ad captandum amorem proprij viri non dicitur abuti ad illicitos,ſed ad licitos vſus. ibid.num.3. & pag.58.n.9.

Abutens

Abutens fragmento altaris, ſiue Petra conſecrata, quamuis ſacrilegium committit, à quocumque Confeſſario inferiori poteſt abſolui. pag.63. n.1.

Abutens argento calicis conſecrati poſt illius diſſacrationem ſiue ad licitos, ſiue ad illicitos vſus non incidit in caſum cenſuratum diœceſanum. pag.63. n.2.

Abutens fragmento lapidis conſecrati dicitur affectiuè abuti re conſecrata, non verò effectiuè, dum fragmentum illud non dicit realem attributionem ad rem conſecratam, ſed vtens abutitur, tanquam ſi illam diceret. pag.64. n.3.

Abutens pſalmo ad mouendum anulum ſuper filum, vt diuinet aduentum ſponſi adulteræ, ſacrilegium committit, non tamen incidit in caſum reſeruatum, & ideo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori. pag. 65. num.1.

Abutens ad diuinationem, ſortilegium, vel veneficium Sanctorum reliquijs, candela benedicta, vel incenſo, aut aqua benedicta, vel Paramentis ſacerdotalibus, vel tobaleis altaris, quamuis ſacrilegium committat, non tamen incidit in excommunicationem reſeruatam diœceſanam, & ideo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori. pag.67. n.1.

Abutens loco ſacro, vel perſona ſacra ad ſortilegium, quamuis ſacrilegium committat, non tamen incidit in caſum reſeruatum diœceſanum, & ideo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori. ibid. num. 4. & pag. 68. num.1.

Inſtruens, vel conſulens abuſionem ſacramentorum, vel rei conſecratæ, quamuis graue ſacrilegium committat, à quocunque tamen confeſſario inferiori abſolui poteſt. pag. 70. num.1.

Verbum, Abutantur, in reſeruatione poſitum intelligitur de effectu conſummato, non de attentato tantum. pag.73. num. 2. & 74. num. 4.

Accuſatio.

Accuſatio eſt delatio criminis in libello ad publicam vindictam legitima interueniente ſubſcriptione, quæ differt à denunciatione, quia hæc non fit in libello, nec ad publicam vindictam, nec cum ſubſcriptione, differt etiam à querela, quia hæc nudis tantum fit verbis. pag.172. num.15.

Quinque requiruntur conditiones in Accuſatione. Prima eſt, vt fiat in ſcriptis. Secunda, vt adſit nomen accuſatoris, & accuſati. Tertia, vt adſit ſpecies delicti. Quarta, vt apponatur locus, & tempus commiſſi criminis. Quinta, vt adſit ſubſcriptio accuſatoris, per quam ſe obligat ad pœnam Talionis; quæ tamen hodie non eſt in vſu, niſi tantum in crimine ſimoniæ. ibid. n.16.

Quilibet de iure communi accuſare poteſt, niſi ab ipſo iure prohibeatur; multi tamen ob multas cauſas accuſare non poſſunt; hodie vero, quia Iudex ex officio per inquiſitionem procedit, querelæ ab iſtis, qui de iure accuſare non poſſunt, porrectæ, nunquam reijciuntur. ibid. num.17.

Actor.

Ad excludendam actoris intentionem poſſumus vti pluribus titulis, non quidem collectiuè, ſed diſtributiuè. pag.188. n.12.

Reus contra actorem non poteſt ſe defendere duobus titulis directè contrarijs, cum ex ipſis alterum neceſſariò falſum eſſe oporteat. pag.189. num.13.

Actus.

Actus externus non addit nouam malitiam actui interno. pag.91. n.10.

Animus præcedentis actus declaratur ex poſtfactis. pag.229. n.7.

Quod eſt in obiecto, ſed non volito à peccante, accidit actui peccaminoſo, quamuis habeat eſſentialem connexionem cum ipſo obiecto, nec poteſt actum ſpecificare, nam ſpecificatur ab obiecto per ſe volito. pag.232. n.2. in fin. & pag.302. n.5.

Adulter.

Adulter, quamuis ſit cauſa vt ipſum maritus adulteræ aggrediatur, tamen cum ius ſe defendendi non amittat, licitè poteſt cum moderamine inculpatæ tutelæ ſeipſum, & adulteram defendere, etiam virum occidendo. pag.177. n.31.

Aggreſſus.

Aggreſſus Aggreſſorem occidens, quamuis graue damnum illi inferat, non peccat; ſicut nec peccat qui clam bona à ſuo debitore accipit; cum hæc ſit compenſatio. pag. 177. num.32.

Altare.

Fragmentum Altaris, ſeu lapidis conſecrati dum eſt vnitum dicitur conſecratum, poſt fractionem vero non remanet amplius conſecratum, & ideo abutens illo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori. pag. 63. n. 1. & 64. n. 5.

Altare conſecratum, quamuis remaneat immutatum ſiue in parte, ſiue in toto, diſſacratur totum ob ſigilli tantum motionem, & conſequenter eius partes. pag. 64. n. 5.

Si Altari conſecrato aliquid non conſecratum addatur, illud non execratur, ſed tanquam dignius trahit ad ſe non ſacrum; ſicut etiam quando oleo conſecrato non conſecratum miſcetur, vel veſtibus conſecratis; pannum non conſecratum adiungitur. pag. 296. num. 33.

Aqua benedicta.

Aqua benedicta eſt ab Eccleſia inſtituta ad certum effectum, præſertim ad dæmones pellendos, & vt dæmonis præſtigium, ſiue maleficium ceſſet. pag. 315. num. 5.

Aqua benedicta adhibita ad alium finem, quã ad inſtitutum ab Eccleſia facit ſortilegium qualificatum. pag. 316. n. 8.

Aqua benedicta qualificans ſortilegium ſupponit illud prius eſſe in ſe ſine tali qualitate hæreticali. ibid. n. 9.

B

Bellum.

NOn implicat bellum ex vna parte probababiliter iuſtum, & ex altera etiam probabiliter iuſtum; imò ſecundum Peſantium neque implicat ex vtraque parte ſimpliciter iuſtum. pag. 206. n. 2. in fin.

Bella licita ſunt, quamuis fiant ad defenſionem bonorum. pag. 304. n. 10.

Beneficium.

Suffragium non neceſſarium in beneficijs procurans mediante pecunia peccat peccato ſimoniæ. pag. 182. n. 8.

C

Carthuſianus.

CArthuſianus in mortis articulo non poteſt carnibus veſci, quia habet alios cibos illis æquiualentes; at ſi eſſet euidenter certus, comeſtionem carnium neceſſariam eſſe ad ſuæ vitæ ſubſtentationem, poſſet abſque ſcrupulo illas comedere; quia regula non comprehendit illicitum, & à natura prohibitum, imò difficillimum. pag. 242. num. 15.

Caſus reſeruatus.

Qui incidit in caſum reſeruatum in vna Diœceſi, ſi confiteatur in Diœceſi, vbi talis caſus reſeruatus non eſt, poteſt ſecundum Ledeſmam abſolui ibi à confeſſario inferiori. pag. 5. n. 8.

Qui incidit in caſum reſeruatum, ſed ignorat reſeruationem, incidit in caſum non reſeruatum, à quo poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiore; cum hic in talem pœnitentem habeat delegatam iuriſdictionem. pag. 6. n. 11.

Caſus reſeruati cum cenſura habent eundem finem, ac caſus reſeruati ſine cenſura, atque ambo reſpiciunt per ſe primò, & directè pœnitentes. pag. 7. num. 16.

Caſus dubiè reſeruatus per ſtatutum, quia ſtatutum non eſt ſufficienter circa ipſum promulgatum, ideo poteſt abſolui à quolibet confeſſario inferiori. pag. 9. num. 7.

Caſus non expreſſus habetur pro omiſſo. pag. 9. num. 8.

Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis. ibid.

Caſus Papales dubiè, vel clarè reſeruati, & caſus Epiſcopales clarè tantum reſeruatĩ non poſſunt abſolui à confeſſario inferiori; ſecus tamen caſus Epiſcopales dubij. p. 11. num. 13.

Abſolutus à caſu dubiè reſeruato ab Epiſcopo cum cenſura per confeſſarium inferiorem, etiamſi certioretur de reſeruatione, non tenetur ſe iterum præſentare ſuperiori. pag. 12 num. 1.

Caſus dubiè reſeruatus durante dubio reſeruatus non eſt; vnde abſolutus ab illo dicitur abſolutus à non reſeruato. pag. 14. n. 11. & pag. 15. n. 14.

Poteſtas abſoluendi à caſibus reſeruatis dari poteſt pro aliqua circumſtantia, & tempore, quibus ceſſantibus, poteſtas ipſa ceſſat. pag. 15. n. 15.

Caſus commiſſus, vbi reſeruatus non eſt, poteſt abſol-

abſolui à confeſſario inferiori in loco vbi reſeruatus eſt.pag.36.n.1.& 37.n.3.

Incidens in caſum reſeruatum cum cenſura inuincibiliter ignorans reſeruationem, & cenſuram, etſi in cenſuram non incurrat,incidit tamen, ſecundum Merollam,in reſeruationem; ſi reſeruatio ſit facta ab Epiſcopo,ſecus ſi à Pontifice. pag. 52.n. 10. in fin.

Cauſa.

Cauſa moralis directa alicuius effectus dicitur, quæ per ſe effectum illum intendit,vel præcipiendo, vel conſulendo, vel efficiendo; Cauſa vero moralis indirecta dicitur, quæ poteſt,& tenetur effectum euitare, & non euitat.pag.88.n.2.

Effectus dependens à cauſa ſiue efficienti,ſiue formali quamuis extrinſeca, quia ab iſtis cauſis ſpecificatur ſiue extrinſecè, ſiue intrinſecè indifferens eſſe non poteſt.pag. 90.num.7.

Vti effectu bono præuiſo in cauſa mala malitia operantis, & non ex connexione neceſſaria cum tali cauſa,nullum eſt peccatum. pag. 106.n.3.

Petens tunc dicitur cauſa moralis rei petitæ malæ,quando malitia eſt inſeparabilis à tali re,at quando eſt ſeparabilis, & non ſeparatur malitia correſpondentis, tunc non petens dicitur cauſa moralis effectus mali, ſed operans tantum.ibid.n.4.

Cauſa moralis damni, quando tenetur ex officio illud euitare,ad reſtitutionem obligat. pag.198.n.3.

Quando cauſa incipit,priuilegium attēditur. pag.271.n.26.

Cauſa eſt materia,ſeu origo negotij.ibid.

Agitatio cauſarum ſæcularium eſt prohibita in Eccleſia fieri cum ſtrepitu, ſecus ſi ſine ſtrepitu iudiciali fiat,& ideo proceſſus formatus,& ſententia prolata in Eccleſia cum ſtrepitu à iudice ſæculari ſunt ipſo iure nulla.pag.292.n.22.& 293.& n.25.

Cenſura.

Sciens tantum incidit in cenſuram,vel pœnā, & ideo cenſura fertur contra contemnētes, & contumaces debita monitione præcedente. pag.3.num.2.

Cenſura poteſt abſolui à Pontifice ſub conditione,etiamſi poſſibilis tātum ſit,nulla præcedente Rei accuſatione. pag. 13. num. 4.

Cenſura ſine noua culpa non redit. pag. 14. num.9.

Cenſura in caſu dubiè reſeruato,etſi in ſe reſeruata ſit, ſuſpenditur tamen reſeruatio durante dubio: vndè ſi ceſſat dubium reſeruatio redit.pag.15.nu.15.

Cenſura ſemper manet,& habet effectum ſuū, vſque dum ab infligente non ſuſpenditur. pag.21.n.15.

Cenſura impedit acceſſum ad ſacramenta tam reſpectu caſus cenſurati, quam non cenſurati.pag.36.n.15.

Cenſura prolata ab Ordinario afficit proprios ſubditos in propria Diœceſi, non tamen alienigenas; vnde hi nunquam dicuntur talis legis trangreſſores.ibid.n.2.

Cenſura,& reſeruatio eodem modo ſe habent pag.37.nu.5.

Finis cenſuræ coincidit cum fine reſeruationis, & ſic qui finem cenſuræ non violat, nec finem reſeruationis violare dicitur. ibid.n.6.

Ablata cenſura à peccato reſeruato auſertur etiam reſeruatio, ſiue ſit ab Epiſcopo,ſiue à Pontifice,ſecundum ConincK, & Fagūdez pag.44.n.3.

In articulo,vel periculo mortis cenſuræ reſeruatio ceſſat.pag.47.n.3.

Cenſura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes, conſulentes,auxilium,vel fauorem præſtantes,niſi hoc exprimatur.pag.71.n.8.& 103.n.5.

Charitas.

Ordo charitatis poſtulat,vt bona mea ordinētur ad conſeruandam vitam proximi, non vero ad conſeruandum proximum in praua voluntate.pag.302.n.3.& 304.n.13.

Cum maiori dilectione proximi, quam rerum ſtat, quod poſſim bona mea defendere aliquando non curando de proximi vita; dilectio enim proximi mihi imminet in communi extra caſum, tutela autem rerum mearum mihi imminet ex cura particulari.pag.304.n.12.

Clauſula.

Clauſula in fine poſita ſemper refertur ad præcedentia.pag.155.n.6.

vide Facultas.

Clauſura.

Epiſcopi ſunt delegati Apoſtolici in ordine ad poſitionem, conſeruationem, & reſtitutionē clauſuræ Monialium, etiam exemptarum. pag. 120. n. 19.

Spectat ad conſeruationem clauſuræ, & ad ipſius decentiam prohibitio loquutionis cum Monialibus. ibid. & pag. 122. n. 22.

Intra Monialium clauſuram admittuntur nō ſolum Puellæ *cauſa educationis, ſed etiam (de licentia* Sacræ Congreg.*) aliæ fæminæ, quæ veniunt in ſuſpicionem adulterij, vel timent ſæuitiam proprij viri, cum conſenſu tamen* Ordinarij*, Abbatiſſæ, & Monialiū.* pag. 154. n. 2.

Item admittuntur aliæ Ancillæ ſæculares ad vſum Monialium infirmarum, vel Monaſterij; item admittuntur viduæ ad finem ibi permanendi. ibidem.

Vide Moniales, Monaſterium, Loquutio, Regulares.

Clerici.

Clerici, non accedentes ad proceſſiones publicas, quibus intereſſe præcipitur ab Epiſcopo ſub pœna excommunicationis; ſicut clerici comam nutrientes, quam nutrire non poſſunt ſub pœna excommunicationis, mortaliter non peccant, ſi hæc faciant ſine contemptu, temeritate, vel contumacia. pag. 161. n. 8.

Clericus actor coram iudice ſeculari reconueniri poteſt coram eodem iudice. pag. 171. num. 11.

Clericus falſum malitioſè deponens coram iudice ſæculari in graue damnum tertij ſine licentia ſui Epiſcopi, vel non in cauſa reconuentionis, non incidit in caſum diæceſanum cenſuratum; ſecus vero ſi de licentia Epiſcopi deponat. ibid. n. 12.

Clerici fori priuilegio gaudentes ſunt in triplici differentia, nam alij ſunt Clerici *ſimpliciter, alij* Clerici *coniugati, alij* Clerici*, ſiue* Diaconi *ſaluatici.* pag. 247. n. 1.

Clerici ſimpliciter, vt gaudeāt priuilegio fori, debent aſcribi alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, & incedere in habitu, & tonſura copulatiuè tamen, non diſiunctiuè ſecundū aliquos; at alij oppoſitum ſentiunt. ibidem. num. 2.

Clericus habitum non portans ex aliquo accidenti ad breue tempus, vel ratione paupertatis, vel ob aliam iuſtam cauſam, gaudet priuilegio fori. pag. 248. n. 3.

Clericus tonſuram non deferens ratione caluitiei, vel ob aliam infirmitatem gaudet priuilegio fori. ibid. n. 4.

Clericus non deferens tonſuram, ſed habitum tantum, ſi alicui Eccleſiæ de facto de mandato Epiſcopi deſeruiat, gaudet priuilegio fori. ibid.

Clericus tonſuram nō deferens an peccet mortaliter diſtinguunt DD. *vel eſt in ſacris, vel in minoribus, ſi eſt in ſacris, nonnulli putant, quod peccet mortaliter, excuſatur tamen ratione paruitatis materiæ; ſi eſt in minoribus, peccat tantum venialiter ſecundum alios.* ibid.

Clericus, qui fori priuilegiū in manibus Epiſcopi renunciauit, ſi in tali ſtatu delictum commiſit, & poſtea habitum reaſſumit, etiā contradicente Epiſcopo, & prohibente ſub pœna excommunicationis, gaudet priuilegio fori. ibid. n. 5.

Qui clericatum aſſumit poſt commiſſum delictum etiam in fraudem, etſi à iudice ſæculari ſit præuentus per proceſſum, capturam aut per fideiuſſionem de ſe præſentando, gaudet priuilegio fori, quoad perſonam, nō quoad bona; dummodo bona ſint per ſe obligata, non ratione perſonæ. ibid.

Clericus, qui delictum commiſit tempore clericatus, etiamſi poſtea vxorē ducat, eſt recognoſcendus à iudice Eccleſiaſtico. ibid.

Clericus inſeruiens alteri Eccleſiæ, quā aſcriptæ, etiamſi ſit cappella conceſſa ab Epiſcopo in Oratorium confraternitati laicorum, gaudet priuilegio fori. pag. 249. n. 6.

Clericus, ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, debet Eccleſiæ aſſignatæ ſeruitium præbere in diuinis, & non bis, aut ter, ſed cum morali perſeuerantia; & mandatum pro tali ſeruitio debet eſſe expreſſum: ſufficit tamen ſi ſit oretenus, & fieri debet tempore ordinationis, non extra. ibid.

Clericus non aſcriptus Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, ſi de facto Eccleſiæ inſeruiat, gaudet priuilegio fori. ibid.

Clericus, etiamſi Eccleſiæ non inſeruiat, ſi tamē per paucas vices proceſſionibus, & choro interſit, & in ſynodo obedientiā præſtet, gau-

gaudet priuilegio fori. ibidem.
Clericus nec habitum, nec tonſuram deferens, nec Eccleſiæ inſeruiens, ſi beneficium Eccleſiaſticum poſſidet, priuilegium fori non amittit, etiamſi clericatui renunciauerit. pag.250.n.7.
Clericus ſi habet tantum titulum beneficij, & collationem ſine poſſeſſione, gaudet priuilegio fori. ibid.
Clericus ſi habet poſſeſſionem beneficij ſine redditibus, gaudet priuilegio fori. ibid.
Clericus qui habet beneficium inualide obtentum, dummodo poſſeſſionem illius habeat, gaudet priuilegio fori. ibid.
Clericus habens beneficium modici valoris gaudet priuilegio fori. ibid.
Clericus habens Cappellaniam perpetuam, vel coadiutoriam à Papa, vel Fratantiam pro comitandis Cadaueribus, gaudet priuilegio fori. ibid.
Clericus, qui Penſionem habet ſuper aliquo beneficio, multi dicunt, quod gaudeat priuilegio fori. ibid.
Clericus ordinatus per ſimoniam, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ab Epiſcopo impedito impedimento iuris, ſcilicet interdicto, excommunicato, vel ſuſpenſo gaudet priuilegio fori. ibid. n.8.
Clericus ordinatus ab Epiſcopo non ſuo ſine litteris, vel cum litteris dimiſſorialibus falſis, non gaudet priuilegio fori. pag.251.num.8. in fine.
Clericus ordinatus cum litteris dimiſſorialibus Capituli ad minores ordines infra annum à die vacationis Sedis Epiſcopalis non gaudet priuilegio fori. ibid.
Clerici non gaudentes priuilegio fori gaudent priuilegio, Cap. Odoardus, ſecundum aliquos. ibid.n.9.
Nomine clericorum in fauorabilibus veniunt non ſolum clerici in minoribus, & ſacerdotes, ſed etiam clerici coniugati, & Diaconi Saluatici, qui omnes exempti ſunt à iuriſdictione laicali, veniunt etiam Regulares; & religioſi. pag.252.n.12. & 13.
Trahens clericum ad tribunal ſæculare cum ignorantia vincibili de clericatu non incidit in caſum reſeruatum cum cenſura. pag. 259.n.28.
Clericus renunciare non poteſt priuilegio fori, etiam de conſenſu Epiſcopi. pag. 260.num. 30. & 268. num.16.
Qui clericum citare facit ad comparendum coram iudice laico non incidit in caſum diœceſanum prædictum, ſi clericus non compareat, at talis citans excommunicari debet. pag.261.n.1.& 2.
Clericus in iudicio vocatus, ſi reſpondeat, mortaliter peccat, niſi eſſet clericus in minoribus, & clericatum deſerere intenderet. ib. num.2.
Clericus obligatus tempore clericatus, ſi efficiatur ſæcularis, & amittat priuilegium fori, pro tali obligatione eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico. pag.263.n.1.& 265.n.3.
Clericus, qui ducit viduam, vel ab alio corruptam, vel militiam exercet, quamuis amittat priuilegium clericatus, tamen iudex Eccleſiaſticus non amittit ius acquiſitum in ipſum. pag.266.n.9.
Clericus tempore clericatus delinquens nec actu, nec habitu, nec potentia eſt ſubiectus iudici ſæculari ſecundum DD. ciuiles. ibidem.
Quod clericus ſit recognoſcendus ab Eccleſiaſtico eſt ex priuilegio iuris diuini, ſiue poſitiui. ibidem.
Clericus non reſidens, etſi ſit extra diœceſim, dicitur tamen delinquere in diœceſi, quia peccat peccato omiſſionis; & peccatum omiſſionis in eo loco dicitur commiſſum, in quo tenetur quis actum ponere. pag. 268. num.15.
Conditio clericatus adueniens ſæculari delinquenti facit mutare ſtatum, & cõditionem, conditio vero laicalis adueniens clerico facit mutare forum, & non ſtatum. pag.271. num.23. in fine.
Clericus delinquens effectus ſæcularis ſemper eſt remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum, ſiue ſit præuentus, ſiue non. ibid. n.24.
Clericus non poteſt eſſe actor in cauſa criminali, ſi agatur ad vindictam ſanguinis, ſecus vero ſi de tali pœna non agatur. pag.277. num.9.
Clericus non incedens in habitu, & tonſura, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeat, non tam fori priuilegium amittit, quam etiam cætera omnia priuilegia quomodolibet cle-

Digitized by Google

ricis conceſſa. pag. 279. num. 1. 2. & 3.

Clericus incedens in habitu, & tonſura, quamuis nulli Eccleſiæ inſeruiat, probabiliter gaudet priuilegio Canonis. pag. 282. n. 6.

Clerici Coniugati.

Clericus coniugatus, qui vnicam, & virginem ducit, & habitum clericalem, & tonſuram defert, ſi alicui Eccleſiæ inſeruit, gaudet priuilegio fori in criminalibus tantum ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, non in merè ciuilibus. In regno tamen noſtro ratione conſuetudinis gaudent tam in ciuilibus, quam in criminalibus; etſi aliqui DD. putent, quod ſimpliciter gaudeant ſecluſa omni conſuetudine. pag. 251. n. 10. & 274. numer. 2.

Clericus viduam, vel corruptam ducens, etiam ſi alia requiſita habeat, non gaudet priuilegio fori, niſi mulier illa ab ipſomet corrupta fuit. ibidem.

Clericus Græcus ſemper gaudet priuilegio fori ſiue ante, ſiue poſt matrimonium ordinetur, ſiue habeat, ſiue non habeat requiſita prædicta. ibid.

Clericus coniugatus ſi habitum dimittat, & tonſuram, & poſtea illa reaſſumat, gaudet priuilegio fori. ibidem. Quod verum eſt etiamſi reaſſumat poſt citationem pro debito ciuili, & ob contumaciam condemnetur, dummodo ſecluſa fraude hoc faciat; tunc enim non poteſt à iudice laico incarcerari. ibidem.

Clericus coniugatus ſi ſit captus in crimine ſine habitu, & tonſura, & deinde fugiat à carceribus, & habitum, & tonſuram reaſſumat inſeruiendo alicui Eccleſiæ, gaudet priuilegio fori. pag. 252. n. 10. in fin.

Clericus coniugatus eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico in liquidatione inſtrumenti; vnde liquidans illum coram iudice laico incidit in caſum diœceſanum cum cenſura. pag. 273. n. 1.

Confeſſarius inferior.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem, qui inualidè confeſſus fuit peccata reſeruata coram legitimo ſuperiore; vel illa irrationabiliter omiſit, dum confitebatur. pag. 7. num. 15.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere à peccato dubiè reſeruato, ſiue dubium ſit iuris, ſiue facti; nam dum Epiſcopus poteſt illud reſeruare ſub dubietate, & non reſeruat, tribuit iuriſdictionem ipſi confeſſario inferiori. pag. 8. à num. 1. & conſequenter habet poteſtatem directam abſoluendi ab eodem peccato dubio. pag. 14. num. 8. & pag. 58. n. 7. & 68. n. 3.

Confeſſarius inferior licitè poteſt abſoluere pœnitentem non nominatim excommunicatum, ſi per ipſum pœnitentem non ſteterit, quin à Superiore abſoluatur. pag. 22. n. 1. & pag. 30. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem ab excommunicatione lata ab Epiſcopo per ſententiam generalem, ſi reſeruata non ſit; ſicut poteſt etiam abſoluere ab excommunicatione lata, & non reſeruata in corpore iuris. pag. 24. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt licitè, & validè abſoluere pœnitentem à reſeruatis ſine cenſura ſimul, & à non reſeruatis, & poſtea pro reſeruatis eum mittere ad Superiorem. pag. 30. n. 2. Et hoc ſecundum vſum Eccleſiæ, at repugnat vſui Eccleſiæ, vt ſimplex ſacerdos à venialibus tantum abſoluat, & pro mortalibus mittat pœnitentem ad confeſſarium iuriſdictionem habentem. pag. 32. num. 7.

Confeſſarius inferior non poteſt abſoluere directè à reſeruatis, quando abſoluit à non reſeruatis; ſed abſoluendo directè à non reſeruatis, ſimul abſoluit indirectè à reſeruatis. pag. 32. n. 6. & 35. n. 13.

Confeſſarius inferior habet iuriſdictionem integram ad abſoluendum vinculum peccati in ordine ad Deum, non vero ad ſoluendum vinculum iniectum ab Eccleſia. pag. 33. n. 9.

Confeſſarius inferior non eſt legitimus iudex in ordine ad caſus reſeruatos ſolitariè à pœnitente confeſſos; at eſt legitimus iudex in ordine ad caſus non reſeruatos, & reſeruatos ſimul confeſſos, quoad Deum ſimpliciter, quoad Eccleſiam ſecundum quid. ibid.

Confeſſarius indirectè abſoluens pœnitentem à peccatis reſeruatis, non excludit directam abſolutionem à non reſeruatis, quæ eſt principalis finis inſtitutionis ſacramenti pœnitentiæ. pag. 33. n. 10.

Confeſſarius inferior abſoluens à non reſer-

natis,

natis, & reſeruatis ſimul per ſe, & directè vtitur remiſſione in ordine ad Deum ad ſoluendum vinculum peccati, indirectè vero vtitur ea in ordine ad Eccleſiam quoad reſeruata. pag. 34. num. 10. in fin.

Confeſſarius inferior poteſt pœnitentem abſoluere à caſibus reſeruatis in ſua Diœceſi, ſi pœnitens illos commiſit vbi reſeruati non erant. pag. 36. num. 1. & 37. num. 3.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere Peregrinum à caſibus reſeruatis, & commiſſis extra Diœceſim confeſſarij, non tamen proprios ciues, nam hi dicuntur tranſgreſſores ſtatuti, non tamen ille. pag. 37. num. 4.

Iuriſdictio Confeſſarij inferioris in Peregrinum habetur à proprio Epiſcopo, vel ſaltem dependenter ab illo, non tamen limitata, niſi exprimatur. pag. 38. num. 9.

Confeſſarius inferior à caſibus reſeruatis, à quibus poteſt abſoluere ſubditos, poteſt etiam Peregrinos. pag. ead. num. 10.

Confeſſarius inferior poteſt Peregrinum abſoluere à caſibus commiſſis in Diœceſi in qua ſunt reſeruati, ſi in loco ipſius Confeſſarij reſeruati non ſint; quod verum eſt etiamſi Peregrinus data opera, & ad finem recipiendi abſolutionem à talibus caſibus reſeruatis ad talem confeſſarium inferiorẽ extra Diœceſim accedat. pag. 39. num. 1.

Confeſſarius inferior eamdem poteſtatem habet circa Peregrinos, ac circa ciues; at in Peregrinos habet poteſtatẽ tacitè ab Epiſcopo ipſius Peregrini; expreſſè vero ab Epiſcopo ſuo. ibid. num. 2.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem à caſibus reſeruatis extra Diœceſim commiſſis, licet in loco commiſſionis ſint etiam reſeruati. pag. 41. num. 3.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem à caſibus reſeruatis, & commiſſis intra Diœceſim, ſed in loco exempto, ſecundum Henriquez. pag. 42. num. 8.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem à caſibus reſeruatis, qui dum confeſſus eſt cum potente à talibus reſeruatis abſoluere, inculpabiliter eſt illorum oblitus, vel rationabilem habuit cauſam illos non confitendi. pag. 43. n. 1.

Confeſſarius inferior abſoluens peccata reſeruata, in quæ poteſtatem non habet, ſimul cũ non reſeruatis ob iuſtam cauſam, explicitè, & indirectè à reſeruatis abſoluit. p. 44. n. 3.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem à peccato, in quo fundatur excommunicatio, ſi abſolutus fuit à Pœnitentiario extra confeſſionem ab excommunicatione reſeruata. pag. 51. n. 10.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere diuinationem factam ſine abuſu Sanctiſſimi Sacramenti, vel ſacramentalium. pag. 54. num. 4.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere Sacerdotem vngentem moribundum Oleo Chriſmatis, quia non incidit in caſum reſeruatum. pag. 55. n. 10.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere mulierem, quæ abuſa eſt Oleo Sancto ad captandum amorem proprij viri pag. 57. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere abutentes fragmento altaris, ſiue Petra conſecrata. pag. 63. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem, qui abuſus fuit pſalmo ad mouendum anulum ſuper filum, vt diuinet aduentum ſponſi adulteræ. pag. 65. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem, qui abuſus fuit Sanctorum reliquijs, vel Candela, Incenſo, Aqua, Paramentis ſacerdotalibus, aut altaris tobaleis benedictis ad diuinationem, ſortilegium, vel beneficium. pag. 67. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pęnitentem, qui abuſus fuit perſona, vel loco ſacro. ibid. n. 4. & pag. 68. n. 1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere abutentes magnete, ſiue alia re baptizata, ſiue ſuper qua fuerit celebrata Miſſa. pag. 67. n. 6.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere deferentem reliquias Sanctorum ob ſui defenſionem in vaſe ſuperſtitioſo; nam quia hic talis non defert illas ad illicitos vſus, ideo non incidit in caſum diœceſanum reſeruatum. ibid. n. 7.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere mulierem, quæ ad finem obtinendi inhoneſtos amplexus Parrochi finxit ſe infirmam, & indigere viatico, etſi de facto per tale medium potita ſit ſuum deſideriũ; quia licet ſacrilegiũ cõmittat, tamẽ nõ eſt in genere ſuperſtitionis, ſed irreligioſitatis. p. 69. n. 1. & 2.

Con-

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere inſtruentem, vel conſulentem abuſionem Sacramentorum. pag.70. num.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere eum, qui ratam habuit abuſionem Sacramentorum. pag.72. num.9.& 10.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere permittentem ſortilegia fieri in propria domo, ſicut etiam non impedientes. ibid.n.11.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere mandantem fieri veneficium cum abuſu Sanctiſſimi Sacramenti, vel Olei Sancti, ſi antequam ſequatur abuſus ſe pœnituit. pag.73. numer.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere mandantem fieri veneficium cum abuſu Sacramentorum, ſi dubitet an mandatum ſit opere completum. pag.77. n.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere ementes imagines, ſiue anulos ad dæmonem ibi conſtringendum. pag.80. n.8.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere illum, qui dæmoni fictè promiſit obſequium, quia ſi non eſt veneficus, vel profeſſor veneficij, non incidit in caſum reſeruatum diœceſanum, quamuis peccet mortaliter. pag.81. num.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere vtentem ligaturis veneficorum ad auertendũ adulterum ab illegitimo cohitu cum adultera. pag.96. n.8.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere vtentem verbis expreſſe dæmonem innocantibus, ſi cum ignorantia inuincibili comitante tertio modo illis vtatur; id eſt, cum ignorantia innocationis, & voluntate expreſſa innocandi dæmonem. pag.98. n.1. & 102. n.11.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere conſulentem Negromantem, vel dantem conſilium alijs, vt ipſum conſulant, vel pergentem ad ipſum, vel ſuadentem alijs vt ad ipſum pergant, quia talis non vtitur incantationibus. pag.103. n.1. & 2.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere maleficiatum, qui à malefico ſciente tantum via ſuperſtitioſa maleficium ſoluere ſolutionem petijt. pag.105. n.2.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere pœnitentem, qui loquutus eſt cũ puellis in Monaſterio degentibus cauſa educationis de rebus obſcœnis ſub pratextu licentia: ſecus vero dicendum eſt de loquente de ijſdem rebus ſub pratextu licentiæ cum Monialibus, vel Nouitijs. pag.126. num.32.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere eum, qui loquutus eſt cum Monialibus de rebus obſcœnis, ſed non ſub pretextu licentiæ, dummodo loquutus ſit ad breue tempus. pag. ead. n.33. & 128. num.38.

Confeſſarius approbatus circa ſæculares tantum habet præceptum non abſoluendi moniales directè tantum à mortalibus, ſicut poteſtatem habet directè abſoluendi ſæculares à mortalibus. pag.135. n.11. & 14.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere ſcribentem, & mittentem epiſtolam obſcœnam Moniali, ſi Epiſtola ex diligentia alicuius ad manus Monialis non peruenerit. pag.162. num.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere deponentem falſum in iudicio ex vi tormentorum. pag.171. n.14.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere teſtem falſum malitioſè deponentem in iudicio contra innocentem in cauſa criminali, vel in ciuili in graue damnum alterius, ſi tamen talis teſtis fuit examinatus quartus in ordine, & conſequenter poſt quam reus, ſiue debitor fuit conuictus. pag.180. n.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere teſtem ſe ſubſcribentem chirographo, ſiue Apoca bancali falſa, & deponentem in iudicio talem ſcriptum in tali apoca eſſe vere debitorem; ſi tamen talis præſumptus debitor fuit à iudice abſolutus. pag.183. n.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere eum, qui falſum inſtrumentum confingere fecit à Notario de vero credito, quod recuperare non poterat, ſi eo vſus ſit in iudicio. pag.185. num.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere teſtem, qui veritatem in iudicio dicere iurauit, & poſtea illam tacuit in graue damnum tertij. pag.198. n.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere teſtes, qui falſum in iudicio ſine iuramento depoſuerunt in graue damnum tertij; vel contra innocentem. pag.202. n.1.

Confeſſarius inferior poteſt abſoluere vulnerantem aliquem lethaliter in Eccleſia, ſi ante-

antequam vulneratus moriatur talis vulnerans eliciat actum contritionis, & velit abſolui.pag.307.n.6.

Confeſſarius ſollicitans.

Confeſſary approbati, vel approbandi, ſi ſollicitent in cōfeſſione incidūt in caſū diœceſanū reſeruatū cū cēſura; & ideo ſimplex ſacerdos, ſi fingit confeſſiones audire, & ſollicitet, non incidit in prædictum caſum; imò neque eſt denunciandus ex vi bullæ Gregorij XV. dummodo communiter non extimetur confeſſarius.pag.213.nu.1.& 2.& pag.219.nu.14.

Clerici, ſiue laici fingentes ſe confeſſarios ſi pænitentes ad turpia ſollicitent, nec incidunt in caſum prædictum, nec ſunt denunciandi ex vi bullæ Gregorij XV. pag. 214. nu.3. etſi ſint denunciandi tanquam de hæreſi ſuſpecti, ſi tribuant abſolutionem ſacramentalem; ſecus ſi illam non tribuant. ibid.nu.4.

Confeſſarij ſollicitantes ſunt ſuſpecti de hæreſi, de leui quidem, non tamen de vehemēti vt plurimum; quamuis ex diuerſis circūſtantijs poſſint eſſe ſuſpecti de vehementi. pag.216.n.8.

Confeſſarius ſollicitās, ſi valide Sacramentū contulit, abiurare debet de vehementi, ſecus ſi inualide; quia tūc Sacramento non abutitur.ibidem.

Non ſolum confeſſarij ſollicitantes in confeſſione ſunt ſuſpecti de hæreſi, & conſequenter denunciandi, ſed etiam ſollicitantes in confeſſionario, quamuis nulla habita, vel ſimulata confeſſione.pag.217.n.9.

Confeſſarius ſiue ante, ſiue poſt confeſſionem ſollicitans ſacrilegium committit neceſſario in confeſſione exprimendum. pag.218. num.11.

Pænitens tenetur ſub mortali confeſſarium ſollicitantem denunciare, quamuis concurrant multæ conditiones bonæ in fauorem confeſſarij.ibid.n.12.

Non tantū ſollicitati, ſed etiam quomodocūque ſcientes, etſi ſub ſigillo naturali, vel iuramento confeſſarios ſollicitantes denunciare tenentur ſub mortali, & ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ. ibidem. num.13.

Ad probandum plene confeſſarium ſollicitantem vt ſit reus pæna ordinaria præter teſtes ſingulares, requiruntur etiam inditia, & alia adminicula; vt autem ſit reus pæna extraordinaria teſtes ſingulares ſufficiunt ſine adminiculis.pag.220.n.18.

Vnica fæmina nec ad capturam, nec ad torturam inditiat confeſſarium ſollicitantem, quamuis ſit honeſtiſſima.ibid.n.19.

Confeſſarij ſollicitantes conuicti, & confeſſi ſemper ſunt torquendi circa intentionem, non conuicti vero, vel non confeſſi torquendi ſunt pro veritate habenda. ibid. num.20.

Confeſſarius conuictus de verbis importantibus clare ſollicitationem, ſed negans ſe habuiſſe animum ſollicitandi non eſt torquendus circa intentionem, ſed haberi debet pro conuicto de tali intentione; ſi vero verba ſint dubia de ſollicitatione, tū ſi cōfeſſarius ſit malæ famæ poteſt torqueri circa eius intentionem, ſi vero ſit bonæ famæ, tunc eſt ei credendum ſine tortura, ſecundū Molfeſium.pag.221.n.20.in fin.

Confeſſarij ſollicitantes occaſione, vel prætextu confeſſionis ſunt denunciandi. ibidem. num.21.

Pro caſu graui ſollicitationis confeſſarij ſollicitantes ſunt perpetuo priuandi munere audiendi confeſſiones, imò ſi per multos annos ſollicitauerint sūt etiā ſaltem per decēnium detrudendi in carcere; regularis vero carceratur, ſed non in conuentu in quo audiebat confeſſiones, & ante carcerationē fuſtibus eſt caſtigandus à religioſis ſui conuentus per coronam præſente notario Sanctæ Inquiſitionis.pag.222.n.23.in fine.

Quod ſi caſus non ſit ita grauis ſollicitans priuatur munere audiēdi confeſſiones mulierum in perpetuū, & virorum per aliquot annos, & pro duobus ſaltem annis in Monaſterio detruditur; Regularis vero priuatur voce actiua, & paſſiua, & vltimum locū in ſuo Monaſterio tenebit, & aliquoties sētentia iterum per ſecretarium conuentus legetur praſētibus omnibus religioſis.ibid.

Confeſſarius ſollicitans inceſtuoſus, & rem habens cum filijs ſpiritualibus, adulter, vel ſacrilegus ſemper eſt deponendus, imò ſecūdum Souſam, quamuis ad actum non perueniat.pag.223.n.28.

Pæna

Pœna ſuſpenſionis, & priuationis beneficiorũ, cum ſit mitior, frequenter imponitur confeſſarÿs ſollicitantibus, hoc tamen ordine, vt prima vice admoneatur, & arbitrariè puniatur. Secunda vice priuetur per tres menſes beneficiorum fructibus. Tertia vero in perpetuum; dummodo prima vice non ſit ita enormis ſollicitatio, vt ſtatim debeat beneficÿs priuari. pag. 224. n. 29.

Pœna ad triremes quamuis arbitraria ſit, nõ debet tamen infligi niſi in grauiſſimis cauſis, vti eſſet ſi pluries monitus ſollicitans ſepe dilaberet, aut ſi horrendam iniuriam ſacramento faceret, aut ſi ſimul matrem, & filiam, vel duas germanas cognoſceret, aut in eodem confeſſionario filias ſpirituales ſollicitando defloraret. ibid. n. 30.

Pœna degradationis actualis ad finem tradẽdi reum curiæ ſeculari eſt imponenda confeſſario ſollicitanti, ſi inueniatur hæreticus, vel ſi committeret in ſollicitatione crimen aliquod, cui degradationis pœna de iure imponitur, vel ſi ter monitus, & alias punitus in idem crimen dilabatur. pag. 224. nu. 31.

Confeſſarÿ ſollicitantes, vel turpia, & inhoneſta verba tractantes in ſacramento pœnitẽtiæ ſunt tantum denunciandi, non vero alÿ abutentes ſacramento pœnitentiæ. pag. 229. num. 6.

Confeſſarius ſollicitans pœnitentes ad alia peccata non inhoneſta, nempè ad furtũ &c. quamuis ſacramento pœnitentiæ abutatur, non eſt denunciandus. ibid.

Confeſſarius pœnitentem oſculans abſq; animo prouocandi illam ad malum non dicitur illam ſollicitare, maximè ſi talis prouocatio non fuit ab ipſo præuiſa. pag. 230. n. 9.

Confeſſarius contentus tantum oſculari pœnitentem, à qua ſollicitatur ad fornicandum incidit in caſum diœceſanum prædictum, & eſt denunciandus, non tantũ ratione ſollicitationis, ſed ẽt ob illicitos, & inhoneſtos ſermones habitos. pag. 231. num. 1. & 233. num. 6.

Si confeſſarius ſollicitatus à pœnitente ad tactus, oſcula, & copulam &c. ſe determinèt ad oſcula tantum, etſi non incidat in caſum prædictum, eſt tamen denunciandus; at ſi ſollicitatus ad copulam tantum, ſe determinet ad oſcula, & incidit in caſum prædictũ cum cenſura, & eſt denũciandus. pag. 232. num. 4.

Confeſſarius minis grauibus inductus ad rẽ habendam cum pœnitente in actu confeſſionis nec in caſum diœceſanum incidit, nec eſt denunciandus. pag. 235. num. 1. & 243. num. 19.

Confeſſarius ſollicitans eſt denũciãdus ex vi ſolius præcepti Eccleſiaſtici. pag. 238. n. 7.

Confeſſio.

Integritatis confeſſio habetur à pœnitente manifeſtante omnia peccata tam reſeruata, quam non reſeruata confeſſario inferiori. pag. 31. n. 5.

Confeſſioni explicitæ explicita abſolutio reſpõdet, ſicut Confeſſioni implicitæ implicita abſolutio. pag. 44. n. 4.

Conſuetudo.

Qui duabus vicibus aliquod atrox delictum committit, dicitur ex conſuetudine illud agere; licet in negotÿs ciuilibus duæ tantũ vices non ſufficiant ad conſuetudinem inducendam. pag. 104. n. 9.

Conſuetudo peccandi arguit in foro externo contemptum, non vero in foro interno. pag. 114. n. 2.

Nec conſuetudo, nec vſus datur contra ius diuinum. pag. 134. n. 9.

Conſuetudo eſt optima legum interpres. pag. 114. n. 6.

Conſuetudo explicans iura nihil de nouo conſtituit, ſed quod factum eſt demonſtrat. pag. 311. n. 5.

Conſulens, Conſultus, & Conſilium.

Conſulens abuſionem Sacramentorum, vel rei cõſecratæ, quãuis graue ſacrilegium cõmittat; non tamen incidit in caſum diœceſanũ reſeruatum, & ideo poteſt abſolui à quocũque confeſſario inferiori. pag. 70. n. 1.

Conſultus ab aliquo remanet in ſua libertate, & ideo quando exequitur conſilium nomine proprio dicitur exequi, non nomine conſulentis. ibid. n. 2.

Conſulens iudici, vt inferat mortem reo ea digno, nõ eſt irregularis. pag. 71. n. 3. in fin.

Conſulens licet non agat per eum cui conſiliũ dedit, tenetur tamen de malo conſilio. ibid. num. 5.

Conſulens dubitans an talis reſeruatio ſe extendat

tendat ad ipſum poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori.ibid.n.8.

Conſilium differt à lege, quia lex vim obligãdi continet,Conſilium vero,etiamſi à Superiore detur,nũquam vim obligandi habet, ſed ſemper indulgentiam, & licentiam faciendi oppoſitum continet.pag.70.n.3.

Conſilium eſt triplex, nempè Exhortationis, Approbationis, & ſimplicis Opinionis; & nunquam neceſſitatem important.pag.71. num.4.

Contemptor Contemptus.

Contemnens ſe præſentare ſuperiori excommunicanti,ſi fuit abſolutus ab excommunicatione cum tali conditione,reincidit in eãdem excommunicationem.pag 28.n.13.

Non dicitur verè contemptor, qui non facit, quod facere tenetur, ex negligentia,ira,aut concupiſcentia; ſiue per modum actus, ſiue per modum habitus.pag.114.n 2.

Contemptus arguitur ex conſuetudine peccandi in foro fori, non vero in foro conſcientia.ibidem.

Qui non facit,quod facere tenetur,nõ dicitur doloſus contemptor.pag.ead.n.4.

Nec dicitur doloſus contemptor, qui caſu,non autem deliberatè contra legem facit.ibid.

Verus contemptor dicitur, qui negat obedire negando auctoritatem, & poteſtatem legislatoris. Qui de recenti monitus ne faciat prohibitum à ſuperiore, vult contra prohibitionem agere. Qui cogit aliquem ad faciendum aliquid contra ſuperioris præceptum. Qui facit contra ſpeciale præceptum, & Qui facit contra inhibitionem ſuperioris,ne procedat in aliqua cauſa. pag.105. num.8.

Non dicitur formaliter contemptor,qui eſt inobediens ex indignatione, vel ne ipſum ſuperiorem ſolatio afficiat.ibid.n.9.

Qui ſuperiorem contemnit vt ſuperior eſt, & quatenus à Deo auctoritatem habet, peccat mortaliter; ſecus vero dicendum eſt ſi ipſum contemnit, quia eſt infima ſortis,vel imprudens &c.pag.116.n.10.

Contemptus eſt trãſgreſſio præcepti, quia præceptum eſt, quia tranſgreſſor nõ vult ſubijci legi,& legiſlatori præcipienti,vnde directè tendit contra ſuperioritatem legis, & legiſlatoris. pag. 115. num. 5.

Contemptus duo dicit, & actum peccaminoſũ, & cauſam peccandi, & eſt formaliter peccatum inobedientiæ, quod peccatum inobedientiæ conſiſtit in voluntate non obediendi præcepto vt præceptum eſt. ibid.

Cõtemptus eſt duplex Negatiuus,& Poſitiuus. ibid.n.6.

Contemptus poſitiuus eſt propriè, & verè contemptus.ibid.n.7.

Contractus.

Contractus minoris, vel pupilli factus ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis,etiam ſi ſine fraude ſit effectus,non valet. pag. 117. num.14.

In contractibus ſemper inſpicitur initium, & non tranſgreſſio.pag.226.n.7

Contractus celebrati à ſæcularibus in Eccleſia ſunt validi,etſi à iure ijs ſit interdictum in tali loco contrahere.pag.293.n.26.

Creditor.

Creditor in parte debiti,ſi totum debitum petit, & non ſe offert recipere partem illam debitam,non conſtituit debitorem in mora, nec talis debitor eſt condemnandus in expenſis.pag.195.n.18.

Creditor poteſt conuenire reum ad plura fora, ſi ſint per aliud incompetentia,non vero ſi iudex illius fori ſit incapax. pag.272. num.28.

Culpa.

Culpa lata,& ignorantia craſſa,& ſupina dolum non inducunt in foro conſcientia. pag. 147.num.6.

Culpa lata cum parum diſtet à dolo, ipſi æquiparatur in contractibus,non in delictis regulariter; quamuis in pœnis pecuniarijs moderatis illi æquiparetur.pag.148.n.7.

D

Damnum.

Damnũ dicitur à diminutione patrimonij, & eſt quando aliquid decreſcit de noſtro patrimonio nobis neſcientibus. pag. 178. num.34.

Graue damnum fit per materiam ſufficientem pro peccato mortali; in materia tamen dãni illati non datur quantitas notabilis,niſi in ordine ad perſonas contra quas fit, ita vt illa dicatur notabilis quantitas, de qua ratio-

Tt

rationabiliter, & notabiliter eſt inuitus dominus; ſicut, quæ magnam ruinam; & damnum affert rei familiari. ibid. n. 35.

Damnum illatum per poſitionem actus, vt falſum dicendo, non differt ſpecie à damno illato per omiſſionem, vnde ſicuti falsum deponens tenetur ad reſtitutionem, ita & veritatem calans. pag. 198. n. 4.

Debitor.

Debitor in debito liquido ſi non ſe offert ad partem debiti conſtituitur in mora, in debito vero nõ liquido, nequaquam. pag. 196. num. 20.

Debitor negans totum ne cogatur ſoluere partem quam debet, vel negat, quia impotens eſt ad ſoluendum, & ſic non peccat, vel negat, ne via indebita cogatur, & ſic neque peccat; at ſi negat, quia non vult omnino reddere debitum, tunc peccat, non negando, ſed ratione praui affectus, quo non vult rẽ alienam reſtituere. ibid. n. 22.

Delegátio, & Delegatus.

Delegatio eſt ſtricti iuris, nec poteſt Delegatus facere, quod non eſt expreſſum in delegatione. pag. 7. n. 14. & 311. n. 3.

Delegatio, quia eſt actus volũtatis ſuperioris, induci non poteſt ſine actu voluntatis eiuſdem. pag. 310. n. 3.

Delegatus etiamſi dubitet an habeat facultatem diſpenſandi, ſi de facto diſpenſet, valida eſt diſpenſatio; quamuis poſt ipſam deprehendatur talem facultatem non habuiſſe. pag. 15. n. 13.

Denunciatio.

Denunciatio ſecundum Canoniſtas eſt quatruplex, nempè Euangelica, Canonica, Iudicialis, & Regularis; ſecũdum Theologos duplex, vna quã crimen defertur Prælato tãquam patri, altera qua crimen defertur Prælato tanquam iudici. pag. 173. n. 18.

Denunciatio Paternalis à iudiciali differt, quia illa ob priuatam proximi emendationem fit, hæc vero vel ad publicam vindictam, vel ad condignam proximi læſi ſatiſfactionem, vel ad repellendum indignos ab officio. ibid. n. 19.

Non debemus denunciare proximum emendatum paterna denunciatione, ſed debemus denunciare iudiciali denunciatione. ibid.

Aduocati, ſeu Syndici fiſcales quamuis accuſare non poſſint, admittuntur tamen ad denunciandum, ſiue in foro ſæculari, ſiue in foro Eccleſiaſtico. ibid.

Conditiones requiſitæ ad accuſandum, requiruntur etiam ad denunciandum. pag. 174. num. 20.

Non omnes abutentes Sacramento pœnitentiæ ſunt denunciandi, ſed tantum confeſſarij ſollicitantes, vel inhoneſta verba tractantes. pag. 229. n. 6. Nec eſt denũciandus pœnitens ſollicitans confeſſarium ad turpia; nec interpres ſiuè ſacerdos ſit, ſiuè non; nec tertius ſollicitans per confeſſarium, quamuis probabilius hic talis ſit denunciandus. ibid.

Vide Sollicitare, Confeſſarius ſollicitans.

Diaconi Saluatici.

Diaconi, ſiue Clerici ſaluatici in noſtro Regno Neap. ſunt perſonæ quædam ſeruitio Eccleſiarum vel Epiſcoporum deputatæ, aſſumuntur in Cathedralibus, ſeu ſuperioribus Eccleſijs ad sũmũ quatuor; in Collegiatis vero in quibus diuina celebrãtur vnus ſi Epiſcopo videbitur, & gaudent priuilegio fori in criminalibus; in ciuilibus vero quoad corporis diſtrictionem tantum, & immunitate ab oneribus perſonalibus: dũmodo per ſe ipſos, & gratis Eccleſiæ inſeruiant, & ſint bonæ conditionis, & famæ: non autem gaudent in alijs, & ſic non gaudent priuilegio canonis, vel exemptione gabellarum. pag. 252. n. 11.

Dictio.

Dictio Seu, vel Siue, idem eſt ac Vel, quæ ſtant diſiunctiuè. Differunt tamen inter ſe Vel, Aut, Seu, nam Vel, & Aut propriè ſunt diſiunctiuæ, & diſtinguunt terminos quoad verba, & quoad ſenſum verborum, & ſic verificatur ſenſus alternatiuè, ideſt vel in vno, vel in alio; Seu vero diſtinguit ſenſum verborũ, etſi copulet terminos, quoad verba. pag. 55. n. 13.

Dictio, Alius, vel Prædictis, eſt repetitiua eiuſdem qualitatis ſuperius enarratæ. pag. 63. 10. & pag. 66. n. 8. & 69. n. 3.

Dictio, Per, perfectionem, & continuationem totius temporis ſignificat. pag. 73. n. 3.

Dictio, Aut, quandoque ſumitur copulatiuè, quandoque aduerſatiuè, quandoque expoſitiuè, regulariter tamẽ diſiunctiuè. pag. 96. n. 10.

Di-

Dictio,Non,præcedens verbum,Poſſe,abnegat omnem poteſtatem, & inducit nullitatem actus ipſo facto.pag.132.n.4.

Dictio, Et, quando ponitur inter duo quorum vnum eſt ſequela,& effectus alterius ſignificat idem,ac Ideſt.pag.159.n.2.

Dictio,Nec, diſiunctionem aliquando demonſtrat.pag.254.n.17. in fine.

Dictio,Et, aliquando ſtat diſiunctiuè,maximè quando eſt inſerta in commiſſione, vel priuilegio.pag.302.n.3.

Dictio,Alius, comprehendit maiora expreſſis, diſſimilia, extranea, & non expreſſa.pag. 310.nu.4.

Diuinatio,& Diuinator.

Diuinatio eſt ſpecies ſuperſtitionis, quæ ſignis, & verbis extrinſecis perficitur; quia ſe extendit ad præterita, præſentia, & futura occulta, conuenit cum Prophetia; at differt ab hac,quia diuinatio pendet ab ope dæmonis,Prophetia vero à diuino influxu; Differt etiam à naturali coniectura, quia hæc oritur ex diſciplina, & obſeruatione humana.pag.53.nu.1.

In diuinatione petitur à dæmone inſtructio, quæ à ſolo Deo haberi poteſt.ibid.n.2.

Materiæ diuinationis ſunt nonnullæ,ex quarum varietate diuinationes variè denominantur.ibid.nu.3.

Si diuinatio fiat cum abuſu ſacramentalium, vel Sanctiſſimi Sacramenti eſt caſus reſeruatus,& non poteſt obſolui à confeſſario inferiori; ſecus vero ſi ſine tali abuſu fiat. pag.54.n.4.

In corpore iuris ſunt nonnullæ excommunicationes contra diuinatores, quæ an ſint ferendæ,vel latæ ſententiæ diſcrepant DD. ibid. nu. 5. & quamuis eſſent latæ ſententiæ, non tamen eſſent reſeruatæ. pag. 64. num.4.

Non omnis diuinatio cum expreſſa dæmonis inuocatione eſt reſeruata, ſed ea tantum, quæ fit à Veneſico, Negromante, Sortilego, Diuinatore,& Lamia,ſeu Strige, & à profitente tali nefando exercitio.pag.66.n.9.

Diuinatores ſunt,qui ſine ſignis, ſeu verbis externis, ſiue actibus internis, & pactis cũ dæmone factis futura,præſentia, & præterita occulta prædicunt.pag.94.n.1.

Dæmon.

Dæmoni obſequium promittere eſt,ſe voluntati dæmonis mancipari, & nolle quod dæmoni diſplicet.pag. 79.n.5.

Dæmon dicitur alligatus alicui rei vel quia ipſe dæmon voluntariè inibi aſſiſtit, & ad carmina &c.ſtatim reſpondet,vel quia ſuperior dæmon demonem inferiorem in illa re ligat ad petitionem Strigonis poſſidentis talem dæmonem ſuperiorem.pag.79.n.6.

Ementes imagines, ſiue anulos ad dæmonem in eis conſtringendum non incidunt in caſum diœceſanum reſeruatum cùm cenſura, & ideo poſſunt abſolui à quocumq; confeſſario inferiori.pag.80.n.8.

A dæmone expectare liberaliter beneficium eſt peccatum.pag.81.n.3.

Dæmon conferendo nobis aliquid ſemper tendit ad obſcurationem diuinæ gloriæ, & ad noſtram perditionem.ibid.

Licitum eſt dæmonis petitionibus licitis conſentire,ſeu illas promittere.pag.82.n.2.

Non eſt licitum cum dæmone inire pactum, quod pactum fit inter amicos ; at pactum, quod fit inter inimicos ad inimicitiam confirmandam licitum eſt cum dæmone inire. pag.ead. nu.3.

Quamuis beneficium à dæmone recipere non ſit licitum, tamen promittere ei rem licitã, non ad finem ei complacendi,ſed vt de corpore exeat licitum eſt, cum non ſit beneficiũ quærere,ſed malum euitare.pag.83.n.5.

Promiſſio rei licita dæmoni facta non eſt pactum ſocietatis inter nos, & dæmonem illicitum, ſed eſt pactum expulſionis inter capitaliſſimos hoſtes fieri ſolitum.ibid.n.6.

Qui ſcietias,ſiue bona ratione obſequij dæmoni præſtiti acquiſiuit, poteſt iis vti,dummodo ſcientiæ ſint naturales, & bona non ſint apparentia,nec ſint certi domini.pag.84.n. 1.& 87.nu.9.

Translatus à Dæmone de vna ciuitate in aliã licet peccet in modo accedendi, non tamen peccat bonis illius ciuitatis fruendo. pag. 85.nu.2.

Dæmon bona data ſtrigibus, vel obſequium ei præſtantibus poteſt de profundo maris, vel ex alio theſauro ſub nullius ditione auferre, & ideo illa recipientes poſſunt tuta cõſcientia retinere, vſque dum certiorentur de

de oppoſito . pag. eadem. num. 3.

Actio dæmonis tunc ſemper præſupponitur mala, quando eſt inductiua ad nouam culpam; at ſi indifferentiam continet in ſe, non eſt neceſſario præſumenda mala . pag. 86. num. 6.

Recipiens à doemone rem dubiè furtiuam, antequam certò ſciat rem eſſe verè furtiuam, non tenetur reſtituere; at ſi certo ſciat rem eſſe furtiuam, & dæmonem nolle reſtituere in æquiualenti , vel in pretio, tunc tenetur rem reſtituere. pag. 87. n. 8.

Doemon expreſsè , & tacitè poteſt inuocari. pag. 95. num. 5. Inuocatur expreſsè non ſolum quando clarè nominatur , vel quando illi cultum ſiuè Duliè, ſiuè Hyperduliæ , ſiuè Latriæ exhibetur , ſed etiam quando fit aliquid , quod ſcitur ex virtute doemonis operari; & tunc ex intentione ipſum inuocare dicitur. ibid. n. 6.

Tacita inuocatio doemonis eſt, quando quis talia agit, in quibus poteſt doemon ſe immiſcere præter intentionem agentis , & eſt quando vtitur verbis , vel rebus, quibus veneficus, ve primus inſtructor pepigit foedus cum doemone, vt ad prolationem taliũ verborum , vel ad præſentiam talium rerũ doemon teneatur mira facere. pag. 96. n. 7.

Tacitè doemonem inuocat , qui vtitur verbis in quibus adeſt foedus ſtrigum cum doemone, ſi faciens ignorat; ſi vero ſcit tale foedus dicitur inuocare expreſsè. ibid. n. 7.

Doemon, vt deſinat facere aliquod opus extraordinarium , non eſt neceſſarium nouum pactum, ſed ſufficit auferre ſignum, quo ad faciẽdum illud opus alliciebatur. pag. 107. num. 8.

Expectare à Doemone priuatiuum effectum, nempè vt deſinat vexare remoto ſigno, quo mediante ad vexandum ex pacto ligabatur, nullum eſt peccatum. pag. ead. n. 10.

Licet ſigna ponere , quibus poſitis expirat pactum inter doemonem , & magum factum ad vexandum aliquem. pag 108. n. 11.

Facere aliquid quo poſito expirat pactum prauum perſeuerans factum cum doemone non eſt ſignum noui pacti, ſed impedimentũ antiqui. ibid.

Doemon non tam diuina coactus poteſtate ceſſat vexare , ſed etiam quando aliqua facimus à quibus offenditur, vel quæ abhorret. pag. 109. nu. 12.

Illicitum eſt expectare effectum priuatiuum à dæmone ex vi pacti, & ex fide dæmoni data; non tamen eſt illicitum ex vi euerſionis prioris pacti. ibid.

Dolus, &, & Doloſus.

Dolus dicitur quando ad proximum decipiendum non manifeſtamus , quod manifeſtare tenemur; & appellatur Calliditas ; *Dolus etiam dicitur, quod mẽdacibus verbis profertur, & appellatur* Fallacia; *& Dolus etiã dicitur, quod artificio verborum profertur ad decipiendum proximum, & dicitur* Machinatio. *pag. 114. n. 1. & 171. n. 13.*

Dolus à fraude differt , quia dolus fit verbis, fraus vero factis. ibid.

Malitiose deponere eſt doloſè deponere; doloſè vero deponere eſt deponere data opera. pag. 171. n. 13.

Doloſus dicitur ille, qui non facit, quod facere tenetur. pag. 114. n. 1.

Dubium, & Dubitans.

Dubitans de intentione ſe obligandi in vouẽdo, etiamſi votum ſit Pontifici reſeruatum, poteſt ab Epiſcopo abſolui. pag. 9. num. 4. & pag. 10. nu. 11.

Dubitans poſt factam diligentiam dicitur laborare ignorantia inuincibili. pag. 9. n. 6.

Dubitans in caſu dubio reſeruationis eſt in poſſeſſione, quod caſus non ſit reſeruatus; ſecus reſeruatio ipſa; & ideo melior eſt conditio dubitantis , quam reſeruationis. pag. 10. num. 9.

Dubitans an ſit excommunicatus, ſi abſolutionem ad cautelam petat, certioratus, quod re vera eſt excommunicatus, non tenetur iterum abſolutionem petere. pag. 13. n. 3.

Faciens opus licitum in ſe, & dubitans, an tale opus habeat prohibitionem extrinſecam, & habens animum non tranſgrediendi præceptum prohibens, ſi præceptũ hoc adeſt, quod prærequirit ſui cognitionem , etiamſi operetur cum craſſa ignorantia, non peccat contra tale præceptum effectiue, neque affectiuè. pag. 150. n. 3. & 151. n. 6.

Dubium iuris, ſiue facti nullam inducit reſeruationem. pag. 8. n. 1.

Dubium poſitiuum habet opinionem probabilem, quam cuilibet licitum eſt ſequi. pag. 8. nu. 2.

Dum

Dum Epiſcopus peccatum dubium non reſeruat, tribuit iuriſdictionem confeſſario inferiori illud abſoluendi.pag.9.n. 5. & pag. 10.num.12.

Dubietas cadens ſupra cauſam efficientem nõ obligat ad reſtitutionem; dubietas vero cadens ſupra cauſam materialem ad reſtitutionem obligat.pag.85.n.5.

In dubio nemo præſupponitur malus.pag. 86. num.5.

Operari cum conſcientia dubia, differt ab operari cum conſcientia erronea;qui enim habet animum firmum non tranſgrediendi præceptum poſitiuum, dubitat non an præceptum ſit, ſed an opus habeat extrinſecam malitiam.pag.150.n.4.

Operari cum dubio an aliquid ſit malum, non vero an ſit peccatum mortale, vel veniale probabiliter non eſt peccatũ mor. tale.ibid.

E

Ebrius.

Ebrius, qui poſt potationem vini, antequã in ebrietatem incidat ſe pœnitet, ſi poſtea in ebrietate clericum occidit, non eſt excommunicatus.pag.74.n.10.

Ebrius, qui antequam inebrietur prouidit pollutionem futuram ex tali potatione vini, ſi ante quam ſequatur pollutio, vel ebrietas ſe pœniteat, & plenè confiteatur, ſequuta deinde pollutione, vel ebrietate, nõ tenetur iterum confiteri.pag.76.n.15.

Eccleſia.

Eccleſia non poteſt omnia ſacramenta ab excommunicato collata irritare.pag.20.nu.9.

Eccleſiæ voluntas priuans excommunicatum participatione Sacramentorum, non irritat ſacramenta à tali excommunicato bona fide recepta.pag.20.n.10.

Eccleſia non poteſt priuare ſe iuriſdictione in excommunicatum ratione characteris impreſſi in anima ipſius.pag.20.n.11.

Eccleſia priuat excommunicatum Sacramentorum participatione prohibendo ne participet, non irritando bona fide recepta. pag. 21.nu.12.

Eccleſiæ ſuffragia poſſunt per ſe, & directè applicari excommunicato contrito non tolerato, ſi per ipſum non ſtetit quin abſoluatur. pag.21.nu.13.

Pia mater Eccleſia non priuat ſuffragiorum participatione illos, quos Deus nõ excludit, quia aliter pia mater non eſſet.ibid.

Reconciliatio peccatoris cum Eccleſia habetur à Confeſſario delegationem habente ab eadem Eccleſia.pag.31.n.3.

Eccleſia per peccatum offenditur, vt Sponſa Chriſti, vt Mater fidelium, & quatenus priuatur operibus viuis, quibus foueretur ſi peccans in peccato non eſſet.ibid.

Eccleſia habet poteſtatem clauium ad reconciliandum peccatorem cum Deo, remittendo culpam, & hanc libentius concedit, quam poteſtatem reconciliandi ipſum peccatorem cum ipſamet Eccleſia.ibid.

Qui Eccleſiæ inobediens non eſt, pœnas Eccleſiaſticas ſubire non debet.pag.74.n.9.

Eccleſia non iudicat de actibus merè internis ſed illos Deo reſeruat.pag.98.n.2.

Appellatione Eccleſię Parrochialis non venit Parrochialis Collegiata.pag.156.n.3.

Eccleſia polluitur per ſepulturam excommunicati vitandi, vel infidelis, aut pueri non dum baptizati, per homicidium, per inflictionem vulneris grauis, & iniurioſi, & per peccaminoſam, & publicam effuſionem ſanguinis, vel ſeminis.pag.286.nu.1. & 2. & 287.nu. 3. Quod ſi effuſio peccaminoſa ſit, & non publica illam non polluit.pag. 289.nu.13.

Per ſepulturam nominatim interdicti nõ polluitur Eccleſia.pag. 286.n.2.

Vulnus, & mutilatio ſine ſanguinis effuſione in Eccleſia peracta, quamuis ſint ſacrilega, non tamen Eccleſiam polluunt, ſicut nec effuſio magna ſanguinis è naribus erupta. pag.287.nu.3.

Iuridica ſuſpenſio Rei in Eccleſia peracta polluit Eccleſiam.ibid.

Copula inter virum, & vxorem in Eccleſia habita ſine vlla neceſſitate Eccleſiam non polluit.ibid.num. 4. nullum enim adeſt ius prohibens talem copulam.pag.288.n.10.

Eccleſia conſecrata, ſi exuritur, vel ſanguine, aut ſemine peccaminoſo polluitur eſt reconcilianda.ibid.nu.5.

Semen in ſomnis emiſſum in Eccleſia ipſam non polluit.ibid.n.6.

Eccleſia non polluitur per effuſionem ſeminis in actu licito, ſed non volitum, vti in audiendo

Digitized by Google

*dicendo confeſſiones, vel intereſſendo ſacro flexis genibus.pag.*288.*n.*9.

*Eccleſiaſticis prohibitum eſt admittere ſupellectilia ſæcularium in Eccleſia,non tamen ſub mortali, ſi Eccleſia non impediatur notabiliter, vel non fœdetur,aut contemnatur.pag.*293.*n.*26.

*Noua pars Eccleſiæ dilatata,vel Cappella noniter in ipſa Eccleſia erecta, quamuis non ſint benedictæ, veniunt nomine Eccleſiæ. pag.*296.*n.*33.

*Eccleſia Sanctæ Claræ Neap. non eſt Monachorum,ſed Monialium. pag.*313.*n.*8.

Eccleſia ſub ditione regia poteſt ab Ordinario interdici.ibid.

Emptor.

*Emptor rationabiliter dubitans,an res empta ſit furtiua,ſi eam emit ſine animo inquirẽdi,& reſtituendi vero domino, peccat; quã rem,ſi poſt factam diligentiam adhuc dubius remanet, pro rata dubij reſtituere tenetur.pag.*86.*n.*5.*&* 7.

*Emptor, qui ſcit venditorem poſſe acquirere iuſto,& iniuſto titulo, & facilius iuſto, quã iniuſto,ad nullam tenetur reſtitutionem, ſi rem emit à tali cum tali dubio;quia in dubio nemo præſupponitur malus. pag. ead. num.*5.

*Emptor rei furtiuæ, ſi habet impoſſibilitatem moralem inueniendi verum dominum,non tenetur diligentiam facere, ſed ſufficit,ſi habeat animum reſtituendi quoties illum inuenerit.pag.ead.n.*7.

Emens rem dubiè furtiuam nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur,quoties fur ipſe poteſt rem reſtituere vel in æquali,vel in pretio.ibid.

Epiſcopus.

*Epiſcopus non reſeruans caſum dubium dat facultatem inferiori confeſſario illum abſoluendi.pag.*10.*n.*12.

Caſus clarè reſeruati ab Epiſcopo, ſicut & caſus Papales dubiè, vel clarè reſeruati à nullo confeſſario inferiori abſolui poſſunt; ſecus vero caſus Epiſcopales dubij. pag. 11. *num.*13.

*Epiſcopus poteſt diſpenſare in voto Pontifici reſeruato,ſi vouens dubitat vouendo de intentione ſe obligandi.pag.*13.*nu.*3.*&* 12.

*Epiſcopus excommunicans non tollit iuriſdictionem Epiſcopo alterius Diœceſis, vt non poſſit abſoluere Peregrinum in ſua propria Diœceſi.pag.*24.*n.*2.

*Epiſcopus æquali modo tribuit iuriſdictionem in proprios ſubditos,ac in peregrinos, & ideo quando poteſt confeſſarius inferior abſoluere ſubditos, poteſt etiam abſoluere peregrinos. pag.*38.*n.* 10.

*Epiſcopus ſicut non limitat poteſtatem circa proprios ſubditos,ita nec circa Peregrinos, quando cõfeſſario inferiori poteſtatem abſoluendi tribuit.pag.*39.*n.*3.

*Epiſcopi ſunt delegati Apoſtolici in ordine ad poſitionem,conſeruationem, & reſtitutionẽ clauſuræ Monialium etiam exemptarum. pag.*120.*n.*19.

Epiſcopus proferens excommunicationem præſumitur proferre omni meliori via,& modo,quo poteſt, & dum eam profert vtitur tam poteſtate ordinaria, quam delegata. ibidem.

Quod poſſint Epiſcopi excommunicare regulares loquentes cũ Monialibus in Monaſterijs exemptis deducitur ex Conc.Trid.ſtante declaratione Sacræ Congreg. pag. 121. *num.*20.

*Epiſcopus poteſt excommunicare colloquentes cum Monialibus in Monaſterijs exemptis, quia eſt delegatus Apoſtolicus quoàd clauſuram, & loquutio ad clauſuram ſpectat. pag.*122.*nu.*22.

Epiſcopus non amittit iuriſdictionem in ſuos ſubditos exiſtentes in Monaſterijs exemptis.ibid.

Epiſcopus habitans in loco Monaſteriorum exemptorum vere dicitur reſidere in ſua Diœceſi.ibid.

*Epiſcopus non poteſt in Monaſterijs exemptis tribunal erigere, & iudicare reos,vel alios actus iuriſdictionis contentioſæ exercere, quia Monaſteria hac habent aliqualem exemptionem etiam ratione loci.ibid.n.*23.

Epiſcopus non poteſt excommunicare Moniales exemptas colloquentes cum ſubditis eiuſdem Epiſcopi.ibid.

*Epiſcopus in ſua Diœceſi non poteſt reſeruare peccata venialia, etiamſi eorum abſolutio pendeat ab Eccleſia delegatione; cum non poſſit impedire poteſtatem à Summo Pontifice tributam.pag.*133.*n.*5.

Epi-

Epiſcopus non poteſt impedire ſuos ſubditos,ne confiteantur peccata extra Diæceſim, ſtante conſuetudine approbata ab Eugenio IV. quod poſſit ſubditus vnius Epiſcopi abſolui ab alio Epiſcopo.ibid.

Epiſcopus non poteſt impedire directè,nè ſimplex ſacerdos peccata mortalia alias confeſſa,& abſoluta abſoluat.ibid.n. 6.

*Epiſcopus vti Delegatus Apoſtolicus poteſt viſitare Monaſteria Monialium exemptarũ regularibus ſubiectarum, quoties voluerit. pag.*308.*nu.* 1. *quamuis nulla adſit ſuſpicio violationis clauſuræ.pag.*311.*n.*5.

*Epiſcopus volẽs viſitare Monaſteria Monialium exemptarum non ad depreſſionem, ſed ad conſulendum propriæ conſcientiæ viſitare intendit.pag.*312.*n.*7.

Epiſcopus non viſitans Monaſteria Monialiũ exemptarum non affert præiudicium ſucceſſori viſitare volenti.ibid.

Excommunicatio vide Cenſura.

*Excommunicatio eſt medicina pœnalis, in quã incidunt tantum inobedientes, & ideo deſideratur monitio vt adſit vltima contumacia.pag.*3.*n.*2.*& eſt impoſita vt peccator ſe emendet, & emendatus ſacramenta, & Eccleſiæ ſuffragia participet.pag.*21. *n.*13.

Excommunicatio ſub dubio abſoluta, etiamſi certa ſit, non indiget alia abſolutione. pag. 13.*num.*3.

*Excommunicatio non reddit pœnitentem per ſe inhabilem ad percipiendum Sacramentum pœnitentiæ, ſi cætera requiſita concurrant tam ex parte miniſtri, quam ex parte materiæ, & formæ; tunc enim validum eſt iure diuino.pag.*17.*n.*4.

*Excommunicatio non irritat Sacramentum pœnitentiæ.pag.*18.*n.*5.*&* 6.

*Excommunicationis vinculum per pœnitentiã non tollitur,ſed ſuſpenditur quoad participationem ſuffragiorum,& ſacramentorum. pag.*21.*nu.*14.

*Excommunicatio generaliter lata ab Epiſcopo, & non reſeruata, non differt ab excommunicatione lata in corpore iuris non reſeruata:& ſicut poteſt confeſſarius inferior ab hac abſoluere,ita ab illa.pag.*24.*n.*1.

*Excommunicatus ab homine per ſententiam generalem ſi ſe transfert ad locum,in quo talis excommunicatio reſeruata non eſt, etiamſi à latore reſeruata ſit, poteſt abſolui inibi à quocumque confeſſario inferiori. ibid.nu.*2.

*Per excommunicationem ſeparatur excommunicatus ab Eccleſia, dum eſt contumax. at ceſſante contumacia ſuſpenditur talis effectus.pag.*28.*nu.*14.

*Excommunicatio, etſi culpam ſupponat,in ſe tamen culpa non eſt, ſed pœna, & vt pœna ex natura ſua non petit abſolui in ſacramento Pœnitentiæ.pag.*50.*n.*3.

*Excommunicatio ſine culpa phyſica, & morali contrahi non poteſt. pag.*75.*n.*13.

*Excommunicatio duplex eſt Ferẽda ſcilicet,& eſt illa quæ explicatur, vel per ſimplicem comminationem, vel per verba ſignificantia aliquid de futuro, & eſt etiam duplex vna indigens monitione, altera vero non. pag.*116.*nu.* 11. *&* 160.*n.*5.*Lata,ſeu latæ ſententiæ, & eſt illa,quæ ſtatim delinquentem afficit poſt commiſſum delictum nulla declaratione expectata.pag.*116.*n.*11.

Excommunicatio lata, ſeu latæ ſententiæ monitione præuiã non indiget.ibid.

*Excommunicatio lata, ſeu latæ ſententiæ cognoſcitur ſi feratur per verba in tempore præſenti indicatiui modi, vel per verba imperatiua, vel per nomen adiectiuum cũ verbo ſubſtantiuo in aliquo tempore ſignificante factum, vel ſi ſentẽtia explicetur per verba præterita, & incurſio futura.ibidem num.*12.

*Res leues,& indifferentes etiam inſpectis circumſtantijs prohiberi non poſſunt ſub pœna excommunicationis.pag.*117.*n.*13.

*Excommunicatio ſimpliciter prolata intelligitur de maiori.pag.*159.*n.*2.

*Excommunicationis pęna tunc dicitur grauis, quando poteſt infligi,ante tamen monitionem,quia non poteſt infligi, ideo non dicitur grauis.pag.*161.*n.*7.

*Quoad excõmunicationem incurrẽdam conatus voluntatis,ſi non proueniat ad factum, non habetur pro facto.pag.*163.*n.*4.

*Ad incurrendam excommunicationem pro dãno illato non ſufficit materia apta ad conſtituendum peccatum mortale,ſed debet eſſe materia non vulgaris,nec leuis,nec parua. pag.*179.*n.*37.

In Diœceſi Neap. in materia damni illati non fulmi-

fulminatur excommunicatio niſi damnum aſcendat ad ſummam 50. aureorum in ordinarys perſonis, & 10. in pauperibus; & hoc ſiue damnum ſit illatum, ab vno ſiue à pluribus.ibid.

Vir, vel Pater elericum accidentes deprehenſum cum vxore, vel filia non ſunt excommunicati.pag.297.n.38.

Excommunicatus.

Excommunicatus bona fide accedens ad Confeſſarium inferiorem ſcientem ſe non habere poteſtatem abſoluendi à tali cenſura, ſi de facto eſt ab ipſo abſolutus, veniens in malam fidem non tenetur confeſſionem iterare, ſed tantum caſum reſeruatum cum cenſura ſuperiori manifeſtare, pag.17. nu. 1.& pag.47.nu.6.

Excommunicatus priuatur tantum iuriſdictione actiua in alios, non vero ſubiectione paſſiua ad alios ſibi ſuperiores.pag.17.n.2. & pag.25.n.5.

Excommmunicatus non eſt inhabilis ad recipiendum ſacramentum penitentiæ, ſi adsũt alia requiſita ex parte materiæ, & formæ. pag.17.nu.4.

Excommunicatus priuatur participatione ſacramentorum ex præcepto Eccleſiæ, dum habet præceptum de non accedendo ad ſacramenta, & ideo ſi bona fide accedit ad participationem ipſorum præceptum Eccleſiæ nõ violat.pag.18.nu.5.& 6.

Excommunicatus minori excommunicatione, etſi amittit ius exigendi ſacramenta, non tamen amittit ius illa adminiſtrandi. pag. 18.nu.6.

Excommunicatus bona fide, vel cum cauſa excuſante ſacramenta recipiens licitè, & validè illa recipit; nã nulla iuriſdictione vtitur in recipiendo, ſed potius conferens vtitur iuriſdictione in ipſum. pag. 18. nu.7. & 19.nu.8.

Excommunicatus excommunicatione minori, ſi ſacramenta conferat, validè confert; & hæc habent effectum ſuum. pag.20. num.9.

Excommunicatus ſciens, quod ſit excommunicatus, priuatur receptione Sacramenti pœnitentiæ; non autem ignarus ſuæ excommunicationis.pag.20.num.10.

Excommunicato non tolerato contrito poſſunt applicari ſuffragia Eccleſiæ per ſe, & directè ſi per ipſum non ſtetit, quin abſoluatur. pag.21.num.13.

Excommunicatus innocens in foro conſcientiæ probatus nocens in foro fori non priuatur Eccleſiæ ſuffragÿs.ibidem.

Excommunicatus diſcedens ex hac vita cum ſigno contritionis abſque beneficio abſolutionis indiget abſolutione.pag.22.num.16.

Excommunicatus eſt habẽdus tãquam Ethnicus, & Publicanus, quia conſortio hominum, & non quia participatione Sacramẽtorum priuatur.ibidem.num.17.

Excommunicatus non nominatim ſi per ipſum non ſtetit quin abſoluatur poteſt abſolui à quocunque Confeſſario inferiori. pag. 22.num.1.

Excommunicatus contritus eſt capax participationis Sacramentorum.ibid. num.2.

Excommunicatus ab vno Epiſcopo per excommunicationem generaliter latam poteſt abſolui à Confeſſario, ſiue ſit Parrochus, ſiue non, ſi excommunicatio reſeruata non eſt. pag.24.num.1.

Excommunicatus Peregrinus per excommunicationem generalem reſeruatam poteſt abſolui ab Epiſcopo loci in quo inuenitur.pag. 24.num. 2.

Excommunicatus abſolutus ab excommunicatione reſeruata in foro conſcientiæ, non eſt abſolutus in foro fori.pag.ead.num.3.

Excommunicatus publicus in vna Diæceſi nõ dicitur publicus in alia. pag. 25.num.4.& ideo huic publico in vna Diæceſi non poſſunt Sacramenta denegari in alia; ſiue publicè, ſiue priuatè petat, etiamſi poſſit teſtibus probari in illo loco hunc eſſe publicè excommunicatum.ibidem.

Excommunicatus per cedulonem nominatim in vno loco poteſt abſolui in alio loco longè diſtanti, ſi ibi non poteſt facilè peruenire; quod ſit nominatim excommunicatus, etiamſi ibi teſtibus probari poſſit.ibid.n.6.

Excommunicatus vt ſit vitandus debet eſſe publicè excommunicatus, ſiue publicitate iuris, ſiue facti; vnde vbi tali modo non eſt publicus, nec etiam eſt vitãdus.pag.26.n.7.

Poteſt excommunicatus abſolui à proprio Sacerdote, ſi difficilis ſit acceſſus ad excommunicantẽ; præſtita tamen cautione de parendo mandatis excommunicantis.pag.27.n.9.

Excom-

Excommunicatus publicus, quando eſt in loco in quo publicus non eſt, ob conſeruationem propriæ famæ dicitur habere difficilem acceſſum ad ſuum excommunicatorem, & famæ conſeruatio præferenda eſt præcepto eccleſiaſtico, cum ſit de iure naturæ, & ideo poteſt ab alio inibi abſolui. ibidem.

Excommunicatus ab vno Epiſcopo poteſt abſolui ab alio non ſolùm propter articulum, & periculum mortis, ſed etiam ob aliud legitimum impedimentum. ibidem. num. 10.

Excommunicato publico in vna ciuitate, non tamen publico in alia, in hac alia abſolutio denegari non poteſt. vrgente præcepto communionis, ad quod ad implendum requiritur confeſſio. ibid. num. 12.

Excommunicatus abſolutus in foro conſcientiæ non eſt abſolutus in foro fori, & hæc abſolutio danda eſt ab Epiſcopo excommunicante. ibidem. num. 13. & pag. 28. num. 16.

Excommunicatus publicus abſolutus cum conditione de ſe præſentando Superiori, ſi ſe præſentare contemnit, incidit in eandem excommunicationem. pag. 28. n. 13. in fine.

Excommunicatus licet ab Eccleſia ſit præciſus, non tamen poteſt ita Eccleſia illum à ſe præcidere, vt omnem in ipſum iuriſdictionem amittat. ibid. num. 15.

Excommunicatus excommunicatione reſeruata, ſed non denunciatus, abſolutus ab inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, ſi periculum, vel articulus ceſſet, & nō habeat cui ſatisfaciat, non tenetur ſe præſentare Superiori. pag. 46. num. 2.

Excommunicatus denunciatus abſolutus ab inferiori ratione periculi, vel alterius impedimenti, ſi ceſſet periculum; vel impedimentum, & contempſerit ſe præſentare legitimo Superiori, reincidit in eandem excommunicationem. pag. 47. num. 4.

Excommunicatus excommunicatione non reſeruata abſolutus ab inferiori non tenetur ſe præſentare Superiori. ibid. num. 5.

Excōmunicatus tunc habet præceptū ſe præſentandi Superiori, quando cenſura eſt in ſua reſeruatione, at quando reſeruatio abeſt, nec tale præceptū adeſſe poteſt. pag. 48. n. 8.

Excommunicatus non eſt capax Sacramenti Pœnitentiæ antequam ab excommunicatione abſoluatur ex præcepto Eccleſiæ de non accedendo ad Sacramenta. pag. 50. num. 3.

Excommunicatus non eſt, qui in ebrietate clericum occidit, dummodo antequā in ebrietatem incidat ſe pœniteat. pag. 74. num. 10.

Excommunicatus quamuis illicitè à venialibus abſoluat, vel panem conſecret, validè tamen abſoluit, & conſecrat, quia non caret iuriſdictione ei conceſſa in ipſa ordinatione. pag. 132. num. 3.

Poteſt dici quod excommunicatus non habeat poteſtatem abſoluendi à venialibus ex iure diuino, non ex reſtrictione Eccleſiæ. ibid.

Eccleſia tolerans excommunicatum ſuſpendit excommunicationem quoad abſoluendi actum, quando validè abſoluit. ibid.

Eccleſia ſecundum communiorem ſententiam priuat ſacerdotem excommunicatum vitādum iuriſdictione, etiam ad abſoluendum peccata venialia; vnde ſi illa abſolueret, inualidè abſolueret. pag. 132. n. 4.

Excommunicatus poſitus in extremæ vitæ periculo poteſt licitè neceſſaria quærere inter non excommunicatos, ſicut non excommunicatus poſitus in eadem neceſſitate poteſt idem agere inter excommunicatos, & cum illis communicare. pag. 239. num. 9.

Exorciſta.

Exorciſta, qui dæmonis voluntatē in re licita facere promittit, vt obſeſſum ab ipſo dæmone liberet, nec peccat mortaliter, nec incidit in caſum diœceſanum reſeruatum. pag. 82. num. 1.

Exorciſta, vt obſeſſum à dæmone liberet, poteſt permittere vt dæmon in animalia, ſiue in homines intret, dūmodo quatuor concurrāt conditiones; Prima eſt vt poſſeſſurus à tali dæmone ſit peſſimus, & dignus eo ſupplicio. Secunda vt Exorciſta habeat ius, & imperium ad illum locum, quem dæmon poſſeſſurus eſt, & etiam habeat dominium, & ſūmum ius ad ipſum dæmonem expellendum. Tertia vt adſit ſpes maioris boni, vt ſalus animæ ipſius futuri energumeni. Quarta vt abſit voluntas placendi Dæmoni, ſed hoc fiat ad vtendum dæmone, tanquam lictore, & carnifice. pag. 83. num. 4.

Exorciſta quamuis paciſci poſſit cum dæmone rem licitam promittendo, non tamen id facere tenetur. pag. ead. num. 7.

Digitized by Google

F

Facultas.

FAcultas,data Pænitētiarÿs abſoluēdi à caſibus, & cenſuris,eſt cōceſſa diſiunctiuè, non copulatiuè à caſibus,ſcilicet,cum cenſuris.pag.50.num.4.
Poteſt quis vti facultate ſibi conceſſa, quoad aliquid, & non quoad totum, quando ipſa facultas diuiſibilis eſt.ibid.num.6.
Facultas conceſſa per Ablatiuum abſolutum conditionem importat.pag.51. num.8.
Clauſula in facultate, vel priuilegio poſita ad omnia præcedentia refertur, quando omnium præcedentium eadē eſt ratio.ibid.n.9.
Facultas data ad abſoluendum à peccatis quibus eſt annexa cenſura, cenſetur data ad abſoluendum quoque à cenſura; & ſemel cenſura abſoluta,caſus poteſt abſolui à quocunque Confeſſario inferiori ſecūdum Fagundez.pag.153.num.5.

Falſarius Falſum.

Falſarius eſt,qui amiſſam ſcripturam de nobilitate,hæreditate, debito vero,denuo confingere facit à falſario;& peccat contra iuſtitiam legalem,nō vero commutatiuā,non tamen incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura.pag.168.num.2.
Leges ciuiles non ſolum prohibent, ſed etiam acriter puniunt falſarios, vnde condemnati mortem non euadunt, etiam per poſitionem pilei alicuius Cardinalis obuiam habiti.pag.187.num.7.
Falſarÿ poſsūt cōdēnari ſine accuſatore. ibid.
Falſarÿ amittunt nobilitatis priuilegiū. ibid.
Qui verum non dicit non deponit falſum, dū differunt inter ſe verum non dicere, & falſum fateri. pag. 199.num.6.
Falſum eſt mutatio veritatis cum dolo, & alterius damno. pag.168.num.1.
Falſitas dicitur mutatio veritatis,ſiue doloſa, ſiue non;ſiue cum damno, ſiue ſine,in iure; caſus tamē diœceſanus requirit falſitatem doloſam cum damno alterius, & in iudicio id eſt,penes acta,& cum iuramento.ibidem.
Falſum deponens in iudicio ex vi tormentorum nō dicitur malitioſe deponere, & ideo non incidit in caſum diœceſanum cum cenſura, & conſequentèr poteſt abſolui à quocunque Cōfeſſario inferiori.pag.171.n.14.
Falſum denuncians Superiori tanquam patri non incidit in caſum prædictum; ſecus vero ſi falſum denunciat Superiori tanquam iudici in graue damnum tertÿ, vel contra innocentem. pag. 174. num. 21.
Crimen falſi non tollitur mutua compenſatione,ſicut tolluntur alia delicta.pag.187.n.7.
Suſpicio falſi habetur pro veritate.ibid.
Significatio orationis, quæ ſumitur ex tota oratione,ſi in aliquo falſa eſt,totam orationem falſam efficit.pag.191.n.6.

Famulus.

Licitum eſt famulo equum ſternere hero, quē ſcit ad fornicandum abire; ſicut meretricē ad domum ducere,in qua ſcit illam machaturam.pag.89.num.6.
Famulo licet miniſtrare cibos heris nolentibus ieiunare.ibid.
Famulus Cauponis licitè poteſt iuſſu domini ſui aquam vino miſcere,& vinum lymphatum de dolio ad emptorem transferre, cum nulla in hac dominÿ tranſlatione, & aquæ mixtione malitia adſit,ſed tota malitia cōſiſtat in vēdendo vinum lymphatum pretio iniuſto.pag.90.num.6.
Famulus pedem heri tenere, vel ſcalam ad adulteræ feneſtram admouere non poteſt, cum hæc actio phyſicè influat ad malū proximi,& ſit alteri iniurioſa; ſicut etiam nec poteſt inimicum tenere, vt herus ipſum occidat.pag.ead.num.8.
Famulus conducens concubinam in domum heri,ſi non tam comitatum, quam internūtium defert,& fornicationem intendit, vel ſi comitatus ipſius eſſet ſimpliciter neceſſarius,& aliter illa nō eſſet itura,peccat conducendo; cum tunc videatur concurrere in genere cauſæ efficientis.pag.92.num.11.
Fides vide Teſtis.

Forum.

Forum fori reſpicit opus externum;forum vero poli reſpicit voluntatem.pag.75.n.12.
Grauior pœna data in foro fori grauiorem culpam in eodē foro ſupponit.pag.77.n.17.
Incompetentia fori differt ab incapacitate iudicis.pag.272.num.28.
Forum ſortiri idem eſt, ac ligari ſtatutis, & è contra.pag.281.num.4.
In foro fori inchoans delictum in vno loco, & conſūmans in alio ſubditur iudici vtriuſque

que loci. pag.306.num.2.

Frequentia.

Vide Monaſterium, Loquutio, Moniales.

Frequentia ſecundum gl. inducitur per duas vices, ſicut etiam conſuetudo. pag.159.n.3.

In re prohibita quia mala duæ tantum vices ſufficiunt ad inducendam frequentiam; non vero in re mala quia prohibita. pag. 160. num.3.

Frequentia ad Monaſteria Monialium non eſt interdicta cauſa audiendi diuina officia, ſed cauſa loquendi, vel ratione aſpectus ſiue actiui, ſiue paſſiui. ibidem. num.4.

Vt poſſit infligi pæna ſtatuta in iure contra frequentātes Monaſteria Monialium debet præcedere monitio. pag.161.num.6.

Fur, Furans, & Furtum.

Furans Sacramentum, vel Sacramentalia, vel aliam rem conſecratam, quamuis illa ſtatim reponat, incidit in caſum diæceſanū reſeruatum cum cenſura. pag.56.num.16.

Qui furtum commiſit, ſi tempore excommunicationis non eſt ſoluendo, non eſt excommunicatus, quia reſtitutio non eſt ei poſſibilis. pag.74.nu.10.

Aliud eſt dubitare an res mihi tradita ſit furtiua, aliud an qui mihi rem tradidit furto potius, quam alio iuſto titulo illam acquiſierit; & ideo bona à dæmone tradita, quia dubitamus tantum de malitia dæmonis dantis, non de iure in rē, poſt factam diligentiā quam facere tenemur, poſſumus tuta conſcientia retinere. pag.85.n.4.

Si veri domini inuentio ſit moraliter impoſſibilis, tunc emptor rei furtiuæ non tenetur diligentiam facere, ſed ſufficit habere animum reſtituendi quoties inuenerit verum dominum. pag.86.n.7.

Fur celans ſcripturas ad furtum committendum non punitur pæna falſi. pag.170.n.10.

Ex omni iure licet occidere furem nocturnum inuadentem propria bona, diurnum vero, ſi telo ſe defendat; imò tam nocturnum, quā diurnum occidere licet, quoties iuridica via bona recuperari non poſſunt. pag.301.n.2.

Fur à latrone differt, quia fur bonis tantum nos ſpoliat, latro vero ſiue Craſſator non tam bonis, quam vita. pag.303.num.3.

Dominus rei non tenetur perdere bona ſua pro conſeruanda praua voluntate furis volentis in actu nocere ei, & conſtituentis ſe in periculo vitæ. ibid.num.5.in fine.

Nemo habet debitum defendendi furem extra caſum neceſſitatis, ſed tantum neceſſitate vrgente. ibid.n.7.& 305.num.15.

Fur inuadens bona alterius, quia anteponit propriæ vitæ bona illius, euertendo ordinē peccat contra proximi iuſtitiam, & contra charitatem ſui ipſius. pag.304.num.13.

H

Hæres.

HÆres, qui inuentarium non confecit, etſi præſumatur, quod cōmiſerit fraudem, ſi reuera illam non commiſit, non tenetur vltra vires hæreditatis. pag. 117. num.14.

Hæres non vindicans per decennium defuncti fratris iniuriam reddit ſe ipſum hæreditate indignū, & ratione huius in dignitatis fiſco ius acquiritur ad hæreditatem; quod ius non extinguitur per mortem huius hæredis non vulciſcentis. pag.226.n.7.

Hæreſis, & Hæretici.

Verba hæreticalia externa in foro fori probant hæreſim internam; licet proferens dubitet de animo in proferendo; in foro vero conſcientiæ talis non dicitur hæreticus formalis. pag.10.n.11.

Hæreſis eſſentialiter petit errorem in intellectu, ſicut idololatria petit voluntatē internam conciliādi creaturæ æſtimationem ſolī Deo debitam. pag.79.n.2.

Vt quis ſit formaliter hæreticus non tam debet fidei articulum negare, quam etiam debet cognoſcere quod articulus ille ſit à Deo reuelatus, & ab Eccleſia propoſitus vt reuelatus; vnde ſi quis articulum negaret cum ignorantia horum, non eſſet formaliter hæreticus. pag.147.n.2.

Legentes retinentes, & deferentes libros hæreticorum cum ignorantia craſſa non incidunt in excommunicationem bullæ cœnæ, nec Pij IV. Epiſcopo reſeruatam, cum id nō faciant ſcienter vti lex requirit. pag.128. num.8.

Hæreticum eſt dicere, quod Chriſtianus nō ſit ſubiectus pro omni peccato iudici eccleſia-

ſtico.pag.270.num.22.

Homicidium.

Homicidium committens, vel mutilans aliquẽ ſupra tectum Eccleſiæ, vel ſubter ſi ſepultura non ſit, vel in Porta Eccleſiæ, à parte exteriori, vel in Cameris Eccleſię inhærentibus, vel in Turri, vbi Cymbala pulſantur, vel in Camera inſtar odei, ſeu loci deputati ad cantum, vel in Sacriſtia, vel in Oratorijs priuatis domorum, in quibus de licentia Pontificis celebratur Miſſa, non cõmittit ſacrilegium, nec eſt excommunicatus excommunicatione diœceſana contra occidentes in Eccleſia. pag.294.num.28.

Homicidium cõmittens in Propylais, ſeu Cornigijs Eccleſiæ, ſiue in Confeſſionarijs etiam in interno parietis Eccleſiæ conſtructis, ſiue in Choro ſituato in medio, ſiue in capite Eccleſiæ, ſiue in loco prominenti, dummodo ingreſſum habeat ab ipſa Eccleſia, ſacrilegiũ committit, & in prædictum caſum diœceſanum incurrit.ibidem.n.29.

Homicidium committens, vel hominem mutilans in Confeſſionarijs ſituatis in parte exteriori Eccleſiæ, & ab hac diuiſis, ſiue per telam ceratam fixam, ſiue per tabulas fixas non committit ſacrilegium, nec in caſum prædictum incidit.ibidem.

Homicidium committens in Eccleſia cępta ędificari auctoritate Epiſcopi, in qua primus lapis tantum eſt benedictus, etſi diuina officia adhuc in illa non celebrentur, ſacrilegium committit, ſecundum Sanchez; alij vero oppoſitum ſentiunt. pag.295. num.32.

Homicidium committi poteſt vel per actũ poſitiuum, vel per negationem actus; & eſt duplex Proprium, & eſt quando fit per violentam animæ ſeparationem à corpore, & Improprium, & eſt odium, detractio, vel rei malæ ſuaſio.pag.296.num.35.

Miniſtrans venenum hominibus in Eccleſia refugiatis eſt vere homicida, imo proditor, & ideo incidit in caſum diœceſanum. pag. 297.num.36.

I

Idolatra, Idololatria.

CONtra idolatras ſine errore intellectus nulla eſt excommunicatio expreſſa in corpore iuris, etſi in nonnullis diœceſibus adſit excommunicatio reſeruata. pag. 78. num. 2.

Idolatra ſiue verus, ſiue fictus incidit in excõmunicationem diœceſanam. pag.79.n.4.

Licitum eſt agnum vendere infideli ſuo Idolo immolandum.pag.89.n.6.

Non eſt licitum Idolum fabricare gentili, cum idolum ad idololatriæ actum ſit cauſa formaliter extrinſecè concurrens; ſecùs ſi non à venditore ſit fabricatum, ſed ſit antiquũ; nam ratione antiquitatis vendi poteſt.pag. 90.num.8.

Idololatria eſt honor debitus ſoli Deo, tributus creaturæ.pag.78.n.1.

Idololatria duo dicit eſſentialiter, nempe quod tribuatur creaturæ honor ſoli Deo debitus, & ita tribuatur creaturæ, ſicuti Deo tribui debet, ideſt, quantum eſt ex parte creaturæ tribuentis intendat conciliare opinionem alteri creaturæ, quæ ad Deum ſolum ſpectat; quæ intentio duplex eſt Implicita, & Explicita, Explicita eſt duplex Actualis, & Habitualis.ibidem.

Omnis magia eſt tacita, ſeu implicita idololatria.ibidem.

Idololatria, quando eſt cum errore intellectus, habet coniunctam hæreſim; & tunc accidit quando quis putat creaturam à ſe adoratam eſſe reuera Deum, at ſi creaturam à ſe adoratam vt Deum, Deum non eſſe credit, tunc hæc idololatria caret errore intellectus, & conſequenter hæreſi. pag.eadem. num.2.

Sicut hæreſis eſſentialiter petit errorem in intellectu, ſic idololatria petit voluntatem internam conciliandi creaturæ æſtimationem ſoli Deo debitam per cultum diuinum ei exhibitum; vnde dicitur fictus idolatra, qui talem voluntatem non habet. pag.79.n.3.

Ignorantia.

Ignorantia reſeruationis caſus excuſat tranſgreſſorem, ſiue reſeruatio ſit in pœnam delicti, ſiue ob bonam Eccleſiæ gubernationẽ. pag.2.n. 1.& 6. & ideo talis ignorans poteſt abſolui à Cõfeſſario inferiori.p.37.n.4.

Ignorantia ſolius pœnæ, etiam ſi præceptum ſciatur excuſat à pœna.pag.3.num.2.

Ignorans non tenetur ad ſtatutum Epiſcopi. pag.4.num.5.

Igno-

Digitized by Google

Ignorantia reſeruationis non tribuit iuriſdictionem confeſſario inferiori, ſed facit, quod peccatum commiſſum reſeruatum non ſit. pag.6.num.12.

Ignorantia non poteſt excuſare pœnitentem à reſeruatione facta de peccatis præteritis, cum talis reſeruatio non fiat per modum ſtatuti in ordine ad ipſum, ſed per modum præcepti in ordine ad confeſſarium. pag. 6.num.13.

Ignorantia concomitans praua dicit peccatum per modum habitus, non per modum actus. pag.7.num.17.

Ignorantia concomitans excuſat à peccato conſummato, & à pœna peccati.pag.7.n.20.

Ignorantia facit, vt excommunicatus ſit capax Sacramenti pœnitentiæ. pag.20.n.10.

Qui vtitur verbis expreſsè dæmonem inuocantibus ignorantia inuincibili comitante tertio modo, ideſt cum ignorantia inuocationis, & voluntate expreſſa inuocandi dæmonem, non incidit in caſum diæceſanum reſeruatum cum cenſura.pag.98.num.1.

Qui cum ignorantia comitante peccat ſolo affectu, non vero effectu peccare dicitur.ibid.

Ignorantia inuincibili laborare dicitur, qui poſt factam diligentiam adhuc dubitat; ſicut etiam, qui nec notitiam, nec dubietatem, nec ſcrupuloſitatē habet de aliqua re. pag.98.num.3.

Ignorantia comitans, nec voluntarium directum, nec inuoluntarium facit, ſed facit nō voluntarium negatiuè.pag.99.n.3.

Ignorantia comitans tribus modis contingere pōt. Primo cū affectu, vt res ignorata eſſet talis, qualis ab operante appetitur, verum dum operatur nullo modo aduertit ad talem actualem productionem, & dicitur intentio habitualis tantum. Secundo contingit, qn̄ operās habet affectū vt res ignorata eſſet talis, qualis ab ipſo appetitur, & dum videt quod res talis non eſt, operatur cum affectu, vt eſſet talis. Tertio quando operans dum cognoſcit rem non eſſe talem, quam ipſe vellet, contra cognitionem quam de illa re habet, ſibi idaat, quod ſit talis, & tanquam circa talem operatur.pag.99.n.4.

Ignorantia comitans tertio modo explicata eſt tantum affectiuè, non effectiuè peccaminoſa. ibidem. num. 5.

Ignorantia comitans aliquando facit inuolūtarium, licet ſemper faciat non voluntarium.pag.101.n.7.

Actus factus cum ignorantia comitante eſt relictus in ſua natura, ita vt poſſit eſſe volūtarius voluntate ſimplicis complacentiæ, non vero voluntate efficaci.ibid.n.8.

Ignorantia comitans non deſtruit actum ſimplicis complacentiæ circa obiectum ignoratum, etſi impediat, vt eliciatur actus imperÿ efficax circa idem obiectum.ibid.

Cum ignorantia antecedente nec opus malum, nec affectus malus ſtare poteſt; at cum ignorantia comitante, etſi opus malum ſtare non poſſit, tamen affectus malus circa obiectum ſtare poteſt.pag. 102.n.9.

Ignorantia comitans non minuit peccatum quoad affectum, etſi minuat quoad effectū externum; & ideo ab opere exterius conſūmato excuſat.ibid.

Ignorantia comitans nullo modo comparatur cum ſubſtantia actus exterioris, quia nullo modo eſt cauſa illius: comparatur vero cum actu ipſo, quatenus eſt non voluntarius.ibid.num.10.

Ratio voluntarÿ per ignorantiam inuincibilē aufertur, qua ratione ablata tollitur omnis ratio peccati.ibid.

Quamuis peccatum ex ignorantia vincibili commiſſum ſit eiuſdem ſpeciei, ac peccatū ex certa ſcientia commiſſū tamen quando lex prohibens requirit ſcientiam obiecti non ſunt eiuſdem ſpeciei.pag.146.n.2.

Ignorantia craſſa, & lata culpa ſemper excuſant legis tranſgreſſorem, quando lex eſt lata contra ſcienter aliquid operantes, vel facere audentes.pag.148.n.8.

Ignorantia craſſa, & ſupina non excuſant à ſententÿs ordinariorum ignorantes, quando illorum ſententiæ cognitionem præcepti non requirunt; excuſant vero quando talem cognitionem requirunt. pag.149. num.10.

Quod omnino ignoratur contemni non poteſt. pag.150.n.2.& 151.n.5.

Qui operatur cum ignorantia vincibili, & cū animo firmo non tranſgrediendi præceptum, ſi adeſſet, vult negligentiam excludentem præcepti tranſgreſſionem.pag.150. num. 3.

Ignorantia vincibis non ſemper eſt peccatum mortale effectiuè, ſed tūc tātū quando vrget præceptum, & præceptum prærequirens ſui cognitionem nō vrget, niſi poſtquam cognitum eſt.pag.152.num 9.

Ignorantia mortaliter peccaminoſa in præcepto de re prohibita quia mala nō eſt mortaliter peccaminoſa in præcepto de re mala quia prohibita:quia ſuaue eſt ius humanū, ſecundum Sanchez; at dicerem, quod ignorantia peccaminoſa in præcepto de re mala quia prohibita non ſemper excuſet à peccato mortali,ſed tantū in illis præceptis poſitiuis præquirentibus ſui cognitionem pro eorum tranſgreſſione.pag.ead. ſub num.10.

Immunitas Eccleſiaſtica.

Depopulatores agrorū ſiue nocturni,ſiue diurni non gaudent eccleſiaſtica immunitate. pag.48.num.11.

Occidentes, vel mutilantes in Eccleſia ſiue appenſate,ſiue ex ſubitanea rixa non gaudent immunitate eccleſiaſtica. pag.293.num.27. Quod intellige ſiue hi ex loco profano in Eccleſia, ſiue ex Eccleſia in loco profano occidant,ſecundum aliquos DD.etſi alij oppoſitum ſentiant, ſiue exiſtentes in Eccleſia extrahant,& occidant, ſiue mandent homicidium fieri in Eccleſia, vel Cæmeterio, ſiue Eccleſia ſit conſecrata,ſiue non; hi enim delinquentes capi poſſunt non ſolum in Eccleſia in qua deliquerunt; ſed etiam in alia.ibidem.

Gaudent immunitate Eccleſiaſtica Oratoria Confraternitatum,ſiue ſint affixa domibus Eccleſiæ,ſiue ſint erecta auctoritate Epiſcopi,Cæmeteria,Hoſpitalia, Monaſteria Regularium, Palatia Epiſcoporum, etiam Titularium,vel Cardinalium, etiā extra vrbem, Domus Eccleſiæ, ſeu eccleſiaſticorum ædificatæ in ambitu Eccleſiæ per ſpatium 40.paſſuum quoad matrices, & 30.quoad alias Eccleſias, etiamſi tales domus ſint ſæcularibus locatæ. Campanilia Eccleſiæ, Paries extrinſecus Eccleſiæ, ſi à delinquēte tāgatur tantum, Pars ſuperior tecti Eccleſiæ, Porticus,Scalæ, Clauſtrum, Hortus ipſius Eccleſiæ; Eccleſia diruta, non tamen auctoritate Epiſcopi, & locus cui præſens eſt corpus Chriſti Sacramentatum. pag. 295.num.30.

Vt Eccleſia non dum conſecrata, gaudeat immunitate Eccleſiaſtica,duo requiruntur, & vt ibi diuina celebrentur,& vt diuinis obſequijs ſit dicata.ibid.n.32.

Debilitans tantum membrum alicuius in Eccleſia,& non abſcindens,nec amittit immunitatem Eccleſiaſticam, nec incidit in caſū diœceſanum reſeruatum cum cenſura; nec ſit irregularis,ſecundum veriorem ſententiam.pag.299.n.42.

Percutiens aliquem in Eccleſia,& frangens ei os in dorſo,ſiue coſtam in latere adhuc gaudet immunitate Eccleſiaſtica.pag.ead.n.43.

Incidentes digitum alterius in Eccleſia gaudent immunitate Eccleſiaſtica.ibid.n.45.

Infirmus.

Infirmus permittens ſe vngi à ſacerdote Oleo Sancto ad finem obtinendi ſanitatem ex affectu deuotionis,non ſuperſtitionis,nec peccatum committit,nec in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura incidit. pag 60. nu.1.& 62.nu.6.

Innocens.

Innocēns probatus nocens,& excommunicatus in foro fori non priuatur Eccleſiæ ſuffragijs.pag.21.n 13.

Innocēs dicitur, qui nō nocet,nec nocere vult, & idem eſt,ac ſimplex,& iuſtus;etſi aliquādo pro ſtulto ſumatur.pag.177.n.30.

Tres ſunt Innocentiæ gradus. Primus eſt malum non facere. Secundus facientibus non conſentire. Tertius peccantes corrigere,ſi poteſt.ibid.

Innocens dicitur non ſolum ſimplex;ſed etiam qui non ſimpliciter eſt ſimplex, vti eſt qui verbis,& maledictis cauſam dat alteri, vt iniuſtè aggrediatur; nam in ordine ad aggreſſionem talis inuaſus dicitur innocens. ibid.num.31.

Innocēs etiam quis dicitur ſecundum allegata, & probata,quamuis ſit nocēs occulte ſecundum rei veritatem,vel è contra; & hi innocentes poſſunt ad vitam propriam defendendam occidere falſum teſtem,accuſatorem, cuſtodem ad vitam tollēdam,ſecundum aliquos DD. dūmodo talis occiſio ſimpliciter neceſſaria videatur.ibid.n.32.

Item tales innocentes poſſunt falſos teſtes ad duellum prouocare, vel oblatum acceptare, cū non ſit verè duellum, ſed ſpecies quædā defen-

deſenſionis; dummodo hoc faciant ad honorem, vitam, vel res familiares in notabili quantitate tuendas. ibid.

Innocens ſi contra falſum teſtem; vel accuſatorem falſum crimen obijceret falſis teſtibus, non peccaret, niſi venialiter præciſo iuramento, quod ſi illos ad iurandum induceret, peccaret contra religionem, non contra iuſtitiam commutatiuam. ibid.

Inobediens.

Inobediens dici non poteſt, qui impoſsibile non exequitur, dum ad impoſsibile nemo tenetur. pag.74.n.9.

Inobediens ex indignatione, vel quia non vult ſuperiorem ſolatio afficere, non dicitur formaliter contemptor. pag.115.n.9.

Qui inobediens non eſt, & contumax excommunicari non poteſt. pag.123.n.25.

Nolens ſuperiori obedire ex negligentia, quamuis ſit inobediens, non eſt verè contemptor. pag.137.n.5.

Nolle obedire ex indignatione non dicit circumſtantiam mortalem ſuperadditam transgreſsioni præcepti, niſi indignatio ipſa ſit mortalis; at nolle obedire ex contemptu ſemper dicit peccatum mortale inobedientia. pag.139.n.12.

Inobedientia in re prohibita quia mala ſemper dicit contemptum; inobedientia vero in re mala, quia prohibita, non ſemper dicit contemptum. ibid.n.13.

Interrogatio.

Iniuſtæ, & non legitimæ interrogationi reſpondere licet æquiuocando, nec debitum eſt reſpondendi ei, qui ius non habet interrogandi. pag.191.n.2.

Implicitæ interrogationi nemo explicitè reſpondere tenetur. pag.192.n.9.

Legitimè interrogatus ſiuè mentiendo reſpondeat, ſiuè æquiuocando (quo caſu non mentitur) ſemper tenetur de falſo; illegitimè vero interrogatus; ſi æquiuocando veritatem occultat, nec mendacium dicit, nec de falſo tenetur, pag.193.n.15.

Interrogatus indefinitè de tota aliqua re non tenetur reſpondere de parte illius, ſed debet ſuperioris præcepto cogi ad reſpondendum de parte. pag.194.n.26.

Interrogatus an fundum poſsideat debet reſpondere de toto, ſi totum poſsidet, & de parte, ſi partem poſsidet; cum ſit interrogatio indefinita æquipollens vniuerſali, & potens eſſe particularis; & tam de toto quam de parte fundi verificari poſsit. ibid.n.17.

Explicitæ interrogationi explicita reſponſio correſpondet. pag.179.n.24.

Legitimè interrogatus, de aliqua re, ſi cum iuramento neget ſe ſcire, quod vere ſcit, eſt periurus, & falſi criminis reus. p.199.n.8.

Inſtrumentum.

Cauſa liquidationis inſtrumenti eſt cauſa criminalis, dum agitur de pœna applicanda fiſco, quæ ſucceſsit loco pœnæ mutilationis manus ratione periurij. pag.274.n.3.

Cauſam liquidationis inſtrumenti cognoſcere non poteſt Capitaneus Neap. quamuis alias cauſas criminales cognoſcere poſsit quia cauſa liquidationis ſeruata eſt præeminentijs M.C.V. pag.277.n.8.

Liquidatio inſtrumenti quamuis reſpectu pœnæ debitori infligendæ ad publicam vindictā criminalis ſit, tamē reſpectu creditoris eſt ciuilis, non criminalis. p.278.n.9.in fin.

Cauſa liquidationis inſtrumenti agitur coram iudice ciuili, & citationes expediri non poſſunt, niſi adſit ſubſcriptio magiſtri actorum cauſarum criminalium. pag. ead.n. 16.

Irregularis.

Irregularis non eſt, qui conſilium dat iudici, vt inferat mortem Reo, ea digno. p.71.n.3.in fi.

Irregularitas aliquando contrahitur ſine culpa; excommunicatio vero ſine culpa phyſica, & morali contrahi non poteſt. pag.75.n.13.

Incidens digitum alterius non eſt irregularis, quamuis irregularem efficiat percuſſum. pag.300.n.45.in fine.

Nec clericus, nec laicus, nec religioſus occidentes furē inuadentem ipſorum bona cum moderamine inculpatæ tutelæ ſunt irregulares, ſecundum Leſsium. pag.304.n.11.

Iudex.

Poteſt iudex tuta conſcientia, & ex affectu iuſtitia procurare impij occiſionem ab inimico ipſius impij, quamuis ſciat talem occidendum ex odio ab ipſo inimico. pag.106.nu.3.

Iudex non poteſt priuare vita innocentes probatos nocentes, quamuis priuare poſsit publicis officijs, vel bonis; at quando iſti innocētes bonis poſſunt occultè cōpenſare, non tamen ſi ſpoliētur publicis officijs. p.178.n.33.

Iu-

Iudicis ſententia circa totum comprehendit etiam partem, ne eluſorium, & inutile iudicium reddatur. pag. 193. n. 12.

Ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognoſcerè, an habitus clerici ſit ſæcularis, vel Eccleſiaſticus. pag. 248. n. 3.

Superiores ſiuè Iudices, & quæcumque perſona officium, ſeu poteſtatem ſæcularem habentes, quæ ex prætenſo eorum officio, vel ad inſtantiam partis perſonas Eccleſiaſticas priuilegiatas ex prætenſo eorum officio ad illorum tribunal præter iuris canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahere faciunt, vel procurant tractionem indirectè, ſiue directè, quouis quæſito colore incidunt in excõmunicationem bullæ cænæ; pars vero quæ inſtat vt Eccleſiaſticus trahatur, ſi ſæcularis eſt non incidit in præfatam bullam, etſi incidat in excommunicationem diœceſanã; ſi Eccleſiaſticus eſt incidit in excommunicationem Pontifici reſeruatam; imò ſecundum aliquos etiam in excommunicationem bullæ cænæ, ſi hæc tractio fiat auctoritate iudiciali laica. pag. 254. n. 20. & 260. n. 31.

Iudices ſæculares trahentes ad ſua tribunalia clericos, quos ſecundum iuris diſpoſitionem trahere poſſunt, non incidunt in exoommunicationem bullæ cœnæ; nec Pars, quæ hos trahi facit incidit in excommunicationem. pag. 255. n. 20. in fine.

Iudex ſæcularis trahere poteſt ad ſuum tribunal clericos Depoſitos, ſiue degradatos realiter, Bigamos, ſiue bigamia ſit vera, ſiue interpretatiua. ibid. n. 21.

Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere clericos in cauſa feudi, ſi agatur de proprietate, & poſſeſſione feudi, non vero ſi de ſatisfactione domino feudi facienda. ibid. n. 22.

Item poteſt cognoſcere eum, qui poſt patratum delictum habitum clericalem in fraudem fori ſæcularis ſumit, quamuis oppoſitum ſit probabilius. pag. 256. n. eod.

Itẽ in cauſa recõuentionis, etiãſi clericus deſiſtere velit ab actione cõtra laicũ intẽtata. ib.

Item in bonis regalibus, quæ ſemper dantur cum conditione, vt eorum controuerſia coram iudice laico definiatur. ibid.

Item cognoſcere poteſt clericos citatos ſi ſua putarint intereſſe, quo caſu ſi compareãt, & declinatoriam non opponant, tenentur ſtare iudicio, at ſi declinatoriã opponant, vel non cõpareãt iudex laicus incõpetẽs redditur. ib.

Item cognoſcere poteſt clericos hæredes laici ad finiendam litem inceptam cum defuncto laico, etſi oppoſitum alij ſentiant; ſecus vero ſi lis nec incæpta, nec conteſtata ſit. ibid. n. 22. in fine.

Item poteſt cognoſcere clericos etiam in ſacris ſi dimiſſo habitu, vel illo non dimiſſo ſe enormibus immiſcent, poſt trinam Epiſcopi monitionem, & ſententiam; quæ autem ſint crimina enormia arbitrio prudentium ſunt remittenda. pag. 257. n. 23.

Item Clericos Aſſaſſinos, dummodo de Aſſaſſinio conſtet per iudicialem declarationem iudicis Eccleſiaſtici. Item clericos publicè exercentes officium tabernariorum, vel macellariorum, ſi poſt trinam Ordinarij monitionem non deſiſtant. ibid. n. 24.

Item clericos in hæreſim repetitam lapſos, ſicut etiam falſarios litterarum Apoſtolicarum, vel conſpirantes in Epiſcopum, dummodo tamen ſint incorrigibiles, item omnes alios incorrigibiles, qui ter moniti ſub excommunicatione adhuc in crimine perſeuerant. pag. 257. & 258. n. 25.

Iudex laicus poteſt clericos capere, ſi mandatũ ſuperioris Eccleſiaſtici habet, vel ſi poſt commiſſum delictum notorium ſint ſuſpecti de fuga, vel pro debito ciuili; dummodo tamen illos capiat ad finem præſentandi iudici Eccleſiaſtico, & ſint ſuſpecti de fuga, & certo ſciat, vel ſaltem dubitet, quod alia bona habeant; nam ſi alia bona non habent, incarcerari non poſſunt. pag. 258. n. 26.

Iudex ſæcularis poteſt item capere clericos ad obuiandum delicto futuro, maximè ſi cum dãno tertij delictum timeatur. Item poteſt capere clericum in fragrãti delicto inuentũ; intellige cum ſuprapoſitis conditionibus. ib.

Iudex laicus non poteſt punire, vel incarcerare clericos reſiſtentes iuriſdictioni laicali, vel non exhibentes ei ſigna reuerentiæ, vel coram ipſo delinquentes; ſicutì nec Nouitium cum habitu delinquentem, etiam dimiſſo habitu. pag. 259. n. 27.

Iudex laicus non poteſt clericos armis prohibitis ſpoliare, niſi ſpoliaret, vt ſtatim Epiſcopis, ſeu Prælatis deferret: nec clericũ in venatione inuẽtum canibus, auibus &c. nec aliqua veſte pragm. regia prohibita, nec oleo, frumento, &c. venditioni expoſito; ibidem.

Nec poteſt ſecularis iudex procedere contra clericorum animalia in alienis paſcuis inuenta, nec poteſt illos cogere ad deſtruendam, vel reparandam domum ruinoſam, vel ad plateam mundandam. ibi.

Iudex laicus non poteſt cogere clericos etiam coniugatos ad vendendum frumentum tempore chareſtiæ, nec ad reſtituendam poſſeſſionem vi ereptam, nec ad reſtituendum depoſitum laico. ibid.

*Iudex laicus clerici purgationem admittens, & ſententiam proferens contra illum ſponte ſe ſubijcientem, quamuis male faciat, non tamen incidit in Cau.*15. *Bullæ cœnæ; incideret verò ſi minis, vel ſuaſionibus illum induceret ad ſtandum ſuæ iuriſdictioni; ſententia tamen, & acta à tali iudice ſeculari facta contra talem clericum ſunt ipſo iure nulla. pag.*261. *num.*30.

Vide verbo clerici.

Qui legitime iurat ſub vno iudice, facit, vt hic iudex poſſit talem iurantem punire de tranſgreſſione talis iuramenti, pag. 266. *num.*9.

*De iure communi ſemper eſt attendendus iudex competens tempore commiſſi criminis, ex priuilegio tamen attenditur tempus conuentionis; hinc eſt, quod laicus delinquens effectus clericus eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico ex priuilegio; clericus verò delinquens effectus laicus eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico ex iure communi. pag.*270. *num.*20.

*Qualitas, quæ facit mutare ſtatum, & conditionem delinquentis, ſi adueniat, facit, vt deliquens ſit remittendus ad iudicem ſtatus ſi facit mutare forum tantum, tunc delinquens non eſt remittendus ad iudicem fori. ibid. n.*23.

*Iudex laicus non poteſt clericum coniugatum condemnare, nec perſonaliter, nec pecunialiter. pag.*275. *n.*4.

*Iudex Eccleſiaſticus poteſt cauſas agitare in Eccleſia, etiam cum ſtrepitu. pag.*293. *numer.*24

*Iudex ſecularis poteſt licitè, & validè in Eccleſia diſpenſare, eligere, præſentare, & ſimilia agere, quæ ſine ſtrepitu iudiciali fieri poſſunt. pag. ead. n.*25.

*Iudex ſecularis punire poteſt, eos qui non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, non ſolum de delictis in Eccleſia commiſſis, ſed etiam de commiſſis extra Eccleſiam. pag.*294. *nu.* 27. *in fine.*

Iudicium.

*Iudicium dicitur à iure dicendo, profertur enim cum auctoritate per ſententiam, & ſumitur aliquando pro cauſa in diſcuſſione poſita. pag.*170. *num.*9. *& pag.*271. *num.* 26.

*Iudicium aliud eſt Eccleſiaſticum, in quo conueniuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, aliud ſeculares, in quo conueniuntur ſeculares pag. ead. num.*11.

Triplici modo poteſt quis in iudicio deponere, nempe per accuſationem, denunciationem, & teſtificationem. pag. 172. *num.*15.

Iuramentum.

*Licitum eſt exigere iuramentum ab eo, quem timemus falſo iuraturum; dummodo non petatur, vt falſum iuret; ſicut etiam licitum eſt exigere ab Ethnico iuramentum per falſos deos, dummodo adſit iuſta cauſa, & neceſſitas illud exigendi. pag.*92. *num.*11. *&* 106. *num.*3.

Iuramentum cum æquiuocatione ſine neceſſitate eſt tantum peccatum veniale. pag. 191. *num.*2.

*Iuramentum appoſitum ſupra actum ſua natura diuiſibilem, & diuiduum, reddit illum indiuiſibilem, & indiuiduum in ordine ad veritatem. pag.*192. *n.*8

Caſus reſeruatus de falſitate cum iuramento commiſſa in iudicio loquitur de iuramento aſſertorio, non de promiſſorio. pag. 199. *num.*5.

*Iuramentum eſt de forma teſtimonij, vnde teſtimonium ſine iuramento non eſt vere teſtimonium. pag.*203. *n.*8.

*Iuramentum eſt depoſitioni eſſentiale, non ad teſtificandum ſimpliciter, ſed ad fidem teſtificationi præſtandam cum teſti non iurato non credatur in præiudicium partis; quod ſi à parte fuit iuramentum remiſſum teſti non iurato creditur, non propter teſtificationem, ſed ex voluntate partis læſæ. ibidem n.*9.

*Iuramentum quoad eius vim, & effectum in multis differt à ſimplici loquela. pag.*210. *num.*13.

Qui cum iuramento promittit, quando non ſoluit dicitur periurus, non quia non ſoluit, ſed quia iurauit, pag.268. num.16.

Iuramentum duplicem parit effectum, obligationem ſcilicet, & periurium. ibid. n. 17.

Iurans.

Iurans falſum in iudicio cum damno tertij inaduertenter, vel ignoranter nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, nec tenetur ſe retractare cum graui damno proprio; ſi tamen ſperat retractationem ſuam profuturam tenetur lege charitatis ſe retractare, non tamen reſtituere; ſecus ſi malitioſe depoſuerit, tunc enim tenetur ſe retractare, etiam cum æquali damno. pag. 171. n.14.

Iurans vocat Deum in teſtem, de re futura in iuramento promiſſorio; de re preſenti in iuramento aſſertorio. pag. 198. n. 2.

Qui veritatem cum iuramento promiſſam celat, eſt quidem periurus, ſed non falſi criminis reus. pag. 199. num.8.

Qui per fidem in ſcriptis dicit ſe cum iuramento deponere, & falſum aſſerit in illo non incidit in cenſuram diœceſanam reſeruatam; nam tunc non iurat de formali, ſed tantum promittit ſe cum iuramento deponere. pag.210. num.13.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio diminuta in ordine ad Eccleſiam non arguit iuriſdictionem diminutam in ordine ad Deum. pag.33. num.9.

Poteſtas iuriſdictionis, quæ eſt apud Eccleſiam, cui voluerit ipſa Eccleſia communicat. pag. 34. num.11.

Iuriſdictio delegata in ordine ad Sacramentum pœnitentia habetur per approbationem Epiſcopi. pag.215. num. 5.

Delegatam iuriſdictionẽ tribuere poſſunt, Epiſcopus, etiam electus tantum, ſiue etiam Archiepiſcopus in ſua Prouincia dum actu viſitat, Vicarius Generalis, ſiue Capitularis ſede vacante, Abbates ſæculares, & Priores magni exempti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, & generaliter quicumquè ordinariam habent poteſtatem, imò etiam Delegatus à Papa. ibid.

Parochus quamuis ſit ordinarius, alteri tamen Sacerdoti delegare non poteſt abſoluendi iuriſdictionem; niſi Sacerdos ille ſit ab Epiſcopo approbatus. ibid.

Iuriſdictio delegata in ordine ad confeſſiones gratis eſt concedenda; quodſi per pecuniam concedatur, validè conceditur; at dans; & recipiens peccant mortaliter. ibid. num.6.

Sacerdotes, vt hanc delegatam iuriſdictionem habeant, ſunt à locorum Ordinarijs approbandi, vel per examen in ordine ad audiendas ſæcularium tantum confeſſiones, non vero regularium, vel per commiſſionem curæ animarum, etiam ad tempus; vel per Epiſcopi mandatum. ibid.

Doctores, Licentiati, Lectores, & famoſi Prædicatores, quamuis publicè conſtet de eorum doctrina, hanc delegatam iuriſdictionem, ſiue approbationem petere tenentur, quam non habent, etſi eis denegetur iniuſtè. pag. 216. num.6. in fine.

Ad fundandam iuriſdictionem attẽditur qualitas, quæ erat tempore actus geſti, aut delicti commiſſi. pag.264. num.2.

Iuriſdictio ſemel acquiſita à Iudice ob qualitatem delinquentis, vel contrahentis non deperditur, etiam qualitate hac mutata. pag.266. num.9.

Ius.

Qui vtitur iure ſuo, in fraudem non videtur agere. pag.40. num.5.

Extra territorium ius dicenti non paretur impune. pag.41. num.4.

Ius, & debitum ſunt correlatiua. pag. 266. num. 8.

Omnia iura per mortem amittuntur, & ſic defunctus amittit omnia iura ad ſua bona, & hæredi acquiruntur; vnde bona ab hærede diſtracta non poſſunt à defuncto reſuſcitato recuperari. pag.272. num.29.

Iuri diuino per ſe diſpenſari non poteſt, ſicut neque immutari poteſt. pag.279. n.2.

Iuſtitia.

Iuſtitia duplex eſt legalis, & Particularis. Legalis eſt inter ius communitatis in ordine ad ciuem tanquam ad compartem, & debitum ciuis in ordine ad communitatem, tamquam ad totum, & obligatio iuſtitiæ legalis ſtrictior eſt, quam obligatio pietatis. pag.185. num.2.

Iuſtitia legalis in ſubdito eſt complexio omnium virtutum, quatenus ſubditus legi obtemperat; in Superiore verò eſt eadem complexio virtutum quatenus inclinat illum;

vt

vt curet leges ſeruare.ibid.

Iuſtitia legalis,ſi vocanda eſt virtus particularis,debet potius nomine obedientiæ vocari,quam alio nomine.ibid.

Iuſtitia particularis duplex eſt,Commutatiua vna,Diſtributiua altera;Cõmutatiua diſponit priuatum hominem ad priuatum, dirigit communitates,reſpicit conditionem rei alterius, vt reddatur æquale, & finis eius eſt æqualitatem ponere inter datum,& acceptum;Diſtributiua verò diſponit communitatem ad priuatum hominem, dirigit diſtributiones ,reſpicit conditionem perſonæ, & eius finis intrinſecus eſt ponere æqualitatem inter proportionem,& proportionem. pag.186.num.3.

Iuſtitia diſtributiua aliquando inuoluit iuſtitiam commutatiuam. ibidem.num. 4.

Quia triplex reperitur habitudo in republica nempè partis ad partem , totius ad partem, & partis ad totum,ideo triplex iuſtitia in ea inuenitur;virtus enim diſponens partem ad partem dicitur iuſtitia commutatiua, virtus diſponens partem ad totum dicitur iuſtitia legalis, virtus diſponens totum ad partem dicitur iuſtitia diſtributiua, ibid. num.5.

Quilibet in conſcientia ſeruare tenetur iuſtitiam commutatiuam, diſtributiuam, & legalem,ſed cum maiori vinculo hanc,quam illas.pag.188.num.8.

L

Lamiæ.

LAmiæ ſunt, quæ pueris necem afferunt, ſuntque mulieres quædam , quæ nocte ſolitæ ſunt cum dæmone graſſari,& dæmones ipſos habent obſequentes. pag. 94. num.1.

Lex,Legiſlator.

Lex prohibens quod eſt maius, non prohibet quod eſt minus,niſi id expreſſerit. pag.67. num.5.

Qui legem humanam tranſgreditur cum iuſta cauſa; nullam committit culpam. pag. 114.num.3.

Cauſa iuſta legem tranſgrediendi dicitur, propter quam ſi legiſlator eſſet preſens tranſgreſſorem excuſaret,& etiam cauſa iuſta dicitur , quæ bona fide pro iuſta habetur,quamuis in ſe iuſta non ſit.ibid.et pag. 138.num.8.

Lex,ſeù præceptum aliquando fundatur in præſumptione facti, vel delicti, aliquando in periculo facti,vel delicti;quando fundatur in præſumptione , ſi præſumptio ceſſat, ceſſat etiã obligatio legis ; quãdo verò fundatur in periculo facti, vel delicti, etiam ſi ceſſet delictum, non ceſſat obligatio legis. pag.117.num.14.

In lege pœnali non fit extenſio de caſu ad caſum ex identitate rationis in foro conſciẽtiæ , etſi in ordine ad forum fori, & in ordine ad iudicandum ſemper fiat extenſio. pag.126.nu.34.& 214.nu.3.

Lex pœnalis quamuis extendatur ex identitate rationis de caſu ad caſum quoad obligationem , tamen quoad pœnam ab ipſa lege impoſitam extendi non poteſt. pag.126. nu.35.& pag.155.num.7.

Ratio dicitur mens,& anima legis,ita vt vbicumque eſt eadem ratio , debeat vigere eãdẽ lex ; lex tamen pœnalis nõ omnino à ratione pendet , ſed à legiſlatoris voluntate, vnde non viget vbi eſt eadem ratio,ſed vbi eſt eadem legiſlatoris voluntas.ibid.

A verbis legis per quæ Princeps ſuam voluntatem exprimit recedendum non eſt ſine neceſſitate.pag.128.nu.39.

Ea quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notẽtur,ſunt à lege neglecta.pag. 144. nu.3.& 155.num.4.

Verba legis tunc eſſent extendenda, quando illius finis fruſtraretur.pag.145.nu. 10.

Lex requirens ſcientiam in tranſgreſſore ſolet id exprimere, aut verbis expreſſis , aut verbis æquiualentibus,quę ſciẽtia ſi deerit, operans dici non poteſt formaliter tranſgreſſor.pag.147.nu.3.

Quando in lege non præequiritur cognitio idem eſt ſcire, ac debere ſcire, quoad culpã mortalem contrahendam.pag.151.num.7.

Quando lex prærequirit ſui cognitionem ad ipſius tranſgreſſionem petit voluntarium directum,non indirectum.pag.152. num.8.

Quando materia in lege pręcepta eſt leuis ſecluſis circumſtãtijs,talis lex nõ obligat ſub mortali,ſi contumacia abeſt. pag. 161. num.8.

Seruans verba, & non mentem legis dicitur illius tranſgreſſor.pag.162.nu.2.

Mens legis eſt id,quod lex præcipere intendit; finis verò legis eſt id, ad quod ordinatur, quod à lege præcipitur,qui finis ſub præcepto non cadit.ibid.

Mens legis ſolet à DD. appellari finis intrinſecus, finis verò appellatur mens,ſeu finis extrinſecus.ibid.

Si legislator petat in traſgreſſione non tam effectum extrinſecum, quam intrinſecum; tūc ut quis dicatur tranſgreſſor nō ſufficit vnum ponere ſine alio.pag.163.nu.5.

Verba legis ſunt intelligenda cum effectu adæquato,ſeu conſummato, non cum effectu inadæquato ; ſeu intentato. ibidem num.6.

Finis extrinſecus legis non cadit ſub prohibitionem regulariter; cadit tamen quando à Superiore intenditur, ſiue expreſſè, ſiuè tacitè.pag.164.nu.9.

Leges ciuiles quando ſunt iuſtæ obligant in conſcientia.pag.187.num.6.

Legislator ſecularis in ferendo leges eſt Dei miniſter,à quo poteſtatem recipit.ibid.

Lex poſitiua non eſt aliud niſi determinatio, ſiue conſequentia legis æternę.ibid.

Lex poſitiua non poteſt me cogere ad deponendum contra me ipſum , ſicut nec poteſt me cogere ad deponendum contra parētes.pag. 206.nu.2.in fine.

Leges adaptantur ad ea, quę frequentius accidunt.pag.214.nu.2.

Poteſtas ferendi leges eſt apud communitatem,& ab hac Principi transfunditur.pag. 238.num.8.

Extrema neceſſitas excuſat ab obſeruantia legis humanę.pag.239.nu.9.

Lex humana poteſt obligare cum perditione animæ,ſiue in conſcientia,quoties lex diuina non obſtat, at obligare non poteſt cum perditione vitę corporalis,quia ſemper lex naturalis obſtat.pag.241.nu.13.

Ex vi legis naturalis , & cum vitæ diſpendio omnes ciues , & omnes regnicoli tenentur ad conſeruationem ciuitatis,vel regni,dūmodo maius ſit commune bonum, quam indiuidui vita.ibid.nu.14.

Lex poſitiua præcipiens aliquid non fieri , ſi actum contra preceptum annullat , non obligat ad mortale , ſi ſine contemptu fiat; quia preceptum cadit ſupra actum, non ſupra perſonam ; ideo index laicus agitans cauſam in Eccleſia ſine contemptu nō peccat, ſicut nec impubes teſtando , nec pubes teſtando ſine requiſitis teſtibus, nec filiusfamilias ſe obligando; quantum eſt ex vi obligationis.pag.293.nu.23.

Licentia.

Licentia indefinitè conceſſa loquendi cum monialibus non expirat,niſi reuocetur; vnde qui licentiam talem obtinuit loqui poteſt toties , quoties voluerit, pag. 142. num.1.

Licentia loquendi cum monialibus non eſt diſpenſatio legis,ſed ipſius legis obſeruantia; cum ſtatutum licentiam requirat ad loquendum. ibidem num.3.

Licentia indefinitè conceſſa eſt quid fauorabile; ac proinde ampliāda ad plures vices, quouſquè non reuocetur.ibid.num.4.

Licentia loquendi cum monialibus continet fauorem tam ex parte monialium, quam ex parte alloquentium.ibid.nu.5.

Habens licentiam loquendi cum monialibus, ſi aliquo die Prȩlatus concedat generalem licentiam loquendi cum illis,& ipſe loquitur,poteſt iterum alloqui.ſua ſpeciali licētia vtendo, etiam ſi ſit ei conceſſa pro eodē die,quo generalis licentia conceditur.pag. 143.num.6.

Locatio,& Locans.

Licitum eſt locare domum meretrici, etiam ſi locans ſciat nonnullas fornicationes ibi ſequuturas , dummodo domus non coadiunet.pag.89.nu.6.

Si conductor intendat cōducere domum quinque,& locator locare decem non valet conductio,cum de cōductoris incommodo agatur. Quod ſi conductor decem, locator verò quinquè locare intendat , valet conductio in quinquè ; quia de conductoris commodo agitur.pag.192.nu.10.

Loquens, Loqui, Locutio,

Loquutio cum monialibus, quamuis indifferens ſit,tamen ratione circumſtantiæ eſt materia grauis, & ideo loquēs peccat mortaliter, & conſequenter Epiſcopus poteſt talem excommunicare.pag.117.nu.13.

Qui ſilentium præceptum à Superiore ob bo-

num

num communitatis, vel ratione ſcandali, loquendo frangit peccat mortaliter. ibid.

Loquutio cum monialibus tendit ad deſtructionem communitatis, & decentiæ clauſuræ. ibid.

Prohibitio loquutionis cum monialibus fundatur in periculo deſtructionis communitatis, vel decentiæ clauſuræ, non vero in præſumptione deſtructionis; & ideo non ceſſat obligatio, etiam ſi talis deſtructio ceſſet. pag. 118. nu. 14.

Colloquentes cum Abbatiſſa, Fratres monialium in primo gradu, Filij monialiũ, Pater, & Mater monialis, Mulieres in diebus non prohibitis, Qui metu graui alloquitur, etiã de rebus obſcœnis, licet peccet mortaliter, Qui paruo tempore, vel idiomate à moniali non intellecto, Pueri, & Puellæ ante pubertatem, etiam ſi dubitent de complemento pubertatis poſt factam diligentiam, Famuli Epiſcopi, & Qui de domo ſua propè monaſterium loquuntur, Loquentes per interpretem, & cum auſcultatricibus, & intereſſentibus ex officio non incidunt in diœceſanam excõmunicationẽ latã contra colloquentes cum monialibus; ſecus verò dicendum eſt de loquente à platea monaſterij, vel ſi opere dæmonis ſit tranſlatus ad Monaſterium ipſo volente; non tamen incidit ſi inuitus transferatur. pag. 118. nu. 15.

Licentia Epiſcopi de loquendo cum monialibus ſufficit ſi ſit non ſcripta; etſi quoad forum fori ſæcularis ſcripta requiratur ad effugiendam pœnam pecuniariam à Iudice laico impoſitam. pag. 124. nu. 28.

Loquens cum monialibus de rebus obſcœnis, ſed non ſub prætextu licentiæ obtentæ, ſi loquatur ad breue tempus non incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura pag. 126. nu. 33. & 127. nu. 38.

In loquutione cum monialibus, maximè de rebus honeſtis datur paruitas materiæ, quanta autem ſit hæc paruitas diſcrepant inter ſe DD. pag. 127. nu. 36.

Statutum prohibens loquutionem cum monialibus pro fine habet, ne ipſæ ſint otioſæ, & vt expeditius Deo ſeruire valeant, & ad clauſuræ decentiam conſeruandam. ibid. num. 37.

Verba inhoneſta, etſi pauca cum monialibus habita mortale peccatum conſtituere poſſunt, & conſequenter comprahendi in caſu noſtro. ibid. num. 38.

Loquens ad longum tempus cum monialibus de rebus obſcœnis ſine prætextu licentiæ incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura: tamquam locutor vt ſic, non vt locutor inhoneſtus. pag. 129. nu. 43.

Loquens cum monialibus de rebus obſcœnis ſub prætextu licentiæ ad breue tempus incidit in caſum, & cenſuram diœceſanam. ibid. nu. 44.

Habens licentiam loquendi cum monialibus ſi loquatur inhoneſtè ad breue tempus non ſub prætextu licentiæ, id eſt, cum intentione iterum loquendi de rebus honeſtis ex vi illius licentiæ prius obtentæ, non incidit in caſum prædictum. ibid. nu. 45.

Statutum prohibens loquutionem cum monialibus, etſi ſit fauorabile reſpectu monialiũ, quatenus eſt latum ob bonum animæ ipſarum, tamen reſpectu colloquentis cum ipſis eſt odioſum, cum contineat pœnam, & vt odioſum non poteſt extendi vltra caſum in ſtatuto expreſſum. pag. ead. nu. 46. & 157. num. 5.

Loquens inhoneſtè cum monialibus ſi licentia non indiget, cum nõ loquatur ſub prætextu licentiæ, in prædictum caſum, & cenſuram non incidit. ibid. nu. 47.

Loquens cum monialibus per nutus, & ſigna, quia verè affectus internos explicat, incidit in caſum, & cenſuram prædictam; ſicut etiam loquentes loquela ipſi tantum moniali cognita. pag. 130. nu. 49.

Loquens cum monialibus per intermediam perſonam, vel ſcripturam, non incidit in caſum prædictum cum cenſura ibid.

Habens cauſam neceſſariam loquendi cum monialibus, ſi licentiam loquendi non petat, ſed non ex contemptu, in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura non incidit. pag. 136. nu. 1. & 137. num. 3. quia nec transgreſſor, nec legis contemptor dici poteſt, cum abſit dolus. ibid. nu. 4.

Qui præceptum non habet petendi licentiam accedendi ad colloquendum cum monialibus; nec præſumit, ſi accedit ad loquẽdum, nec eſt formaliter inobediens. pag. 138. num. 10.

Qui cauſam in ſe nõ iuſtam pro iuſta tenet, ſi ſine licentia cum monialibus loquatur, non incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura; dummodo eam intentionem habeat, quod ſi cauſa neceſſaria non eſſet nec etiam loqueretur.pag.139.nu.14.

Cauſa rationabilis eſt diuerſa à cauſa neceſſaria, & ideo qui habet cauſam neceſſariam loqui poteſt cum monialibus ſine licentia, non verò qui habet cauſam rationabilem pag.140.nu.15.

Alloquens monialem, à qua nullum reſpõſum accipit, non incidit in caſum diœceſanum prædictum.pag.144.nu.1.

Loquens cum monialibus cum craſſa, ſeu vincibili ignorantia prohibitionis, & excõmunicationis nec in cenſuram, neq; in reſeruationem incidit; unde ſi loquendo peccaret, poſſet abſolui à quocunque cõfeſſario inferiori.pag.146.nu.1.

Loquutio cum monialibus non eſt intrinſecè mala, ſed mala quia prohibita, & ea eſt prohibita, quæ fit in Diœceſi cũ præſumptione, id eſt, cũ dolo, & contẽptu.pag.150.n.2.

Loquens cum monialibus ſine licentia inuincibiliter ignorãs excommunicationem, ſed ſciens reſeruationem poteſt abſolui ab habentibus poteſtatem abſoluendi à reſeruatis ſine cenſura.pag.153.nu.1.

Loquens ſine licentia cum fœminis in Monaſterio degentibus non cauſa educationis, ſed ob aliam cauſam, non incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura.pag.154.num.1.

Frequentia nõ eſt loqui cum monialibus duabus vicibus continuis, nec duabus vicibus in menſe.pag.159.num.3.

Cuique licet loqui de infamijs illius, qui nullo modo amat ſuum honorem. pag. 303. num.9.

M

Magus.

Condens, vel vendens annulum Mago, qui in eo dæmonem conſtringere intendit, mortaliter non peccat; dummodo ea intentione non vendat, vel condat.pag. 88.nu.1.

Cuicumque licet deſtruere ſignum à Mago poſitum non ad conſeruãdum pactum cum dæmone initum non nocendi ſublato ſigno, ſed ad deſtruendũ primum pactum nocẽdi, & ad ſanitatẽ obtinendam.pag.107.nu.8.

Maleficiatus, Maleficium.

Præparans tantum ſe ad vſum maleficiorum non facit contra ſtatutum reſeruationis, & ideo poteſt abſolui à quocunque confeſſario inferiori pag.103.nu.3.

Maleficiatus, qui acceſſit ad Negromantem, ſeu veneficum ad finem recipiendi ſolutionem ſui maleficij, ſi Negromans, ſeu veneficus ſcit ſolutionẽ naturalem illius, et vult modo ſuperſtitioſo maleficium ſoluere, poteſt tamen ſolutionem acceptare; dummodo non poſſet aliter recipere ſolutionem maleficij, & Negromantem, ſeu veneficum exhortetur ad naturalem ſolutionem illius, ſi tamen fructum ſperat ex tali exhortatione pag.105.nu.1.& 106.nu.5.& 314.n.3.& 315.nu.4.

Maleficiatus, qui à malefico ſciente ſoluere maleficium via ſuperſtitioſa tantum, ſolutionem petit, quamuis peccet mortaliter poteſt tamen à quocumque confeſſario inferiori abſolui.pag.105.num.2.

Maleficiatus non poteſt cooperare cum Mago ad maleficium ſoluendum via ſuperſtitioſa, quia vteretur medio vim habente ex pacto cum dæmone inito.pag.107.nu.6.

Maleficiatus, qui ſcit Magum ſciuiſſe via ſuperſtitioſa ſolutionem ſui maleficij. poteſt à tali Mago talem ſolutionem petere, ſi ſuperſtitioſa non ſit pag.ead. num.7.

Maleficiatus petendo à Mago ſolutionem maleficij non petit opus vagum, ſed determinatum, quamuis modum ſoluendi vage petat pag.107.nu.9.

Maleficiatus petens ſolutionem maleficij à malefico ſciente etiam naturaliter tale maleficium ſoluere non petit ab ipſo quatenus eſt maleficus, ſed quatenus licitè maleficium auferre poteſt.ibid.

Sanitas reſtituta maleficiato per ſigni deſtructionem non prouenit ab auxilio, vel à poſitiua actione dæmonis, ſed tantum à ſolutione pacti prius initi inter Magum, & dæmonem.pag.108.num.10.

Maleficiatus vtens balneo naturali ordinato à Saga, in quo fuit appoſita aqua benedicta abſque vllo ſortilegio, nullum committit peccatum.pag.314.nu.1.

Solutio maleficij tunc maxime dicitur fieri

mo-

modo licito, quando ſit modis ab Eccleſia inſtitutis. pag.315.n.6.

Mandans.

Mandans reuocato mandato ſecundum communiſſimam ſententiam non tenetur amplius de damno inde ſequuto; ſecus verò dicendum eſt de conſulente, quia etiam reuocato conſilio tenetur de damno, ſi damnum ſequitur. pag.71.n.5.

Mandans fieri beneficium cum abuſu Sãctiſſimi Sacramenti, vel Olei ſancti, ſi antequam ſequatur abuſus ſe pœniteat, & moraliter non poſſit reuocare mandatum, in caſum Diœceſanum reſeruatum cum cenſura non incurrit; & ideò poteſt abſolui à quocunq; Confeſſario inferiori; & ſi poſt abſolutionem abuſio ſequatur, talis mandans non tenetur ſe præſentare ſuperiori. pag.73.n.1.

Mandantes effectu adhuc non ſequuto dici non poſſunt abutentes per alium, ac proinde non comprehenduntur in caſu reſeruato Diœceſano. pag.74.n.6.

Mandans, qui perfectè explicauit in confeſſione affectum abuſionis Sacramentorum, & mandatum datum ad hunc finem, ſi confitetur ante abuſionem, ad nihil aliud tenetur in ordine ad confeſſionem, etiam ſi poſt ipſam ſequatur abuſio. pag.ead.n.7.

Mandans fieri abuſionem Sacramentalium, ſi ante delicti conſummationem moriatur non incidit in excommunicationem diœceſanam. ibid.n.8.

Mandans, cui mandatum diſplicet, & ipſius ſe pœnitet, licet phyſice dicatur cauſa effectus prouenientis, tamen quoad morale non dicitur cauſa, quia per pœnitentiam eſt iam interciſa cauſa peccati. pag.75.n.12.

Mandans fieri beneficium cum abuſu Sacramentorum, ſi dubitet an mandatum ſit opere completum, poteſt à quocunquè confeſſario abſolui. pag.77.n.1.

Mandans confeſſario vt pœnitentem ſollicitet, quamuis ſecundum aliquot non ſit denunciandus, oppoſitum tamen eſt probabilius, cum mandans mandatarij forum ſortiatur. pag.219.n.15.

Mandans Petrum laicum occidi, ſi pendente mandato Petrus ſit clericus, mandatum erit ſacrilegum maximè ſi mandans ratam habet exequutionem talis mandati; quod ſi ante exequutionem ſe pœniteat mandans erit dicendus in foro fori ſacrilegus, & non in foro conſcientiæ. pag.291.n.17. in fin.

Matrimonium.

Qui matrimonium contrahit principaliter ad honorem, vel diuitias obtinendas non peccat mortaliter, etſi ſecundariè intendat procreationem prolis. pag.33.n.10.

Matrimonium contrahens metu mortis cum conſanguinea in gradu prohibito ab Eccleſia non peccat, licet matrimonium ſit nullum, & ſic peccaret ſi ad illam accederet. pag.242.n.16. & 243.n.17.

Membrum.

Membrũ à corpore differt, nam corpus eſt pars poſterior hominis à collo vſque ad nates, & pars anterior à collo vſque ad inguina. pag.299.n.43.

Membrum poteſt late ſumi pro qualibet corporis particula; at in caſu Diœceſano accipitur pro eo, per quod corpus mouetur ex proprio illius partis officio. ibid.n.44.

Manus, Pes, Oculi, Naſus, & Linguia, quia ſeparat habent officium in corpore, ideo membra dicuntur; quamuis de lingua dubitent aliqui DD. ibid.

Dentes, Mamillæ in homine, & Auriculæ, ſiue Carthilago, quæ eſt circa aurem membra non ſunt; Mamillæ vero in fœminis membra eſſe videntur; oppoſitum tamen ſentiunt alij. ibid.

Caput membrum non dicitur, cum ſit in corpore Princeps. ibid.

Partes corporis, quæ non ſolum habent ſuos actus ſeparatim ſed etiam coniunctim cum alijs, dicuntur in iure Canonico membra corporis. pag.300.n.45. in fine.

Mendacium.

Nec ad vitam tuendam, ſeu ad mortem vitandam, nec ad recuperanda bona mentiri licet. pag.88.n.10.

Mendacium, vel periurium ſimplici taciturnitate non committuntur, nec ſi non reſpondeatur explicite ad id, quod implicite fuit interrogatum. pag.193.n.14.

Mendacium per ſe non eſt peccatum mortale, ſed tantum veniale, cum ſecundum malitiam intrinſecam, quam dicit, quæ eſt verborum abuſio, neminem lædat, & ſecundum malitiam extrinſecã quæ eſt deceptio proximi,

Digitized by Google

mi, & læſio amicitiæ, non ſit in ſe graue, quando ad proximum non ſpectat. pag. 206. num. 3.

Mendacium ſecundum propriam rationem eſt duplex, Primum dicitur Iactantia, & eſt quando quis maiora de ſe prædicat, quam inſint. Secundum dicitur Ironia, & eſt quādo quis maiora negat quam inſint, vel laudabiliora negat quæ inſunt. ibid.

Mendacium ratione effectus eſt triplex, ſcilicet, Iocoſum, & eſt quando quis mentitur cauſa voluptatis; Officioſum, & eſt quando quis mentitur cauſa vtilitatis, & Pernicioſum, & eſt quando quis mentitur, vt alicui iniuſtè noceat. ibid.

Mendacium ſiue Iocoſum, ſiue Officioſum eſt tantum peccatum veniale, Pernicioſum verò eſt de natura ſua peccatum mortale, quamuis ratione paruitatis materiæ poſſit eſſe veniale. ibidem.

Metus.

Quæ Metu quamuis graui fiunt, ſimpliciter ſunt voluntaria; ſecundum quid verò inuoluntaria, cum metus vim conditionalem tantum voluntati afferat. pag. 236. nu. 4.

Metus aliquando tollit conſiderationem, aliquando verò mutat obligationem materiæ, & vt ſic non ſufficit ad mortale; interdum etiam facit vt lex naturalis in ſua materia non obliget. pag. 237. n. 5.

Metus grauis cadens in conſtantem virum non ſolum eſt metus mortis, mutilationis, ſeruitutis carceris, ſtupri, ſiue in viro, ſiue in muliere, metus amittendi ſtatum, vel honorē, metus excōmunicationis, vel amiſſionis omnium, vel maioris partis bonorum, metus reuerentialis, maximè ſi huic minæ addantur, ſed etiam metus infamiæ, ſiue iuris, ſiue facti. pag. ead. n. 6.

Qui metu graui inducitur ad faciendum contra præceptum Eccleſiaſticum excuſatur à culpa, quia lex poſitiua præcipere, & obligare non poteſt cum periculo vitæ; vnde ſi quando præcipit periculum, adeſt, ceſſat præceptum. pag. 238. nu. 8.

Metus cadens in virum conſtantem, quamuis excuſet à peccato vrgente puro præcepto Eccleſiaſtico, non tamen excuſat vrgente præcepto naturali diuino, vt eſt præceptum de non contemnendo Eccleſiam; ratione cuius præcepti non excuſatur à peccato communicans per metum cum excommunicato in crimine criminoſo. pag. 239. n. 10.

Ob leuem metum nullo modo licet communicare cum excommunicato quando communicatio eſt in diuinis, vel in præiudicium fidei, vel in contemptum Eccleſiæ. ibid.

Miles.

Milites hieroſolymitani loquentes cum monialibus incidunt in excommunicationem latam ab Ordinario pag. 122. nu. 21.

Milites à communitate conſtituti obligant ſe ex vi contractus ad ſubeundum omnia pericula communitatis, etiam cum vitæ periculo; vnde quando alicui ex eis Dux præcipit, vt excubias agat, exigit ab eo, quod præſtare tenebatur, ex vi dicti contractus. pag. 242. num. 4. in fine.

Dux militiæ exigens ſemper ab vno milite excubias periculoſas, licet faciat contra iuſtitiam diſtributiuam, non tamen facit contra iuſtitiam commutatiuam. ibid.

Milites religioſi auctoritate Papæ erecti gaudent priuilegio fori, tam ſi ſint in loco commendarū, quam extra; imò etiam Nouitij harum religionum, ſicut vxores horum militum, etiam poſt mortē viri. pag. 254. n. 18.

Miles depoſita militia pro delictis, & cōtractibus tempore militiæ geſtis à iudice militiæ eſt recognoſcendus. pag. 265. n. 2. & 6.

Monaſterium.

In iure communi clerici frequentantes Monaſteria Monialium ſine manifeſta cauſa deponuntur; laici vero excommunicantur. pag. 138. n. 9.

Frequentantes tantum Monaſteria Monialiū ſine legitima cauſa mortaliter non peccant ante monitionem Epiſcopi. pag. 159. n. 1.

Interdictum eſt non ſolum clericis, & laicis, ſed etiam fœminis acceſſus frequens ad Monaſteria Monialium. ibid. n. 2.

Frequentia, ſecundum gl. inducitur per duas vices, ſicut etiam conſuetudo. ibid. n. 3.

Acceſſus frequens ad Monaſteria Monialium, vt non ſit culpabilis debet habere cauſam rationabilē, & manifeſtam, quæ non eſt conſanguinitas, niſi accedentes ſint parentes, fratres, vel ſorores Monialiū. pag. 160. n. 4.

Frequentantes Monaſteria Monialium ſine legitima cauſa peccant ſaltem venialiter;

imò

imò rariſſimè excuſantur à mortali, cum rariſſime finis turpis deficiat. pag. 161. *num.*9.

Monaſteria Monialium, quæ habent Nuntiũ Apoſtolicum pro Ordinario, ſunt immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ.pag. 311. *nu.*4. *in fine.*

*Aliud eſt Monaſterium eſſe ſub ditione regia, aliud ſub protectione tantum regia; quod enim eſt ſub protectione regia, non eſt ſub ditione.pag.*313.*n.*8.

Moniales,Vide Loquutio.

*Qui cum Monialibus loquitur ad breue tempus ratione urbanitatis, vel bona fide, vel ob incogitantiam,vel obliuionem nõ eſt excommunicatus.pag.*116.*n.*10.

*Loca Monialium dicuntur exempta ratione perſonarum tantum.pag.*122.*n.*22.

*Nomine Monialium veniunt etiam Cõuerſæ, quæ tenentur clauſuram ſeruare, ſicut aliæ Moniales; ſicut etiam veniunt Monaſteria ſororum.pag.*129.*n.*48.

*Monialis,ſi confiteatur confeſſario iuriſdictionem habenti circa ſæculares tantum, ſed habenti licentiam colloquendi cum ipſa, licitè poteſt abſolui à venialibus. pag.*131.*n.* 1.*&* 135.*n.* 10. *imò à mortalibus etiã poſſet abſolui cum obligatione iterum illa deferẽdi ſacerdoti iuriſdictionem habenti,niſi eſſet contra vſum Eccleſiæ.ibi.n.* 1.*&* 13.

Vide Monaſterium, Clauſura.

Mutilare,Mutilatio.

*Mutilare idem eſt, ac abſcindere membrum; Debilitare vero eſt impedire officium alicuius membri.pag.*298.*nu.*41.

Mutilus eſt homo habens membrum reciſum, Mancus vero eſt homo habens membrum debilitatum;vel Mãcus eſt cui membrũ natura vitio deeſt,Mutilus vero cui membrũ ferro,vel alia re eſt reciſum.pag. 299. *nu.* 42.

*Mutilans digitum, membrum mutilare dicitur;digitus enim diſtinctum officium, non tamen adæquatè, in corpore habet.ibidem. num.*45.

Mutilans digitum accedentis ad Sedem Apoſtolicam incidit,ſecundum Alterium,in excommunicationem bullæ cœnæ.pag. 300.*nu.* 45.*in fine.*

Mutuatarius.

*Mutuatarius à mutuante in iudicio conuentus pro tota ſumma, cuius partem tantum debet; ſi cum iuramento deponat ſe non debere totam illam ſummam, nec peccat, nec incidit in caſum reſeruatum diœceſanum. pag.*191.*num.*1.

N

Negromantes.

*Negromantes ſunt diuinatores per umbram cadauerum, & cadauera mortuorum: quæ diuinandi ars duplici modo fieri poteſt, vel euocando vmbram, vel potius dæmonem magicis carminibus in cadauere recenti impleto ſanguine calido, qui per os cadaueris futura prædicit, & dicitur Negromantia; vel tantum cadaueris vmbram euocando, à qua futura diſcunt, & dicitur Sciromantia.pag.*94.*n.*1.

*Negromantes ſunt in duplici differentia Profeſſi,& taciti;*vide ſortilegi.*pag.*95.*n.*3.

*Illi tantum Negromantes incidunt in caſum Diœceſanum reſeruatum, qui cum expreſſa dæmonis inuocatione prætextu captandæ dilectionis, aut odij inferendi cum damno perſonarum tale officium exercent;non vero qui exercent ad alios fines, vel etiam ſi ad ſupradictos fines,ſed ſine damno perſonarum exerceant.pag.*96.*n.*8.

*Qui ſemel,aut bis dæmonem inuocat, vel incantationibus vtitur,& nõ ex profeſſo, nec Negromans,nec Negromantiæ profeſſor dicitur pag.*104.*n.*7.

Notarius.

*Notarius ſiue alia publica perſona inſtrumentum, vel aliam ſcripturam cœlans, & negans,punitur pœna falſi; non tamen ſic puniretur ſi in ſenectute negaret inſtrumentum rogatum in iuuentute, vel ſi ſoli aduerſario negaret, vel ſi cœleret inſtrumentum inualidum.pag.*170.*n.*10.

Cõfingere faciens inſtrumentum falſum à Notario de vero credito, ſi eo vtitur in iudicio,licet peccet mortaliter, non tamen incidit in caſum diœceſanum cum cenſura.pag. 185.*n.*1.*&* 189.*n.*15.

Notarius, ſiue Tabellio qui tempore tabellionatus nonnulla delicta in officio commiſit, factus

factus Decurio, pro ijs delictis torqueri poteſt, etſi Decuriones torqueri non poſſint. pag.265.n.5.

Nouitius.

Nouitius delinquens eſt puniendus à ſuo Superiore; at ſi laicus effugiatur, ſecūdū Giurbam, eſt puniendus à iudice laico, dum nullum recipit characterem recipiendo habitū; probabilius tamen eſt puniendus à iudice eccleſiaſtico. pag.272.num. 30. & 252.nu. 14.

Nuntius Apoſtolicus.

Nuntius Apoſtolicus quamuis habeat poteſtatem viſitandi Monaſteria, Monialium exēptarum Regularibus ſubiectarum; intelligitur tamen cumulatiuè cum Epiſcopo, non priuatiuè. pag.311.n.4. in fine.

Nuntius Apoſtolicus non eſt Ordinarius Monaſterij Sanctæ Claræ Neap. dum Confeſſarij harum Monialium examinantur ab Archiepiſcopo, & non à Nuntio. pag.312. num.7.

O

Obligatio.

AD inducendam obligationem non attēditur qualis voluntas habenda foret ſi ſe obligatus meminiſſet; ſed qualis habita ſit, quando opus patratum fuit. pag.7.n.19.

Obligatio confitendi peccata durat quouſque retinentur à Sacerdote; ceſſat vero poſt ipſius Sacerdotis abſolutionem. pag.13.n.3.

Obligatio in promiſſione oritur ab intentione promittentis ſe obligandi. pag.80. num.7.

Nullam obligationem inducit promiſſio, quæ ſine peccato ſtare non poteſt. ibidem.

Occidens, vide Homicidium.

Vir vxorem, vel Pater filiam in adulterio depræhenſas occidentes in Eccleſia, quamuis verè dicantur homicidæ, non incidunt in caſum diœceſanum cum cenſura contra occidentes in Eccleſia. pag.297.n.38.

Occidens aſſaſſinum in Eccleſia, vel alium nō gaudentē immunitate Eccleſiaſtica, ſiue bāditum, ſiue reum, qui dum ducitur ad ſupplicium ad Eccleſiam fugit, quamuis iuſtam cauſam occidendi habeat, quia tamen in iuſto ordine deficit, incidit in caſum noſtrū. pag.ead.num.39.

Occidens in Eccleſia inuaſorem ob ſui defenſionem, quamuis excedat moderamen inculpatæ tutelæ; Vulneratus inſequens vulnerantem vſque ad Eccleſiam, & illum ibi occidens. Occidens alium ob metum cadentem in virum conſtantem; Mater, ſiue Nutrix infantem in lecto inaduertenter ſuffocans; Intēdens verberare tantum aliquem, & illum occidēs. Intendens occidere Titiū, ſi occidit Sempronium; & dans poculum ſterilitatis in Eccleſia, non incidunt in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura. pag.298.nu.40.

Occidens furem in Eccleſia inuadentem propria bona, nec peccat, nec incidit in caſum diœceſanum contra occidentes in Eccleſia; ſi aliter non poteſt bona de manu furis eripere, vel illa defendere. pag.301.n.1.

Occidens aliquem non animo offendendi, ſed cauſa euadendi, vel neceſſitati ſubueniendi non eſt reus homicidij. pag.303.n.8.

Oleum.

Oleum infirmorum ordinatur etiam ab Eccleſia ad ſanitatem corporis obtinendam. pag. 61.num.4.

Oleū Chriſmatis nec etiā propter neceſſitatem vendi poteſt, quia ſemper eſt ſimonia ibid. num.5.

Oleum Chriſmatis, ſicut & cætera Sacramentalia nullam habent naturalem vim circa ſanitatem corporalem, ſicut habent cætera medicamenta naturalia, & ideo à Concilio Arelatenſe prohibitum eſt Sacerdotibus dare Chriſma ſub prætextu medicinæ; non tamen in illo Concilio prohibetur ne infirmi à Sacerdote vngantur ex affectu deuotionis ad ſanitatem per ſupernaturalem virtutem obtinendam. pag.62.n.7.

Prohibitum eſt laicis Chriſma tangere, & eo alios vngere; non vero Sacerdotibus. ibid. num.8.

Opinio.

Cuilibet licitum eſt ſequi opinionem probabilem. pag.8.n.2.

Credens opinionem DD. dicentium Epiſcopū non poſſe prohibere loquutionem cum Monialibus exemptis eſſe falſam, ſed ob auctoritatem eorum talem opinionem ſequens, ſi ſine licentia cum illis loquatur nec peccat, nec incidit in caſū diœceſanū reſeruatum

cum

*cum cenſura . pag.*140.*num.*1.

*Cuilbet licitum eſt ſequi opinionem probabilem per principia extrinſeca, etſi videatur ei falſa per principia intrinſeca; dummodo ratio non ſit ita euidens , & conuingens , vt auctoritati DD. ſine vllo effugio opponatur ; imò relicta probabiliori licet ſequi probabilem.pag.*141.*n.*3. & 5.

Operans ſecundum opinionem DD. non operatur cum dubio practico contra propriam conſcientiam.ibid.n.6.

Oſcula.

Oſcula , & tactus nullam in ſe malitiam dicunt , nec conſtituunt peccatum in propria ſpecie, ſed ſumunt ſuam rationem ſpecificã ab actu cui circumſtant, vnde ſi circumſtãt delectationi prouenienti à concubitu licito, nullum dicunt in ſe peccatum, ſi delectationi prouenienti à concubitu illicito,eandẽ malitiã dicunt,quam dicit concubitus. pag. 226.*nu.*2.& 3.

Oſcula , & tactus, quia ordinantur à natura ad concubitum, quamuis ab operante non optentur vt ordinata ad illum , adhuc ſuã rationem ſpecificam ab illo deſumunt.ibidem .

*Oſcula , & tactus duplicem dicunt delectationem, Libidinoſam vnam,quæ in ipſa carne ſentitur cum commotione ſpirituum generationi deſeruientium; Senſibilem alteram quæ conſurgit ex ipſis,non quatenus libidinoſis , ſed quatenus ſunt obiecta proportionata organo tactus; ſi primo modo appetantur ſemper dicunt peccatum mortale , ſi ſecundo modo nullam mortalem culpam in ſe dicunt.pag.*227.*n.*3.

*[O]cula,& tactus ioco, vel ob leuitatem habita abſq; delectatione venerea , quæ ſi inde cõſurgat reprimatur,vel non intendatur, nõ excedunt culpam venialem; dummodo non ſit tactus partium verendarum, vel partiũ vicinarum verendis inter perſonas diſtincti ſexus , qui neque inter ſponſos , ſecundum Caietanum,ſunt liciti. pag.*228.*n.*4.

*Oſculum non libidinoſum quatenus eſt à Confeſſario, quamuis libidinoſum in ordine ad pœnitentem, non facit vt cõfeſſarius ſit denunciandus.pag.*230.*n.*10.

*Oſcula duplicem habent ſpecificationem Phyſicam vnam,Moralem alteram; Phyſica eſt quæ à natura habetur, dum illa ad copulam ordinat, Moralis vero,quæ ab operante eſt , dum vult oſcula in ſe delectabilia, non vero vt à natura ad copulam ordinata;quæ deordinatio eſt etiam mala,& vtraque malitia diuerſimode ſpecificat oſcula peccaminoſa.pag.*232.*n.*2.

*Oſcula libidinoſa habita ſine intentione fornicandi , etiamſi fornicatio ſequatur ſunt in confeſſione exprimenda.pag.*233.*n.*5.

P

Parrochus .

*Parrochus quamuis ſit Ordinarius, alteri tamen Sacerdoti delegare non poteſt abſoluendi iuriſdictionem; niſi ille ſit ab Epiſcopo approbatus.pag.*215.*n.*5.

*Parrochus approbatus in ſua Parrochia non cenſetur approbatus extra illam; ſecus vero dicendum eſt tempore Iubilæi. pag.*216. *n.*6.*in fine.*

*Parrochus tenetur tempore peſtis aſſiſtere in propria Parrochia,etiam cum vitæ periculo.pag.*242.*n.*14.*in fine.*

Peccatum.

*Peccatum directè abſolutum, etſi ſit confeſſum vt dubium , non eſt amplius ſubyciendum clauibus.pag.*12.*n.*2.

*Peccatum ſub dubio confeſſum,ſi deinde pœnitens recordetur illius vt certi, non tenetur iterum illud confiteri.pag.*12.*n.*3.

*Nemo tenetur in grandiori ætate cõfiteri certiori modo numerum peccatorum explicatũ in pueritia groſſo modo.pag.*13.*ſub n.*3.

Peccati confitendi obligatio eouſque durat, quouſque illud retinetur à ſacerdote ; at ſi ſemel abſoluatur obligatio ceſſat . pag. 13. *num.*3.

Peccatum prout eſt in conſcientia poteſt ſubÿci clauibus,nõ vero prout eſt poſſibile. pag. 13.*nu.*4.

*Peccati certitudo non eſt circumſtantia neceſſario manifeſtanda poſt abſolutionem directam ab eodem peccato confeſſo ſub dubio. pag.*13.*num.*6.

Peccatum certum,ſi confiteatur vt dubium,nõ confitetur prout eſt in conſcientia. pag. 14. *num.*7.

Peccatum non redit ſine nouo voluntario , nec cen-

cenſura ſine noua culpa.pag.14.num.9.

Peccatum dubium remiſſum dum eſt dubium, ſi poſt abſolutionem conſtet, quod fuit rè vera peccatum, remanet directè abſolutum. pag.14.nu.12.

Peccata venialia non tolluntur non ſublatis mortalibus.pag.32.n.7.

Qui habet iuriſdictionem abſoluendi à venialibus tantum, non habet iuriſdictionem delendi reatum inimicitiæ inter Deum, & hominem, & ideo neq; indirectè poteſt pœnitentem à tali reatu abſoluere.ibid.

A peccatis venialibus directè, & à mortalibus indirectè poteſt pœnitens abſolui à ſimplici ſacerdote, vrgente tamen aliqua neceſſitate, ſecundum Suarez, & ConincK.ibid.

Peccatum non poteſt eſſe ſimul cum gratia de potentia ordinaria; etſi de potentia abſoluta ſimul eſſe poſſint, ſecundum Coninck. pag. 34.nu.11.

Peccatum reſeruatum inualidè confeſſum ſuperiori habenti poteſtatem illud abſoluendi, etſi non ſit abſolutum in ordine ad Deũ, eſt tamen abſolutum in ordine ad Eccleſiã. ibidem.

Peccata reſeruata ratione obliuionis, vel ob aliam iuſtam cauſam non expreſſa in confeſſione facta de non reſeruatis ſuperiori, remanent abſoluta per ſe, & directè, ſed implicitè.pag.43.n.3.& 44.n.4.

Tam peccatum reſeruatum, quam non reſeruatum oblitum, licet ſint implicitè abſoluta, ſunt explicitè à ſacerdote iuriſdictionem habente abſoluenda; quamuis in ordine ad Eccleſiam pro reſeruato à pœnitente nulla alia ſit petenda abſolutio.pag.45.n.8.

Qui habet iuriſdictionem ad peccata venialia habet poteſtatem directè, & per ſe conficiendi Sacramentum pœnitentia, & ſic directè, & per ſe remittit peccata, in qua poteſtatem habet; indirectè vero, & per accidens peccata, in qua poteſtatem non habet. pag.134.num.8.

Licet vt actus ſit peccaminoſus requiratur præcognitio obiecti, tamen aliqua peccata non tam requirunt cognitionem obiecti, vt ſint peccata, quam vt ſint peccata huius ſpeciei requirunt alicuius circumſtantiæ præcognitionem, quæ ſi non præcognoſcatur nõ erunt peccata illius ſpeciei.pag.147.n.2.

Sub peccato nemo tenetur bono proximi conſulere, quando proximus damnum inferre procurat.pag.197.n.24.

Peccatum non eſt non reddere bonum pro malo, quamuis perfectionis ſit bonum pro malo reddere; at peccatum eſt malum pro malo reddere.ibid.

Peccata deſumunt ſuam ſpecificationem ob obiecto per ſe volito, nam actus cuiuſmodi ſunt peccata differunt ſpecie ratione obiecti, circa quod verſantur; at quia ſæpe obiecta non differunt in genere moris, quamuis differant in genere rei, & è contra, ideo non ſpecificant peccata ſecundum ſe, ſed ſecundum quod diſconueniunt rectæ rationi pag.207.n.4.& 5.

Peccata cum ſint actus carentes ordine, & cõuenientia rationis differunt ſpecie ad diuerſificationem ſpecificam priuationum, & priuationes hanc diuerſificationem deſumunt ab obiecto, quo priuant.ibid.n.5.

Peccata de ſe venialia, tam in materia caſtitatis, quam in alys materys, nullo iure redduntur mortalia ſi fiant in Sacramẽto pœnitentia.pag.229.n.8.

Peregrinus.

Peregrinus poteſt abſolui à Confeſſario inferiori à caſibus reſeruatis in diœceſi confeſſary, & commiſſis extra illam.pag.37.n.4.

Peregrinus, ſicut non incidit in cenſuram loci quà tranſit, ita nec in reſeruationem; & ideo poteſt abſolui à confeſſario inferiori. ibid.nu.5.

Peregrinus habens caſum reſeruatum in propria Diœceſi poteſt extra Diœceſim ad confeſſarium inferiorem accedere, & ab ipſo abſolutionem recipere, ſi in tali loco talis caſus reſeruatus non ſit; quod verum eſt, etiamſi data opera ad talem confeſſarium inferiorem accedat.pag.39.n.1.

Peregrinus ex conſuetudine ab Eugenio IV. approbata nullam habet prohibitionẽ accedendi ad confeſſarium extra propriam Diœceſim.ibid.n.2.

Peregrinus, dum extra propriam patriam moratur, non tenetur ſeruare leges patrias, ſed potius leges loci in quo eſt. pag.40.n.4.

Peregrinus, dum eſt extra patriam, ſecundum probabilem opinionem non tenetur ad leges ſuæ patriæ, etiamſi vigeant in loco quà tranſit.pag.40.n.1. Pe-

Peregrinus, dum extra patriam moratur, ſi caſum reſeruatum cōmittit, non dicitur trāſgreſſor ſtatuti illius loci in quo delinquit, quia eſt Peregrinus; nec ſtatuti ſuæ patriæ, dum eſt extra illam, & conſequenter non reputatur ciuis. pag. 41. nu. 6.

Peregrinus loquens cum Monialibus ab Ordinario exemptis incidit in excōmunicationem contra loquentes cum Monialibus; nā Ordinarius circa Moniales exemptas in ſua Diœceſi eſt Delegatus Apoſtolicus in ordine ad clauſuram, & conſequenter quoad locutionem; ſecus vero dicendum eſt ſi loquatur cum Monialibus non exemptis. pag. 42. nu. 7. & 123. num. 24. & 124. num. 27.

Peregrini, ſeu exteri, qui furantur in diœceſi in qua furtum prohibetur ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, non incidunt in illam; ſiue excommunicatio ſit lata per modum ſententiæ, ſiue per modum ſtatuti. pag. 123. n. 24.

Peregrini non incidunt in excommunicationē loci quà tranſeūt, etiamſi eadem excommunicatio lata ſit in propria patria. ibidem. num. 25.

Peregrini, quia non ſunt ſubditi non tenētur præceptis ſuperioris loci, quà tranſeunt. ibidem.

Periurium.

Ad periurium euitandum eſt accipienda ea interpetratio ſermonis, quæ à periurio reſpōdentem excuſat. pag. 192. n. 8.

Peccatum periurij dicit tanquam rationē formalem extrinſecam promiſſionem iuratā, & talis ratio incipit ſub eo iudice, ſub quo contrahens ſe obligat. pag. 268. n. 17.

Pœna.

Pænæ temporalis remiſſio debita poſt abſolutionem ſacramentalem à culpa, habetur à ſacramento Pænitentiæ per pænitentiam à Confeſſario iuriſdictionem habente iniunctam. pag. 31. nu. 3.

Pænæ contra Veneficos, Sortilegos, & Diuinatores deſcribuntur. pag. 56. num. 18.

Pæna impoſita fini non eſt impoſita medio ad talem finem. pag. 58. nu. 6.

Pænas Eccleſiaſticas ſubire non debet, qui Eccleſiæ inobediens non eſt. pag. 74. n. 9.

In pænis argumentum à ſimili non valet. pag. 126. nu. 35.

Minora delicta aliquando in iure ob ſpecialē rationem in eis concurrentem ſubijciuntur aliquibus poenis, quibus non ſubijciuntur maiora. pag. 129. n. 42.

Poena nunquam excedere debet caſum proprium. pag. 145. n. 9.

Poena non tam pendet à ratione legis, quam à voluntate legiſlatoris. pag. 155. num. 7. & 127. num. 35. in fin.

Poena ipſo iure impoſita non incurritur, niſi ob delictum conſummatum, nec ſufficit inchoatum, ſeu intentatum tantum, niſi in iure exprimatur. pag. 164. n. 10.

Poenæ infligendæ confeſſarijs ſollicitantibus menſurantur à qualitate criminum ſollicitationi annexorum. pag. 221. n. 22.

Si qua ſpecies delicti ſollicitationi annexa inſpicitur, præter poenam ſuſpectis de hæreſi determinatā, debetur etiam poena tali delicto proportionata, dummodo delictum illud ſit ſufficienter probatum. pag. 222. n. 25.

Poena priuationis ab audiendis confeſſionibus ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum ſemper eſt infligenda confeſſarijs ſollicitantibus. pag. 223. n. 26.

Poena priuationis à poena depoſitionis differt; nam priuatus arcetur à fructibus beneficij, non vero ab exercitio ſacrorum, depoſitus vero à fructibus beneficij, & à ſacrorum exercitio arcetur. ibid. n. 28.

Poena depoſitionis, cum ſit grauiſſima, in grauioribus delictis eſt imponenda, arbitrio tamen iudicis. ibid.

Frequentanti delictum cui eſt annexa poena pecuniaria, poteſt imponi etiam poena ordinaria. Frequentia tamen per tres vices induci videtur. pag. 224. n. 31.

Poena eſt debitorum ſatisfactio, quæ à lege, vel legis miniſtro imponitur. pag. 276. n. 5.

Poena pecuniaria impoſita ratione commiſſi criminis facit, vt cauſa ciuilis appelletur, ſecundum Menochium. ibid. n. 6.

Poena debita perſonæ delinquentis extinguitur per mortem Rei; poena vero, quæ per ius tranſmittitur ad bona non extinguitur per mortem Rei. pag. 277. n. 7. in fin.

Poena pecuniaria acquiſita à fiſco iure ſucceſſionis ciuilis eſt, nō criminalis, quāuis à crimine ortum habeat; Poena vero pecuniaria debita non iure ſucceſſionis, ſed ob publicā vin-

Digitized by Google

vindictam criminalis eſt,non ciuilis.ibid.

Pœnitens.

Pænitens excommunicatus abſolutus bona fide à confeſſario non habente facultatem ipsũ abſoluendi à tali cenſura, veniens in malã fidem non tenetur omnia peccata iterũ ſuperiori confiteri, ſed tantum peccatum cum cenſura reſeruatum.pag.17.n.1.

Pænitenti licitum eſt dimidiare confeſſionem, ſi ſciat à confeſſario fore diffamãdum. pag. 27.num.9.

Pænitens poteſt aliquando habere reſeruationem ſine peccato,& aliquando peccatum ſine reſeruatione;quia vinculum reſeruationis differt à vinculo peccati.pag.31.n.4.

In Pænitentem Confeſſarius inferior habet iuriſdictionem,ſi habeat peccata reſeruata, & non reſeruata.ibid.n.5.

Pænitens,qui ſimul cum non reſeruatis reſeruata manifeſtat confeſſario inferiori, ſatisfacit integritati confeſſionis ſacramentalis. pag.31.num.5.

Pænitens poteſt abſolui à venialibus directè, & à mortalibus indirectè vrgente aliqua neceſſitate, ſecundum Suarez,& Coninck. pag. 32.nu.7.

Pænitens habens peccatum reſeruatum cum cenſura non poteſt licitè abſolui ab inferiori,quia habet præceptum de non ſuſcipiendo ſacramenta;etiamſi deinde ad ſuperiorẽ mittatur,quicquid dicat Angelus.Secus vero dicendum eſt de pænitente habente peccatum reſeruatũ ſine cenſura.pag.33.n. 8.

Pænitens abſolutus ab inferiori à reſeruatis, & non reſeruatis ſimul ſe obligat ad iterũ confitendum peccatum reſeruatum ſemel commiſſum legitimo ſuperiori; & ſic ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de deferendo peccatum reſeruatum ſuperiori.pag.34.n.12.

Pænitens deferens peccatum reſeruatum ſuperiori ſatisfacit præcepto de deferẽdo peccatum reſeruatum ſuperiori,etſi ab ipſo ſacramentalẽ abſolutionem non recipiat.pag. 35.n.13.

Cuique Pænitenti licet confiteri ſua peccata cuique Confeſſario ab Epiſcopo loci, in quo confitetur, approbato,ex conſuetudine, & approbatione Prælatorum, quam Eugenius IV.approbauit.pag.38. n.7.

Pænitens poteſt abſolui à confeſſario inferiori à caſibus reſeruatis commiſſis extra Diœceſim, etiamſi in loco commiſſionis ſint reſeruati.pag.41.nu. 3.

Poenitens,qui committit peccata reſeruata intra Diœceſim,ſed in loco exempto, poteſt, ſecundum Henriquez, *abſolui à Confeſſario inferiori.pag.42.n.8.*

Poenitens, qui dum confeſſus eſt cum potente à reſeruatis abſoluere, inculpabiliter eſt oblitus reſeruatorum,vel rationabilem habuit cauſam illa nõ confitendi,poteſt à quolibet confeſſario inferiori de illis abſolutionem recipere.pag.43.n.1.

Poenitens habens caſum reſeruatum tenetur in ordine ad Eccleſiam tantum abſolutionẽ per ſe directam recipere de illo caſu, quam ſi ſemel ſic recepit,amplius recipere non tenetur.ibid.n.2.

Poenitens habens caſum reſeruatum ſufficit ſi ſe ſuperiori præſentet,nec ad finem præſentationis tenetur. ibidem.

Sicut poenitens,qui ſuperiori confitetur præſumitur deſiderare à reſeruatis abſolui, ita ſuperior ipſum abſoluendo præſumitur abſoluere quantum poteſt iuxta poenitẽtis deſiderium.pag.44.n.5.

Poenitens dum confitetur,habet pefectam intẽtionem ſe reconciliandi cum Deo. ibidem. num.6.

Poenitens, qui in confeſſione malitiam actus in cauſa explicauit,etiamſi poſt confeſſionẽ ſequatur effectus de natura ſuã,nullam nouam obligationem habet iterum confitendi, quia non adeſt noua culpa.pag.75.nu.11.

Poenitens,qui per obliuionem pecatum in confeſſione omiſit,cum non ſit directè,& explicitè ab illo abſolutus, quando illius recordatur,tenetur illud confiteri. pag.76.n.14.

Poenitens tenetur ſub mortali confeſſarium ſollicitantem denunciare; quamuis multæ conditiones bonæ in fauorem confeſſarij cõcurrant.pag.218.n.12.

Poenitens excuſatur à denunciatione confeſſarij ſollicitantis per timorem mortis, mutilationis membrorum,vulnerum,iacturæ famæ, vel honoris,amiſſionis omnium, vel maioris partis bonorum propriorum, vel conſanguinei, vel affinis vſque ad quartũ gradum; ſicut & ratione clauſuræ,infirmitatis,& cuiuſuis aliæ iuſtæ cauſæ. pag.219. num.14.

Poeni-

Pœnitens non tenetur denunciare confeſſarium ipſam in confeſſionario oſculantem, ſi dum ſeparatam ad peccandum præbuit, confeſſarius peccare tenuit cum proteſtatione, quod id egerit ob lauitatem animi, vel ob alium honeſtum finem. pag.226. n.1.

Pœnitentiæ Sacramentum.

Sacramentum Pœnitentiæ non irritatur ab excommunicatione. pag.18. n.5.& 6.

Sacramenti Pœnitentiæ collatio indiget iuriſdictione, quam habet Epiſcopus loci in excommunicatum ab alio Epiſcopo, dum talis excommunicatus eſt in ſua ditione. pag.26. num.8.

Pœnitentia Sacramentum triplicem habet effectum, nempè remiſsionem peccatorum quoad culpam, remiſsionem pœnæ temporalis debitæ poſt abſolutionem, & reconciliationem cum Eccleſia. pag.31. n.3.

Non ſolum à Sacramento Pœnitentiæ, ſed etiam à contritione, ab actu amoris ſuper omnia &c. huiuſmodi habetur remiſsio peccatorum. ibid.

Vt pœnitentia ſacramentum validum ſit, ſufficit iuriſdictio ſecundum quid in ordine ad Eccleſiam. pag.33. n.9.

Materia Sacramenti Pœnitentiæ eſt tantum culpa, ſeu peccatum quoad culpam. pag.50. num.2.

Pœnitentia Sacramentum exercetur per modum iudicij, & ideò requirit in exercente poteſtatem ſiue ordinariam, ſiue delegatam; quam poteſtatem delegatam ſcilicet, habent ſacerdotes approbati, ordinariam vero habent Paſtores, & Prælati tantum. pag.132. num.4.

Pœnitentiarij.

Pœnitentiarius, qui habet poteſtatem abſoluendi à reſeruatis in ſacramento pœnitentiæ tantum, non poteſt abſoluere pœnitentes coram Eccleſia. pag.35. n.13.

Pœnitentiarij poſſunt pœnitentes abſoluere ab excommunicatione extra Sacramentum pœnitentiæ. pag.50. num.1.

Facultas data Pœnitentiarijs abſoluendi à caſibus, & cenſuris eſt conceſſa diſiunctiuè, non copulatiuè à caſibus ſcilicet cum cenſuris. ibid. n.4.

Pollutio vide Eccleſia.

Dans cauſam pollutioni nocturnæ, ſi antequā pollutio ſequatur ſe pœniteat, & confiteatur cauſam poſitam, ſeu affectum ſe polluendi, etiamſi de facto pollutio ſequatur, non tenetur iterum clauibus ſubijcere pollutionem illam. pag.76. n.15.

Pollutio in ſomnis habita in Eccleſia, vel ſine culpa, vel non publica, Eccleſiā non polluit. pag.287. n.3. & 6. & pag.289. n.13.

Pontifex.

Poteſt Sum. Pont. abſoluere excommunicatum à peccato, & non à cenſura. pag.17. n.3.

Pontifex certioratus de aliqua opinione probabili, & non præcipiens illam expurgari, ipſam relinquit in ſua probabilitate. pag. 49. n.12.

Pontifex habet poteſtatem à Chriſto Domino, ſed non ſupra ius naturale, & ideo iuri naturali diſpenſare non poteſt ſecundum veriorem ſententiam. pag.238. n.8.

Pontifex poteſt ex iuſta cauſa laicos à poteſtate laicali eximere. pag.254. n.17. in fine:

Pontifex vti Supremus Princeps poteſt ad vnum delegare, & non ad aliud. pag.310. num.3.

Præſumptio.

Facere aliquid ex præſumptione eſt operari cum cognitione, dolo, & contemptu. pag. 113. n.1. & 137. n.2.

Præſumptio non tam requirit in transgreſſore cognitionem obiecti, quam dolum, & temeritatem. pag.147. num.4. quæ temeritas dicit præcipitationem, imprudentiam, & contemptum legis. n.5.

In foro conſcientiæ non eſt attendenda præſumptio, ſed veritas; imò præſente veritate præſumptio ceſſat. pag.203. n.4.

Præſumentes accedere, non vero accedentes, ſine præſumptione ad colloquendum cum Monialibus ſine licentia Ordinarij, comprehenduntur in caſu cenſurato diœceſano contra loquentes cum Monialibus. pag.138. n.7.

Prætextus.

Prætextus eſt velamen, quo quis moueri ſe ſimulat ad aliquid faciendum, cum reuera ex alia cauſa moueatur. pag.128. num.40. vnde pretextus eſt falſa ſimulatio, ſeu velatio, quia prætendere idem eſt ac velare, ſiue cauſam fictam pro vera fingere. pag.130. num.50. vel etiam eſt palliatio falſæ cauſæ. pag.221. num.21.

Maius peccatum committit, qui cum prætextu licentiæ loquitur cum Monialibus de rebus obſcœnis, quam qui ſine tali prætextu loquitur; quia ille præter peccatum loqutionis abutitur licentia ſuperioris. pag. 129. num. 41.

Princeps.

Voluntas Principis ſemper præſupponitur talis, qualis eſt intentio iuris. pag. 138. n. 9. & 179. num. 37.

Princeps poteſt facere, vt quis coactè aliquod ſubeat; tenetur tamen iſte rectè munus illud adminiſtrare. pag. 209. n. 10.

Homo non ſecundum totum id quod habet, & ſecundum totum id quod eſt multitudinis eſt, & Principi ſæculari ſubditus, ſed tãtum ſecundum id quod habet in ordine ad ſenſibilem communicationem cum conciuibus, & ſecundum id quod eſt ſecundum eſſe ſenſibile in ordine ad conuictum; vnde quia homo vt viuens ordinatur ad totum, vt viuens eſt compars totius, & Principi ſubditur, non vero vita ipſius. pag. 240. n. 11.

Homo ſicut prius habet à natura eſſe ſimpliciter, & deinde fit compars communitatis, ita prius tenetur præcepto naturæ, & deinde Principis. ibid.

Principis præceptum licet aliquando obliget in conſcientia, tamen vrgente præcepto naturali oppoſito vim non habet; & ideo in tali caſu tenemur ad naturale præceptum, non ad poſitiuum, ſeu Principis. ibid. n. 12.

Priuilegium.

Priuilegium conceſſum à Principe interpretandum eſt ſecundum naturam rei, quæ conceditur. pag. 50. n. 5.

Clauſula in priuilegio poſita ad omnia præcedentia refertur, quando omnium præcedentium eadem eſt ratio. pag. 51. n. 9.

Priuilegium eſt limitatio iuris communis, & ideo appellatur conceſſio contra ius commune. pag. 267. n. 13.

Regulariter in iure communi ſemper attenditur tempus, commiſſi criminis, vel ſtipulationis; etſi aliquando ex priuilegio attendatur tempus, quo reus in iudicio conuenitur. ibid. n. 14.

Priuilegium contra ius commune eſt ſtrictè interpretandum, reſtrictio vero huius priuilegij eſt latè accipienda; cum illud ad ius commune reducat. pag. 280. num. 3.

Priuilegium fori.

Fori priuilegio non ſolum gaudent clerici, & religioſi, ſed etiam alia perſona, quæ ſunt Nouitij religioſorum, quamuis impuberes Conuerſi vulgo dicti Fratres laici, Oblati qui ſe, & ſua in totum religioni tradiderunt; Deputati ad aliquod hoſpitale auctoritate Ordinarij fundatum; Fratres, & Sorores tertij ordinis Sancti Franciſci, ſiue in Communitate, ſiue proprijs domibus viuentes cum voto caſtitatis. Tertiarij, Collegialiter viuentes, aut cum Clauſtralibus habitantes, Homines qui cum religioſo habitu ad Monialium ſeruitia adhibentur. Eremitæ in communitate viuentes, vel ſi ſub certa regula Epiſcopo loci ſubiecti viuunt, & cum religioſo habitu incedunt. Viuentes in communi ſub aliquo Prælato more religioſorum ex tacita, vel expreſſa Summi Pontificis approbatione cum certa regula, & conſtitutionibus approbatis ſine profeſſione, vt ſunt Fratres laici noſtræ Congregationis Piorum Operariorum, & Congregationis Oratorij. pag 252. num. 14. & 253. num. 15. 16. & 17.

Vxores, & filij legitimi, & naturales clericorum ſecundum multos DD. gaudent priuilegio fori, contrarium tamen eſt vſu receptum. pag. 254. n. 19.

Familiares Epiſcoporum, & Familia Inquiſitorum, Vicarij, Nuntij, ſeu Legati Apoſtolici, & habentium iura Epiſcopalia gaudent priuilegio fori. ibid.

Cætera priuilegia clericis conceſſa continentur in priuilegio fori tanquam partes in toto. pag. 280. n. 3.

Promiſſio, Promittens, & Promittere.

Promiſſio eſt deliberata, & ſpontanea fidei obligatio facta alteri de re quapiam bona, & poſſibili. pag. 79. num. 7.

Promiſſio facta cum metu leui non tenet, niſi iuramentum accedat. ibid.

Significatio voluntatis promittendi formaliter promiſsio non eſt, ſed requiritur vt detur fides ſibi inducendi obligationem. pag. 80. n. eod.

Vis obligandi in promiſſione oritur ab intentione ſe obligandi, & in dubio de tali intentione promittens non tenetur ſtare promiſſis.

Digitized by Google

miſſis. ibidem. & pag. 81. num. 1.
Promiſſio, quæ ſine peccato ſtare non poteſt, obligationem non inducit.ibid.
Promiſſio prodiga tenet in conſcientia, quia etſi ante promiſſionem prodiga largitio ſit peccatum,tamen poſt promiſſionem exequutio eſt actus iuſtitiæ, vel fidei, vel fidelitatis,vel religionis.ibid.
Promiſſio ficta,& ſine animo ſe obligandi non tenet. ibid.
Vt promiſſio ſit vera ſufficit ſi promittens habeat intentionem ſe obligandi, at vt promiſſio obliget ad exequutionem rei promiſſæ,debet eſſe de re licita.pag.81.n.2.
Ficta promiſſio potius deceptio, quam promiſſio eſt dicenda.ibid.
Promittens ficte obſequium dæmoni, & ſine animo ſe obligandi, ſi non eſt veneficus,vel profeſſor ſuperſtitionis,quamuis mortaliter peccet,non tamen incidit in caſum reſeruatum diœceſanum, & ideo poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori. pag.81. num.1.
Si quis rem illicitam promittit cum intentione ſe obligandi,quamuis vere promittat,nō tamē tenetur ad exequutionem illius, quia aliter exequutio hæc eſſet ſimul bona, & mala;peccatum,& virtus.pag.ead.n.2.
Promittere obſequium dæmoni,eſt ſe voluntati dæmonis mancipari, & nolle, quod dæmoni diſplicet.pag.79.n.5.

Pſalmus.

Pſalmus dicitur res ſacra,non vero res conſecrata.pag.65.n.2.
Pſalmus non eſt res, ſed verba,quæ à rebus differunt.ibid.n.3.
Pſalmus non poteſt tradi nec recipi, cum ſint verba, & ideo non comprehenditur inter res conſecratas.ibid.

Puer,Puella.

Puer, qui in pueritia confeſſus eſt numerum peccatorum confuſo modo, grandior factus non tenetur eadem peccata confiteri certiori modo.pag.13.n.3.
Puellæ cauſa educationis poſſunt recipi in Monaſterijs Monialium, ſi adſint hæ conditiones. Prima,vt Monaſterium habeat conſuetudinem has recipiendi. Secunda,vt recipiantur de conſenſu Superioris, Abbatiſſæ,Monialium capitulariter congregatarum, & obtineatur licentia Sacræ Congr. Tertia eſt, ꝙ ſint intra numerū præfixū ab eadem Sacra Congreg. Quarta vt vtantur veſtitu conuenienti virginali modeſtiæ, & pudicitiæ. Quinta vt recipiantur ſolæ ſine ancillis. Sexta vt habeant ſeptimum annū completum, & non excedant annum 25. Septima vt Monaſteria hæc habeant locum ſeparatum à Dormitorio, & Laurerio Monialium.Octaua eſt,quod hæ Puellæ teneātur ad obſeruantiam clauſuræ,ſicut cæteræ Moniales, & ideo non poſſunt exire causa valetudinis,vel ad teſtamentum condendū &c.Nona vt ſoluant anticipatum ſemeſtre, & pro tali anticipata ſolutione præſtare debent ſecuritatem idoneam. pag. 124. & 125.nu.29.
Parentes Puellarum poſſunt illas cogere ad ingreſſum Monaſterij cauſa educationis ante pubertatem,nec ſunt excommunicati; an vero ſi cogant poſt pubertatem ſint excōmunicati diſcrepant DD. at ſi ipſas cogunt pro Monacatione in excommunicationem expreſſam in Trident. incidunt.pag. 125 num.30.
Nomen Puellæ eſt æquiuocum, & intelligitur de fœmina excedente pubertatem. ibidem num.31.
Loquens de rebus obſcœnis ſub prætextu licētiæ cum puellis poſitis in Monaſterio cauſa educationis non incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura. pag. 126. num.32.

R

Ratihabitio.

Ratihabitio de præſenti æquiualet licentiæ expreſſæ.pag.49.n.12.
Ratihabitio æquiparatur mandato, quoad culpam,non quoad excommunicationem, & reſeruationem, quæ quia pœnales ſunt ad caſum verum tantum, non ad fictum ſunt extendendæ; & ideo qui ratam habet abuſionem Sacramētorum poteſt abſolui à quocumque Confeſſario inferiori.pag.72.num. 9. & 10.

Regulares.

Regulares loquentes cum Monialibus Archiepiſcopo ſubiectis non incidunt in excommunica-

nicationem in diœceſi latam contra loquentes cum illis.pag.119.n.16.

Regulares excommunicantur ab Ordinarijs locorum ex vi Concilij Tridentini ſi nolunt bona reſtituere nouitijs reſipiſcentibus; itē inobedientes, vel impedientes clauſuram imponendam Monialibus ab ipſiſmet Ordinarijs; item ſi celebrent in Oratorijs priuatis; vel horis non debitis ſine licentia; itē poſſunt excommunicari ad ſuperſtitiones ablegandas.ibid.

Epiſcopus in regulares habet iuriſdictionem in nonnullis caſibus, vt ad ipſos compellendos, vt publicis proceſſionibus interſint, & quoad componendas controuerſias de præcedentia locorum inter ipſos ortas, & ad puniendum publicos delinquētes, ad explorandam puellæ profeſſuræ voluntatem; non tamen poteſt ratione horum, & ſimilium ipſos regulares excommunicare; etſi poſſit alijs pœnis illos punire.ibid.

Regulares non poſſunt accedere ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum ipſis ſine licentia Sacræ Congregationis, ſub pœna ipſo facto incurrenda priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ; quæ pœna grauis eſt, & ideo ſub mortali obligat ex declaratione Sacræ Cōgregationis.pag ead. & 120.nu.17.

Regulares ſecundum aliquos DD. poſſunt loqui pauca verba cum Monialibus cauſa vrbanitatis, vel ad explicandum caſum cōſcientiæ; cum puellis vero ibi degentibus cauſa educationis, & alijs mulieribus poſſunt loqui; & etiam poſſunt ad Moniales ipſas litteras tranſmittere.ibid.

Regulares de licentia Sacræ Congregationis poſſunt alloqui Moniales, etiam non conſāguineas; cum conſanguis vero poſſunt loqui per quatuor vices tantum in quolibet anno in præſentia Confeſſarij Monialium, & aſſiſtentibus auſcultatricibus tantum, & non alijs, & in diebus non prohibitis. pag. 120. num.18.

Regulares loquentes cum Monialibus in Monaſterijs exemptis in Diœceſi exiſtentibus incidunt in excommunicationem latam ab Ordinario contra loquentes cum Monialibus.ibid.nu.19.

Regularis vouens paupertatem non peccat, dū priuat ſe medijs conducentibus ad vitam corporalem, quia hoc facit vt lucretur vitā ſpiritualem, & ſpem ſuam in Chriſti promiſſione reponit.pag.304.nu.14.

Res.

Res conſecrata differt à re benedicta, quia cōſecrata eſt vncta chriſmate, non vero benedicta.pag.55.nu.11.& pag.65.n.5.

Vti re conſecrata v.g. Agno Dei, qui Chriſmate vngitur ad ſanitatem obtinendam nullum eſt peccatum.pag.61.n.3.

Res ſacra differt à re conſecrata, ſicut ſpecies à genere, cum omnis res conſecrata ſit ſacra, & non è contra.pag.65.n.2.

Res benedicta, & res conſecrata in fauorabilibus tantum, & non in pœnalibus confundi ſolent.pag.66.nu.6 & 67.n.3.

Res conſecrata differt à Sanctorum reliquijs, quia hæ non ſunt chriſmate vncta, ſicut illa.pag.67.n. 2.

Appellatione rerum in pœnalibus non veniūt loca, & perſonæ.pag.68.n.2.

Res indifferens, prohibita propter reuerentiā ſacris debitam, poteſt de indifferenti fieri mortalis, at res mala in ſe, prohibita etiam in ordine ad religionem ob eandem reuerentiam ſacris debitam, probibetur eo modo quo in ſe eſt mala; vnde ſi in ſe eſt peccatum veniale, veniale erit etiam in ordine ad religionem, ſi mortale, erit etiam mortale in ordine ad religionem. pag.230.n.11.

Identitas rei haberi non poteſt ab actibus diuerſis.pag.232.nu.3.

Reſeruatio.

Reſeruatio in Synodo facta de caſibus differt à reſeruatione ſimplicitur facta, ſicut priuilegium ſimpliciter datum à priuilegio in lege conceſſo.pag.2.num.1.

Reſeruatio caſuum poteſt fieri dupliciter, & per modū ſtatuti, & per modum præcepti; & ſtatutum reſeruationis pœnale eſt, ſicut præceptum.pag.3.n.3.

Reſeruatio per modum ſtatuti requirit conditiones requiſitas à ſtatuto, ſicut per modum præcepti conditiones requiſitas à præcepto.pag.4.n.3.

Reſeruatio, ſiue fiat de re mala quia prohibita, ſiue de re prohibita quia mala, ſemper ſit in ordine ad ſubditos, non vero in ordine ad Confeſſarios.pag.5.n.7.

Reſer-

Reſeruatio, etiam in odium delicti, ſemper debet reſpicere commune bonum, ſi tamē fiat per modum ſtatuti.pag.5.n.9.

Quando reſeruatur quod malum eſt, quia prohibitum, reſeruatio dicitur facta ab commune bonum; quando reſeruatur, quod prohibitum eſt, quia malum reſeruatio dicitur facta in odium delicti.pag.5.n.9.

Reſeruationis ſtatutum ſemper pœnam continēt, nempè obligationem ſe præſentandi ſuperiori; ac proinde vt odioſum eſt reſtringendum, etiam ſi ſit latum ob bonum regimen Eccleſiæ.pag.5.nu.eod.& pag.8.n.3.

Reſeruatio per modum ſtatuti limitat iuriſdictionem non abſolutè, ſed in ordine ad pœnitentem; nempè ſi pœnitens fecit contra ſtatutum, iuriſdictio eſt limitata. Reſeruatio vero vt ſic iuriſdictionem limitat abſq; ullo ordine.pag.5.& 6.num.10.& pag.38.n.9.& pag.41.n.5.

Reſeruatio de peccatis præteritis non fit per modum ſtatuti in ordine ad pœnitentes, ſed per modum præcepti in ordine ad confeſſarios; vnde ignorantia non poteſt excuſare pœnitentem à tali reſeruatione.pag.6.n.13.

Reſeruatio ſemper intelligitur de peccato conſummato, non de intentato.pag.7.nu.17.& 64.nu.3.& 98.num.2.& 145.num.12.& 306.nu.3.

Habens peccata dubiè reſeruata poteſt à quolibet confeſſario inferiore abſolui, ſiue dubium ſit iuris, ſiue facti.pag.8.n.1.

Reſeruatio non eſt in poſſeſſione in caſu dubio.pag.10.nu.9.

In materia reſeruationis non punitur affectus, niſi ſequatur effectus.pag.10.n.10.

Reſeruatio cenſuræ aduenente dubio ceſſat, ceſſante dubio redit; vnde ſi quando erat dubia non fuit abſoluta ab inferiori, neque ſi dubium ceſſat poteſt amplius abſolui.pag.15.nu.15.

Vinculum reſeruationis differt à vinculo peccati; vndè vnum ab alio ſeparari poteſt, & ſic poteſt aliquando Pœnitens habere reſeruationē ſine peccato, et aliquando peccatum ſine reſeruatione.pag.31.n.4.

Vinculum reſeruationis diuiſionem patitur; ita vt poſſit quis ab vno reſeruato abſolui, & non ab alio; vinculum vero peccati mortalis diuiſionem non admittit, ita vt non poſſit quis ab vno peccato mortali abſolui, & non ab alio.pag.33.n.9.

Reſeruatorum remiſſio per ſe prouenit à productione gratiæ, quam confeſſarius inferior producit per Sacramentum pœnitentiæ in ordine ad non reſeruata; & ideo etiam reſeruata deſtruit in ordine ad Deum.pag.35.n.14.

Reſeruatio, etſi præcipiat acceſſum ad ſuperiorem pro abſolutione, non tamē quando ſtat cum peccatis non reſeruatis prohibet acceſſum ad inferiorem.pag.36.n.15.

Reſeruatio, & cenſura pari paſſu ambulant in in ordine ad incurſionem.37.n.5.

Finis reſeruationis coincidit cum fine cenſuræ; vnde qui finem cenſuræ non violat, nec finem reſeruationis violare dicitur.ibid.num.6.

Reſeruatio eſt actus iuriſdictionis ſe extendēs circa ſubditos ſtatuentis, & non circa non ſubditos.ibid.n.7.

In articulo vel periculo mortis omnis reſeruatio ceſſat; tam cenſuræ, quam ipſiuſmet reſeruationis.pag.47.n.3.

Tridentinum referens ius antiquum, quod .ſ. ceſſet reſeruatio in articulo mortis, & non onerans pœnitentem ad ſe præſentandum, videtur in hac parte corrigere ius illud.pag.48.num.11.

Reſeruatio, impoſita abuſioni ſacramentalium ad finem malum, eſt pœna impoſita medio malo prout eſt ad finem malum.pag.58.num.6.

In reſeruatione quando finis ſpecificatur ceſſant, fine ceſſat reſeruatio, ſecus vero dicendum eſt quando finis non ſpecificatur.pag.59.nu.10.

Verba limitata in reſeruatione poſita limitate ſunt accipienda.pag.65.n.

Reſeruatio ſemper intelligitur de caſu vero, non ficto.pag.81.n.1.

Reſeruatio eſt odioſa, & conſequenter reſtringenda.pag.103.n.6.

Reſeruatio venialium nunquam legitur facta in Eccleſia Dei.pag.131.n.2.

Reſtituere, & Reſtitutio.

Quantitas grauis in materia reſtitutionis deſumitur in ordine ad perſonas, vnde dicitur quantitas notabilis illa, quæ notabiliter dominum offendit; quanta autem eſſe de-

debeat, quamuis à DD. non determinetur ſtatui tamen debet arbitrio prudẽtum, pro varia conditione temporum, locorum, & perſonarum; vnde quod cenſetur notabile reſpectu vnius, reſpectu alterius non cenſetur tale, & quod in vno loco extimatur in alio paruipenditur.pag.179.n.36.

In materia damni illati ſi peccatum mortale non adeſt, neque adeſt obligatio reſtitutionis.pag.207.n.6.

Ad reſtitutionem non obligat actus, qui non lædit iuſtitiam.ibid.

Non tenetur reſtituere, qui in damnificando peccatum tãtum veniale committit, nec ſub mortali, nec ſub veniali.pag.208.n.7.

Committens diuerſa furta leuia, quando ad quantitatem peccati mortalis peruenit tenetur reſtituere non tam ratione iniuſtæ acceptionis, quam ratione iniuſtæ retentionis.ibid.n.8.

Occaſio remota non inducit obligationem reſtituendi.pag.209.n.9.

Reus.

Reus legitime à iudice interrogatus, ſi æquiuocando verum occultet in graue damnum tertij, nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, ſi id faciat ad euitandum graue damnum proprium, vel patris, vel propriæ domus; quod ſi mentiendo reſpondeat, quamuis præciſo iuramento venialiter peccet, nõ tamen tenetur ad reſtitutionem. pag. 205. num.1.

Reus non tenetur reſpondere iudici legitime interroganti, ſi timeat periculum vitæ, triremis, mutilationis, vel confiſcationis omnium, vel maioris partis bonorum.ibid.n.2.

Reus poteſt tuta conſcientia carceres effringere, & fugam arripere ad vitam tuendam, etiamſi iudex huic cõdemnato præciperet ne fugam arriperet.pag.206.n.2.

Reus qui æquiuocando iurauit veritatem dicere, ſi verum occultat non periurat, cum non mentiatur.pag.209.n.10.

Si reus vere iurauit dicere veritatem, & poſtea mentitus eſt, quamuis periurium committat, ad reſtitutionem non obligatur; non enim omne peccatum mortale obligationem inducit reſtituendi, ſed illud quod eſt cauſa per ſe damni, et non occaſio tantum remota.pag.210.n.11.

Reus, qui hominem occidit ob ſui defenſionem, & factum in iudicio probare non poteſt, ſi tale homicidium cum iuramento neget, non peccat, quia interrogatio intelligitur de homicidio crimino ſo, non vero de inculpabili. ibid.nu.12.

Sub illa ditione reus eſt conueniendus, ſub qua tenetur ratione delicti, vel actione pecuniaria.pag.268.nu.15.

S

Sacerdos.

Simplex Sacerdos poteſt abſoluere pœnitẽtem à venialibus directè, & à mortalibus indirectè, vrgente tamen aliqua neceſſitate, ſecundum Suarez, & Coninck. pag. 72.nu.7.& 133. nu.7.

Simplex Sacerdos habet facultatem abſoluendi à venialibus tantum ſecundum veriorẽ ſententiam, quæ ſe extendit, quando adſunt tantum venialia, non quando adſunt mortalia.ibid.

Simplex Sacerdos, ſi pœnitentem dimittit ſine abſolutione, ſcandalum non inducit; at ſi Confeſſarius approbatus dimitteret illum ſine abſolutione ſcandalum inijceret.ibid.

Sacerdos ſcienter vngens moribundum oleo Chriſmatis, vel Cathecumenorum, vel vngens hominem mortuum, vel infantem ante ſeptennium, licet peccet mortaliter, non tamen incidit in caſum reſeruatum. pag. 55.nu.10.& 58.n.8.& 69.n.4.

Sacerdos ſcienter vngẽs infirmum Oleo Chriſmatis, vel Cathecumenorũ licet peccet mortaliter, Sacramentum tamen efficit.ibid.

Simplex Sacerdos, ſecundum Vaſquez poteſt abſoluere à venialibus per poteſtatẽ ei traditam à Iure diuino.pag.131.nu.2.& 134. num.9. ſecundum vero Suarez, & Coninck eandem habet poteſtatem ex delegatione Eccleſiæ.pag.132.nu.4.

Simplex Sacerdos poteſt Moniales à venialibus abſoluere.pag.135.n.12.

Sacerdos quamuis habeat à iure diuino poteſtatem ordinis in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ, non tamen eſt per ſe ſufficiens, & idoneus miniſter huius ſacramenti, niſi habeat iuriſdictionem ſiue ordinariam, ſiue delegatam.pag.215.nu.5.

Sacerdos irregularis, vel excommunicatus occultus poteſt celebrare ad euitandam infamiam, vel mortis periculum. pag.239.n.9.

Sacerdos poteſt celebrare ob metum cadentem in virum conſtantem ſine veſtibus, corporali, calice &c. ſecundum Vaſquez, dummodo metus non ſit in cõtemptum religionis. pag. 243.nu.18.

Sacerdos non põt celebrare ſine veſtibus, corporali &c. vt populus in die feſto ſacrum audiat, vel vt agroto viaticum miniſtret. ibi.

Sacerdos celebrans in Eccleſia polluta peccat mortaliter, in nullam tamen incidit cẽſuram, quia Eccleſia polluta non eſt interdicta. pag.286.n.2.

Sacra Congregatio.

Declaratio Sacræ Congreg. dicens non poſſe confeſſarium inferiorem abſoluere Peregrinum à caſu ibi reſeruato, non conſtat authenticè. pag.38.n.10.

Declarationes Sacræ Congreg. Card. neque in foro fori, neque in fori poli obligant, niſi habeant has 4. conditiones. Prima eſt, vt certum ſit, quod ſint declarationes Card. quod conſtabit ex ſubſcriptione Secretarÿ, & appoſitione ſigilli authentici. Secunda vt ſint facta conſulto Pontifice. Tertia vt Cardinales declarent tantum, & non diſpenſent, vel ampliẽt vltra regulas iuris. Quarta vt hæc declaratio conſtet publica notitia, quod ſit ſi Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu iuridica forma illam declarationem publicet. pag.281.n.5.

Declarationes Card. quæ prodeunt ſine his cõditionibus ſunt tantum doctrinales, & non leges. ibid.

Declarationes Sacræ Congreg. Card. multum habendæ ſunt, quando ÿs non obſtant Concilia, & Canones. pag.310.n.3.

Sacramentalia.

Qui dat Sacramentalia ad malum finem incidit caſum, & excommunicationem reſeruatam in Diœceſi, etſi qui recipit, non recipiat ad talem malum finem; & è contra qui recipit ad malum finem incidit in caſum, & cenſuram diœceſanam, etſi qui dat, non det ad talem malum finem. pag. 55. num. 14. & 15.

Qui furatur Sacramentalia, vel Sacramentũ, vel aliam rem ſacratam ad malum finem, quamuis illa ſtatim reponat, incidit in caſum, & cenſuram diœceſanam. pag. 56. num.16.

Qui per vim, & metum dat Sacramentalia non incidit in caſum cum cenſura reſeruatum in Diœceſi. ibid.n.17.

Sacramentum.

Sacramenta, quæ in ipſorum collatione iuriſdictione indigent, ſi ſine iuriſdictione conferantur, ſunt nulla. pag.19.n.8.

Sacramentum collatum bona fide excommunicato habet effectum ſuum. ibid.

Sacramenta ab excommunicato recepta valida ſunt, cum non vtatur iuriſdictione ad ipſa recipienda dum recipit; ſed potius conferens vtitur iuriſdictione in ipſum excõmunicatum. ibid. & pag.20.n.10.

Sacramenta collata ab excommunicato excõmunicatione minori non carent virtutis effectu. pag.20.n.9.

Sacramentum collatum excommunicato contrito, nullo iure probari poteſt, quod ſit nullum. pag.28.n.15. & 16.

Vtens Sacramento ob finem non malum principaliter, etſi ſecundariè principalem illius finẽ intendat, nullum committit peccatum. pag.34.nu.10.

Vti materia remota Sacramentorum ad alios licitos vſus, vt Aqua baptiſmatis ad bibendum ex affectu deuotionis, nullum eſt peccatum. pag.61.nu.2.

Sacrilegium Sacrilegus, vide homicidium.

Effuſio ſeminis, niſi in ſe peccatum ſit non poteſt in Eccleſia ſacrilegium ſpecificare; quia eſſe ſimpliciter antecedit eſſe ſecundum quid. pag.287.n.5.

Non eſt ſacrilegium exonerare ventrem in Eccleſia gratia exonerandæ naturæ, etſi ſacrilegium præſumatur quoad forum fori. pag.288.nu.11.

Qui pedibus imaginem crucis, vel alicuius Sancti in pauimento depictam conculcat tranſeundi cauſa, non animo conculcandi, ſacrilegium non committit. pag.289.n.12.

Effuſio ſeminis, vel ſanguinis occulta in Eccleſia peracta non eſt ſacrilegium, & ideo hæc conditio non eſt in confeſſione exprimenda; quia actio in Eccleſia patrata intantum dicitur ſacrilega in quantum ipſam Eccleſiã offen-

offendit. pag. 290. num. 15. & 16.

Non ſunt ſacrilegia periurium, comeſtio carnium in die ieiunij, furtum de re nō ſacra, dummodo non ſit ſub cuſtodia Eccleſiæ, etiā ſi in Eccleſia fiant. ibid. n. 16.

Qui homicidium occultè commiſit in Eccleſia, & poſtea ipſum proprio ore in iudicio confitetur, ante talem confeſſionem iudicialem ſi vult ſacramentaliter abſolui, non eſt tanquam reus ſacrilegij à confeſſario iudicancandus; at ſi poſt talem confeſſionem vult ſacramentaliter abſolui, eſt vt reus ſacrilegij iudicandus. ibid. nu. 17.

Auferre non ſacrum de ſacro intantum eſt ſacrilegium, in quantum eſt depoſitum penes Eccleſiam pag. 291. n. 18.

Sacrilegium eſt Eccleſiam, vel domos immunitate Eccleſiaſtica gaudentes confringere, auferre bona à perſonis Eccleſiaſticis, auferre ſacrum de non ſacro, & non ſacrum de ſacro, ſi Eccleſiaſtico ius habeat ad illud non ſacrum. ibid. nu. 19.

Seditio, clamor, impetus, Concilia vniuerſitatum, & ſocietatum ſæcularium, Concio profana, ſiue publicum Parlamentum, Colloquium vanum, fædum, & profanum, Confabulationes &c. in tantum ſunt ſacrilega, in quantum ſunt in ſe peccata mortalia, & notabiliter diſturbant diuina officia. pag. 292. nu. 20.

Negotiatio nundinarum prohibitarum, quæ fit permanenter in Eccleſia, & cum indifferētia ad plures contractus, cum vociferatione, & tumultu, ita vt diſturbentur diuina officia eſt ſacrilega; ſecus vero eſt dicendum ſi fiat in valuis, vel in Cæmeterio Eccleſiæ ſine his conditionibus. ibid. n. 21.

Qui effundunt ſanguinem, vel ſemen in corpore interiori Eccleſiæ tantū (nempè à parte interna portæ Eccleſiæ vſque ad vltimū parietem aræ maximè, & dummodo Eccleſia hæc ſit conſecrata, vel benedicta) ſacrilegium cōmittunt, & incidunt in caſum diœceſanum cum cenſura; ſecus vero dicēdum eſt de committentibus talia delicta in alijs Eccleſiæ partibus, vel locis ēt gaudētibus immunitate Eccleſiaſtica. pag. 295. nu. 31. & pag. 296. nu. 34.

Scandalum.

Præceptum ſcandali tunc tantum obligat, quādo quis poteſt per non ſuppeditationem operis indifferētis peccatum proximi euitare. pag. 88. nu. 3.

Præceptum charitatis non inducendi ſcandalum proximo tunc obligat ad non vendendam rem ſcandaloſam, quando non vendēdo rem, peccatum proximi euitatur. ibidem. num. 4.

Scientia.

Poſſumus vti ſcientia acquiſita ratione obſequij præſtiti dæmoni, dummodo ſit naturalis; nam etſi talis ſcientia ſit illicitè acquiſita, non tamen eſt illicita ratione vſus, cū à dæmone in conſeruari non pendeat. pag. 84. nu. 1. & 85. nu. 2. & 107. n. 7.

Sermo.

Sermo vniuerſalis poſtremo loco prolatus recipit limitationem à ſpecie antecedenter prolata. pag. 54. n. 6. & pag. 58. nu. 9. & 59. num. 12. & 68. num. 5. et 69. num. 2. et 94. num. 2.

Sermo indefinitus æquiualet vniueſali, etiam in diſpenſationibus. pag. 142. nu. 2. & 5.

Sollicitare.

Sollicitare idem eſt, ac plures inſtare; in bulla tamen, et caſu diæceſano reſeruato eſt pænitentes ad turpes, ſiue obſcænos actus verbis, vel factis allicere. pag. 216. n. 7.

Sollicitare immediatè poſt confeſſionem eſt quando inter confeſſionem, et ſollicitationē nihil mediat; vnde ſi confeſſarius antequā pænitentem ſollicitet, ipſe, vel pænitens ad alios actus ſe diuerterint, non diceretur ſollicitare immediatè poſt confeſſionem; nec confeſſarius incideret in caſum diæceſanū prædictum. Quamuis ſit denūciandus. pag. 218. n. 10. et 11.

Delictum ſollicitationis plene probatur per teſtes ſingulares, nō quidem ſingularitate diuerſificatiua, ſiue obſtatiua, ſed cumulatiua. pag. 219. nu. 16.

Ad probandum delictum ſollicitationis admittuntur etiam fœminæ, quamuis crimino ſæ dummodo tempore depoſitionis ſint probatæ vitæ, imò etiam conſentientes ſollicitationi, licet in actis conſenſus ſcribi non poſſit. pag. 220. nu. 17.

Duæ fœminæ hoc delictum ſollicitationis non plene probant, quot autem fœminæ plene probent relinquitur arbitrio prudentis. ibi.

Pro

Pro ſollicitatione cum ſimplici fornicatione debetur pœna depoſitionis, ſi clericus ſit publicus fornicator, vel ſcandaloſus; ſecus ſi non ſit publicus nec ſcandaloſus. pag. 223. num. 27.

Sortilegi, & Sortilegium.

Sortilegi ſunt non tantum, qui ſuperſtitioſo iactu diuinant, ſed quicumque Strigum nomine nuncupantur. pag. 94. n. 1.

Sortilegi, & Negromantes ſunt in duplici differentia ſcilicet Profeſſi expreſſi, & taciti; Expreſſi ſunt, qui diabolo fidelitatem promittunt, & in manu ipſius fidem, cæteraque ad fidem ſpectantia abnegant, faciuntque profeſſionem vel ſolemniter, vel priuatim. Taciti ſunt, qui profeſſionem faciũt in manu alterius, qui à dæmone poteſtatem habet illam recipiendi, quam poſtea doemon ratã habet. pag. 95. nu. 3.

Sortilegi profeſſi vtriuſque modi, quod agunt ſemper, cum expreſſa doemonis inuocatione agunt; & eorum peccata ſæpe habent coniũctam hæreſim ob qua quãdo adeſt ſunt excommunicati in bulla coena Domini. ibid. num. 4.

Sortilegium, quod eſt omnino occulta pronunciatio ex pacto habito cum doemone aliquando pro omni magica ſuperſtitione ſumitur, in caſu tamen noſtro preſsè, & in ſpecifica ſignificatione ſumitur. pag. 54. num. 6.

Sortilegium eſt triplex Diuinatorium, Diuiſorium, & Conſultorium. ibid. n. 7.

Sortilegium factum cum abuſu Sacramentorũ habet ſpecialem malitiam Sacrilegij, & vt Sortilegium qualificatum ſapit manifeſtam hæreſim; ſicut etiã cum abuſu hoſtiæ nõ conſecratæ dummodo ſuper eam ſit celebrata Miſſa, vel Sacramentalium, vel verborum Sacrorum, vt Euangelij, ſymboli Apoſtolici Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, Pſalmorum, aut aliorum verborum Sacræ Scripturæ, aut imaginum Sanctorum, aut Agni Dei, vel veſtium Sacerdotalium, & ſecundum aliquos, reliquiarum Sanctorum; tale enim Sortilegium dicitur qualificatum, et ſapit manifeſtam hæreſim. ibid. num. 8.

Pœna contra Sortilegos deſcribuntur, pag. 58. num. 18.

Sortilegium abſolutè poſitum pro omni damnata ſuperſtitione ſupponit; quod ſi ponatur paucis quibuſdam ſuperſtitionis ſpeciebus enumeratis pro illis tantum, & noſtro pro omni ſuperſtitione ſupponit. pag. 59. num. 12.

Malefica dans aquam benedictam ad maleficium ſoluendum, ſi dicit quod talis aqua non poteſt effectum ſupernaturalem producere, niſi de manu ipſius recipiatur, tunc quia indicat pactum aliquod implicitum cum dæmone committit ſortilegium qualificatum; ſi vero illam dat abſq; vllo ſuperſtitionis ſigno nullum committit ſortilegium. pag. 315. num. 6.

Statutum.

Statutum editum principaliter in fauorem, ſi pœnam continet eſt odioſum, & vt odioſum eſt reſtringendum. pag. 5. num. 9. & pag. 8. num. 3. & 144. num. 4.

Statutum reſeruationis obligat confeſſarios cum ordine ad pœnitentes tranſgreſſores, non vero ad non tranſgreſſores. pag. 7. num. 15.

Statutum vt obliget debet promulgari. pag. 9. num. 7.

Caſus omiſſus, & non expreſſus in ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis. pag. 9. num. 8.

Statutum non poteſt obligare ſubditum extrà Diœceſim; nam iuriſdictio Epiſcopi extra illam non ſe extendit. pag. 41. num. 2.

In ſtatuto genus fœmininum non expreſſum non comprehenditur in genere maſculino expreſſo. pag. 96. num. 9.

Statutum non ſpirat morte ſtatuentis, etſi ſententia ſpiret morte proferentis. pag. 123. num. 24.

Qui ſtatutum non ſeruat ex aliqua rationabili cauſa nullam committit culpam. pag. 137. num. 7.

Statutum fauorabile reſpectu vnius, ſed pœnam continens reſpectu alterius, quamuis ſit extendendum in ordine ad eum factum reſtringi tamen debet, in ordine ad eum, cuius odio eſt promulgatum. pag. 145. num 8. & 158. nu. 7.

Tranſgreſſio ſtatuti nunquam eſt peccatum niſi adſit contemptus. pag. 251. num. 5.

Statutum quamuis ſit fauorabile extendi non

poteſt, niſi quantum patitur ipſius ſtatuti lata ſignificatio.pag.155.nu.6.

Statutum reſpicit opus, & non intentionem nocendi.pag.183.nu.4.

Striges.

Striges ſunt, quæ baptiſmo, Sacramentis omnibus alijſque Eccleſiaſticis rebus abnegantes dæmoni ſe ſubditas faciunt, illique fidelitatem promittunt.pag.94.nu.1.

Licet Sagam, ſeu Strigem repercutere ſi per repercuſſionem impeditur noxa; ſicut etiam dare, vel recipere panem, & ſalem à Saga, ſeu Strige quando per dationem, vel receptionem nocumentum ceſſat. pag.108. num.11.

Tenenti Sagam, ſeu Strigem fugam meditantem ad illius interrogationem. Quid habes in manum reſpondere licet æs, & chalybē. ibidem.

Licet ad Strigem, ſiue Sagam accedere ad finē obtinendi ſanitatem per medium licitum. pag.314.nu.2.

Subditus.

Subditus ſemper poteſt ſequi opinionem probabilem, quando ſuperior id expreſsè non prohibet.pag.9.nu.5.

Subditus obligatus ad peccatum tantum, non ad finem præcepti, vnde ponendo entitatem præcepti præcepto ſatisfacit.pag.43.num.3. & 45.num.9.

In re malu, quia prohibita non datur ſubiectio ratione delicti.pag.124.nu.26.

Summa.

Maior ſumma non continetur in maiori, quãuis minor in maiori contineatur. pag.191. num.3.

Vna ſumma maior continet quidem plures sũmas minores non diſtributiuè, ſed collectiuè.ibidem nu.5.

Maior ſumma negatiua, nec naturaliter, nec ciuiliter minorem ſummam continet.pag. 192.num.7.

Pactum de non petendo maiorem ſummam continet pactum de non petendo minorem, etiamſi minor tantum debeatur.ibid.

Summa negatiua maior minorem aliquando continet, aliquando vero non, non ex intrinſeca natura ſua, ſed ab extrinſeco fine, ſeu à proferentis intentione.ibid.n.11.

In maiori ſumma continetur minor non formaliter, ſed naturaliter, vt in poſtulatione maioris ſummæ non continetur poſtulatio minoris: cum poſtulatio ſit ad rem indiuiſibiliter conceptam in ſua ſpecie conſtituta per vltimum illius numerũ.pag 196.n.21.

Superior.

Superior quando vult, quod ſubditi non vtãtur opinione probabili, explicat expreſsè ſuam intentionem.pag.9.nu.5.

Superioris intentio circa maiora præſupponitur etiam circa minora.pag.44.nu.4.

T

Tactus.vide oſcula.

Tactus in partes verendas inter ſponſos ſecundum Caietanum non ſunt liciti. pag.228.num.4.

Tactus in partes verendas ſi fiant ſupra veſtes nulla intenta delectatione conſurgente ex tactu immediato, ſed tantum leui ex tactu mediato ſecundum Sanchez non conſtituunt peccatum mortale.

Tactus leuiores vt tãgere manus fœminæ &c. habiti ad delectationem veneream inde captandam non ſunt liciti, quia in delectatione venerea paruitas materiæ dari non poteſt.ibid.nu.5.

Teſtis.

Teſtis pecunia inductus ad veritatem dicendã punitur pœna falſi, ſecundum aliquos DD. non tamen incidit in caſum diœceſanum reſeruatum cum cenſura.pag.169.nu.30.

Teſtis tenetur reſtituere pretium acceptũ pro vera teſtificatione, niſi detur ad animum ipſius alliciendum vt liberius deponat; aut dans ex mera liberalitate donet, vel illud accipiat teſtis poſt factam teſtificationem, dummodo nulla præceſſerit promiſſio, aut pactio.ibid.nu.4.

Teſtis qui facit, quod ex ſua depoſitione verũ non appareat dicitur falſus, ſi iurauit dicere veritatem in tota cauſa, non tamen incidit in caſum prædictum.ibid.n.5.

Teſtis qui in vno capitulo verum non dixit, etſi in omnibus verum expreſſit, pro falſo æximatur, nam vno fundamento nititur, quod eſt iuramentum; vnde ſi periurus eſt in vno, ei fides non habetur in reliquis. Quod verum eſt etiamſi in circumſtantijs

non

non neceſſarijs falſum dixit,ſi tamen iurauit dicere veritatem in omnibus de quibus erit interrogatus ; etiam ſi ignoranter particulam illam falſam deponat,quia in foro fori præſumitur ſcienter depoſuiſſe . pag. 169.& 170.num.6.

Teſtis qui prius depoſuit , & poſtea iurauit, extimatur falſus, non tamen comprehenditur in caſu prædicto.pag.170.n.7.

Teſtis credulitatis dicitur , qui non aſſignat rationem ſui dicti,qui ſi falſum dicat,non punitur pœna falſi , ſed tanquam temerarius.ibid n.8.

Deponere per teſtificationem eſt probare delictum per teſtis depoſitionem; eſt enim teſtis rei geſtæ probator,quam vt probet ſui dicti rationem reddere debet ; & ratio probans ſuum dictum eſt , vel quia vidit , vel quia audiuit ; non tamen ſufficit vicinitas,vel conſanguinitas in criminalibus; licet in ciuilibus ſufficiat; nec ſufficit credulitas , cui fides adhibenda non eſt,etſi magnam faciat coniecturam.pag.174.nu.22.

Dicto vnius teſtis ſolitum eſt delinquentes puniri in leuioribus cauſis ; abſolutè tamen vnicus,ſiue ſingularis teſtis in iudicio nihil probat.ibid.nu.23.

Vnicus teſtis,vt ad torturam inditiet,debet eſſe probatæ vitæ, & omni exceptione maior; imò quamuis ſit omni exceptione maior , ſi non concurrunt alia inditia,neque eſt ſufficiens ad torturam.ibid.

Teſtis ſingularis ſine vlla exceptione ſemiplene probat, cui Iudex credere debet quando aliæ concurrunt coniecturæ.pag.175.n. 24.

Vnicus teſtis plenè probat de rebus à ſe geſtis, vel in materia liquidationis fructuum ; ſicut etiam plene probat contra ipſummet producentem,vel ſi coniungatur cum ſocio criminis,vel cum fama, & alijs coniecturis vehementibus, & in triginta alijs caſibus à DD.enumeratis plene etiam probat . ibid. num.25.

Duo teſtes vt probent debent in iudicio iurare quod aſſerunt, & eſſe conteſtes,ideſt debent conuenire in loco,& tempore commiſſi delicti,& in eius circumſtantijs ; quod ſi in his non conueniunt dicuntur teſtes ſingulares, non vero conteſtes.ibid.nu.28.

In cauſis fidei ad reum torquendum ſufficit vnus teſtis ſingularis omni exceptione maior,quando reus eſt bonæ famæ;at ſi reus eſt malæ famæ ſufficit vnicus teſtis,etiamſi non ſit omni exceptione maior,dummodo non ſit ipſo iure inhabilis , vel alios non patiatur defectus.ibidem.

Duo teſtes omni exceptione maiores teſtificantes de duobus actibus hæreticalibus diuerſis, quamuis non ſint conteſtes plenè probant, & reum conuincunt, ſicut etiam in cauſis ciuilibus,& criminalibus , ſi ad vnum finē tendunt.ibidem.

Duo teſtes,vt plenè in iudicio probent,debent eſſe idonei , cuiuſmodi non ſunt Mulieres, Minores 20.annorum,Inimici,Conſanguinei omnes vſque ad quartum gradum, Affines , Domeſtici actoris , Infames iure vel facto , Periuri , Socij criminis, & homines viles,& Inopes.pag.176.nu.27.

Hi tamen inhabiles in cauſis fidei, ſed non in fauorem hæretici, admittuntur ; præterquā Inimicus Capitalis , cui nec etiam in articulo mortis eſt credendum,at ſi non eſt capitalis admittitur vti diminutus, & vt diminutus admittitur etiam amicus ſtrictus, vel conſanguineus inimici capitalis. ibid. num.28.

In cauſis fidei non ſufficit depoſitio vnius inhabilis ad torturam ; duorum vero ſufficit tam ad torturam , quam ad pœnam extraordinariam; ad ordinariam tamen tres ad minus debent eſſe conteſtes.ibidem.

Ad teſtificandum admittitur filius contra patrem in cauſis fidei , in ſubſidium tantum, & non coactè.ibidem.

Teſtes minus idonei admittuntur tanquam idonei,quando delictum eſt commiſſum tali loco, & tempore , quo alij teſtes haberi non poſſunt;ſicut etiam admittuntur ad probādam innocentiam rei.ibid.n.29.

Teſtis deponens falſum in iudicio in alterius damnum non incidit in excommunicationē diœceſanam reſeruatam contra deponentes falſum in iudicio in graue damnum alterius , niſi damnum illatum aſcendat ſummam 50.aureorum in ordinarijs perſonis, & 10.in pauperibus.pag.179.n.37.

Teſtis malitioſè deponens in iudicio falſum contra innocentem in cauſa criminali , vel in cauſa ciuili in graue damnum alterius,

ſi fuit examinatus quartus in ordine, & poſtquam reus, ſiue debitor fuit conuictus, quamuis peccet mortaliter vſi periurus, & ex affectu nocendi, non tamen incidit in caſum diœceſanum, & ideo poteſt abſolui à quocumq; confeſſario inferiori, & ad nullam tenetur reſtitutionem.pag.180.nu.1.

Teſtis deponens contra vere innocentem in foro conſcientiæ, ſed probatum nocentem in foro fori, dicitur deponere contra nocentem, non vero contra innocentem.pag.181. num.3.

Teſtis falſus examinatus poſtquam reus eſt conuictus nullum damnum illi infert neq; in fama, neque in bonis, quantum eſt in ordine ad iudicium, etſi iniuriam ei faciat; vnde tenetur famam ei reddere tanquam ſi priuatim infamaſſet mentiendo, & ideò ſe in iudicio diſdicere non tenetur. ibid. num.5.

Vnicus teſtis falſum in iudicio deponens contra innocentem, quia ſemiplene probat, & ad inquirendum inditiat innocentem, incidit in caſum prædictum.pag.182.nu.9.

Vnicus teſtis falſum deponens in cauſa ciuili in graue damnum, ſi damnum proximo nō attulit, non incidit in caſum prædictum. ibidem.

Teſtis ſe ſubſcribens chirographo, ſiue Apoca bancali falſæ, quamuis in iudicio etiam deponat talem ſcriptum in tali Apoca eſſe vere debitorem, ſi talis præſumptus debitor fuit à iudice abſolutus, non incidit in caſū prædictum, & ideo poteſt abſolui à quocumque confeſſario inferiori.pag.183.n.1.

Teſtis deponens contra præſumptum debitorem, quamuis damnificet illum in expenſis tantum, non incidit in caſum prædictum; cum tale damnum non ſit per ſe intentum à tali teſte, ſicuti requiritur in ſtatuto, ſed tantum per accidens ſequatur.ibid.n.2.

Non dicitur damnificatus à teſte, contra quem falſa teſtis depoſitio eſt nulla, ſicut non dicitur condemnatus, contra quem ſententia eſt nulla.ibid.nu.3.

Teſtis interrogatus à non ſuo iudice, vel iuris ordine non ſeruato reſpondere non tenetur; ſi tamen coactus vult reſpondere, mentiri non poteſt, etſi poſſit æquiuocare. pag. 188.nu.11.

Teſtis, qui veritatem in iudicio dicere iurauit, ſi poſteà veritatem tacuit in graue damnū tertij, quamuis periurium committat, & ad reſtitutionem damni inde ſequuti teneatur non tamen incidit in caſum prædictum. pag.198.nu.1.

Teſtis in iudicio habet obligationem ex præcepto iudicis dicere veritatem, quod ſi veritatem non dicat, dicitur cauſa moralis damni quod ſequitur.ibid.nu.3.

Teſtis ſe occultans ne in iudicio compareat ad veritatem dicendam, ſiue ſe occultet ante iudicis citationem, ſiue poſt, non tenetur ad reſtitutionem, etiamſi per talem occultationem damnum tertio ſequatur.pag.200.n.9

Teſtis pretio conductus ad teſtificandum tenetur de leui, non de leuiſſima culpa ad reſtitutionem; quod ſi gratis ad teſtificandum ſit inductus, nec de leui, nec de leuiſſima, ſed tantum de dolo, vel lata culpa tenetur ad reſtitutionem dāni illati.pag.201.n.11.

Teſtis poſt iudicis interrogationem conſtituitur in officio teſtificandi, & procurandi recuperationem ſummæ debitæ, qui ſi per ſuā negationem eſt cauſa ſalis nō recuperationis peccat contra iuſtitiam commutatiuam, & tenetur ad reſtitutionem.ibid.n.12.

Teſtes Notarium, aut Scribam ſubornantes vt ſuas depoſitiones accipiat ſine iuramento, ſi falſum in iudicio deponunt in graue damnum tertij, vel contra innocentem quamuis mortaliter peccent, & ad reſtitutionem teneantur, non tamen incidūt in caſum prædictum.pag.202.nu.1.

Teſti non iurato non creditur in iudicio in præiudicium alterius, etiamſi ſit bonæ vitæ, & religioſus, dummodo iuramentum ab eo cuius intereſt non ſit remiſſum, vel non agatur de conſuetudine à Populo introducta, vel de fama probanda, vel dummodo Iudex non procedat ad informationem ſuā tantum, vel non agatur de exequutione litterarum cum clauſula, ſi idoneum eum inueneris.ibid.nu.2.

Illi teſtes tantum incidunt in caſum prædictum, qui falſum deponunt in iudicio dum cauſa diſcutitur.ibid.nu.3.

Pontifex non poteſt facere vt teſti non iurato credatur.ibid.

Teſtis non iurans quamuis ſecundum præſūptionem

tionem damnum inferat, de natura tamen ſua non eſt habilis ad damnum inferendũ. pag.203.nu.4.

Teſtis non præſumitur periurus niſi probetur. ibidem.

Teſtis falſus non iurans non punitur vt falſarius, ſed punitur pœna extraordinaria .ſ. pœna criminis Stellionatus. ibid.num.6. & pag.204.nu.10.

Teſtis qui non poteſt veritatem dicere, niſi ſe ſocium criminis manifeſtet, illam dicere, & ſeipſum prodere non tenetur. pag. 210. num.12.

Teſtes falſi in cauſa Polygamiæ efficiuntur de foro inquiſitorum, ſicut conſulentes, vel mãdantes Polygamiam, vel alia delicta ad tribunal Sancti Officij pertinentia. pag.219. num.15.

Trangrediens,& Trangreſſio.

Actus, quo quis tranſgreditur præceptum de re prohibita quia mala, ſi ſine intentione tranſgrediendi præceptum fiat, non dicit in ſe malitiam inobedientiæ, ſed tantum illius vitij, circa quod peccatur. pag.139.n.13.

Tranſgrediens cum ignorantia vincibili de peccato mortali legem humanam requirentem cognitionem obiecti ad ſui tranſgreſſionem, ſi habet animum non tranſgrediendi tale præceptum, non peccat mortaliter. pag.149.nu.1.

Trangreſſio ſtatuti cum praua voluntate per modum habitus, non eſt effectiuè contra ſtatutum. pag.7.nu.18.

V

Veneficium,& Veneficus.

VEneficium eſt aliquid fabricatum arte dæmonum ad nocendum alijs in bonis vel animæ, vel corporis, vel famæ, vel fortunæ, & eſt ſpecies ſubalterna ſuperſtitionis, & ſpecies ſpecialiſſima maleficij. pag. 55.num.9.

Pœna contra veneficos deſcribuntur. pag.56. num.18.

Venefici dicuntur non tam qui malis pharmacis homines lædunt, quam etiam Incantatores, & Venenarij, cunctique Theſſali. pag. 94.num.1.

Venditor,& Vendere.

Vendens anulum Mago, qui in eo dæmonem conſtringere intendit, mortaliter non peccat; dummodo ea intentione non vendat; pag.88.num. 1. quia talis venditor non eſt cauſa directa, neque indirecta talis ligaturæ. ibid.nu.3.

Licitum eſt Agnum vendere Infideli ſuo Idolo immolandum; ſicut fucos mulieri ad iuuenes alliciendos ad turpes ſui amores, dũmodo tali intentione non vendantur. pag. 89.num.6.

Licet Tabernario vendere vinum illi, qui vſque ad ebrietatem vult bibere. ibid.

Verbum, vide Dictio.

Verba hæreticalia in foro fori arguunt hæreſim, non vero in foro poli. pag.10.n.11.

Verbum Abuti per alium, comprehendit Mandantes, & Præcipientes, mandatarios, & eos quibus eſt præceptum impoſitum. pag 55. num.12.

Verbum, Abutantur, in reſeruatione poſitum intelligitur de effectu conſummato, non de attentato tantum. pag.73.nu.2 & 74.nu.4.

Verbum, Omnes quocumque nomine nuncupētur, comprehendit tantum profitentes, ſeu exercentes. pag.94.nu.2.

Verbum, Colloquatur, importat reciprocam loquutionem. pag.144.nu.2.

In dubio non eſt recedendum à propria ſignificatione verborum. ibid.nu.7.

Voluntas.

Voluntas Ordinariorum non reſeruantium ſibi caſus dubios dat facultatem inferioribus confeſſarijs abſoluendi pœnitentes ab ipſis. pag.10.n.12.

Eo ipſo, quod à priori voluntate receditur, ſi adhuc effectus in eſſe producitur, nõ ex ea, ſed aliunde emanare dicitur. pag.74.n.5.

Præciſa priori voluntate effectus phyſicè ſequens non dicitur voluntarius, cum ſit præciſus per actum oppoſitum ante conſummationem. ibid.n.7.

Malitia actus voluntatis non ſumitur à ratione extrinſeca, quæ eſt in obiecto volito, ſed à ratione intrinſeca illius. pag.89.n. 5.

Voluntas eſt potentia cæca, & ſemper fertur in præcognitum. pag.100.n.5.

Voluntas fertur circa impoſſibile per actum ſimplicis complacentiæ tantum. ibid.

Vo-

Voluntas non poteſt per actum imperij velle effectum, quem poſſibilem non cognoſcit. ibid.nu.6.

*Actus efficax voluntatis prærequirit neceſſario ſcientiam ſingularium obiecti.pag.*101.*num.*8.

*Actus à voluntate imperatus coactionem recipere poteſt, at actus à voluntate elicitus ſimpliciter coactus eſſe non poteſt.pag.*236.*num.*2.

*Voluntas coacta,voluntas eſt.ibid.n.*5.

*Voluntas coacta ſecundum Vaſquez ita ſufficit ad peccatum mortale,ſicut voluntas ſine coactione, ſi in voluntate coacta cætera adſint ex parte materiæ, & coactio conſiderationem non auferat.pag.*237.*n.*5.

Voluntas metu graui extorta ſufficit ſecundũ Vaſquez ad inducendam obligationem, in votis,& ad contractus perficiendos,in quibus non defuit titulus, niſi alias votum,vel cõtractus ſint naturali iure irrita, vel vouens,& contrahens non ſint inhabiles.ibid.

Voluntarium.

*Opus factum cum ignorantia comitante non voluntarium eſt, quia talis ignorantia tollit ſcientiam talis operis.pag.*101.*n.*7.

Voluntarium tollitur per non voluntarium ſecundum Vaſquez; & non voluntarium proximè ſequitur ex negatione ſcientiæ. ibidem.

Voluntarium poteſt eſſe cum inuoluntario,non vero cum non voluntario ſecundum Vaſquez.ibid.

Ignorantia comitans aliquando facit inuoluntarium,licet ſemper faciat non voluntariũ. ibidem.

Ratio excuſans à culpa eſt non voluntarium, non vero inuoluntarium,ibidem.

*Ratio voluntarij per ignorantiam inuincibilẽ aufertur.pag.*102.*num.*10.

Voluntarium, vt eſt actus voluntatis, eſt à principio intrinſeco cum cognitione. pag. 236.*num.* 3.

Votum.

Qui votum Pontifici reſeruatum emiſit, ſed dubitat de intentione ſe obligandi, ad votum tenetur; at non eſt Pontifici reſeruatũ pag. 9.*num.*4. & 10.*num.*11. & 13.*num.* 3.& 12.

Vſura,& Vſurarius.

Poſſumus licitè deponere pecuniam apud vſurarium,vt ſit ſecurior,etiamſi ſciamus fore illi materiam vſuræ exercendæ. pag. 89. *num.*6.

*Poteſt quis ſubleuationem à ſua miſeria procurare,etiamſi ſciat ab vſurario futuram, recipiendo pecuniam ſub conditione dandi ſub vſuris.pag.*106.*num.*2.& 5.

Vulnerans.

Vulnerans aliquem lethaliter in Eccleſia,ſi vulneratus extra Eccleſiam moritur, non dicitur homicida in Eccleſia,nec incidit in caſum diœceſanum cum cenſura. pag. 305. *num.*1.

Vulnerans aliquem lethaliter in Eccleſia,ſi per miraculum vulneratus ſanetur,non incidit in caſum prædictum diœceſanum, quãuis actio. fuerit ex ſe cõpleta in causãdo mortem; quia reſeruatio non intelligitur quantum ad actionem completam, & cauſam, ſed quantum ad effectum. pag. 306.*num.*5.

*Vulnerans alium in Eccleſia ſi antequam vulneratus moriatur eliciat actum contritionis,& accedat ad confeſſarium inferiorem, poteſt abſolui ab illo.pag.*307.*nu.*6.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google